Quippe horum censor operum gravis est.
VULC. Lingua tua garrit similia formæ tuæ.
ROB. Tu malacissare; hanc vero meam pervicaciam,
Et animi asperitatem ne impingas mihi.
VULC. Discedamus[1], quoniam membra irretitus est.
ROB. Hic nunc proterve gestias, et deorum dona
Furatus conferas mortalibus. Quid tibi
Homines possunt ab istis laboribus detrahere?
Falso te dii Promethea
Vocant; tu enim ipse eges Prometheo *qui te doceat*
Quo pacto evolvaris ex ista fortuna.
PROM. O æther divine, et flatus celeribus alis,
Fluviorumque fontes, marinorumque fluctuum
Crispatio innumerabilis, et terra omniparens,
Invoco etiam Solis orbem omnium inspectorem.
Videte qualia ipse deus a diis patior:

ANAPÆSTI.

Aspicite qualibus plagis
Peresus, myriadum annorum
Tempus tolerabo: talem iste novitius
Deorum dux adversus me excogitavit
Captivitatem immitem.
Heu heu, et præsentem et futuram
Calamitatem ingemisco: quando tandem ærumnarum
Istarum terminos oportet existere?

IAMBI.

Quanquam quid hæc dico? omnia præcipio
Accurate quæ sunt futura, nec mihi inopinato
Malum ullum eveniet: cæterum destinatam oportet
Facillime ferre sortem, gnarum quod
" Necessitatis est inexpugnabile robur.
Sed neque tacere, neque non tacere fortunam

[1] MS. Migremus.

Hanc possibile mihi est; nam quia hominibus dona
Contribui, difficultatibus hisce implicitus sum miser:
Et quod cleperem ferula-conceptum ignis
Fontem furtivum, qui magister artis
Omnis, et hominibus magnum vectigal.
Tales pœnas pro delictis luo
Sub dio vinculis affixus.
Heu heu, ah ah.
Quis sonus, quis odor obscurus advolavit ad me,
Divinusne an mortalis, an medioxumus,
Attigit ad rupem extremam,
Laborum meorum spectator, an quid aliud volens?
Videtis vinctum me, infelicem deum,

ANAPÆSTI.

Istum Jovis hostem, istum omnibus diis
Odio habitum, quotquot
Jovis aulam ingrediuntur,
Propter nimium erga homines amorem.
Heu heu, quemnam rursus audio
Strepitum volucrum prope? nam æther levibus
Alarum ictibus stridet.
Omne quod adpropinquat incutit mihi terrorem.

ANTISTROPHICA.

STROPHE I.

CHOR. Ne metuas; hæc enim cohors amica
Velocibus certaminibus alarum
Advenit ad hanc rupem, paterno
Animo ægre persuaso.
Auræ autem veloces me miserunt:
Nam ferri sonitus penetravit secessum antrorum,
Et excussit mihi erubescentem verecundiam[3]:
Proripui vero me discalceata curru alato.

ANAPÆSTI.

PROM. Heu heu,
Progenies Thetidis fœcundæ,

[3] MS. *Pallescere me fecit præ timore.*

Et circumfluentis omnem
Terram fluxu irrequieto filiæ
Patris Oceani, aspicite
Quali vinculo constrictus,
In summa scopuli hujus cavitate
Præsidium inoptabile obibo.

ANTISTROPHE 1.

CHOR. Video Prometheu: sed meis horrenda oculis
Irruit caligo, lachrymarum
Plena, cum conspexi corpus tuum
Ad petras exsiccatum
Hisce adamantinis noxis. *i. e. clavis noxiis.*
Nam novi gubernatores obtinent Olympum,
Novisque legibus Jupiter inique imperat:
Quæ olim sancita, nunc obliterat.

ANAPÆSTI.

PROM. Quod si[4] me subtus terram, et infra Orcum
Defunctos recipientem, in interminabilem
Tartarum demisisset, vinculis indissolubilibus
Inclementer applicitum, ut neque deus,
Neque quis alius hisce insultaret:
Nunc vero miser subdiale motaculum
Sustineo inimicis meis grata.

STROPHE 2.

CHOR. Quis est adeo duri cordis
Deorum, cui hæc sint jucunda?
Quis non compatitur malis
Tuis, præter Jovem? at ille perpetuo præ ira
Animum inflexibilem reddens,
Domat cœlicolarum genus:
Neque prius desinet quin aut ipse satiarit cor suum,
Aut quis arte aliqua occuparit imperium hoc obtentu
difficile.

ANAPÆSTI.

PROM. Profecto me adhuc, quamlibet validis
Hisce compedibus contumeliose tractato,

[4] MS. Utinam.

Opus habebit deorum Princeps,
Ad indicandum consilium novum quo
Sceptro et honore spoliabitur.
Nec tum me mellifluis Suadæ
Incantationibus demulcebit: nec rigidas
Minas unquam expavescens, hoc ego
Indicabo, priusquam ex sævis
Vinculis me laxarit, et mihi pœnas pendere
Hujus ignominiæ voluerit.

ANTISTROPHE 2.

CHOR. Tu quidem audax es, et ob acerbas
Calamitates nihil remittis,
Sed nimis libere loqueris.
At meum animum sollicitat acutus timor:
Nam metuo sorti tuæ,
Quo tandem appulsum oportet te horum laborum
Cernere eventum. Intractabiles enim
Affectus et cor inexorabile habet Saturni filius.

ANAPÆSTI.

PROM. Scio esse asperum, et penes se
Jus habere Jovem; attamen arbitror
Mollior
Evadet, tum quando hoc modo contusus fuerit:
Et sedata acerba indignatione,
In concordiam et amicitiam mecum
Tandem cupido cupidus redibit.

IAMBI.

CHOR. Rem omnem aperi et clare nobis profer,
Quali in delicto te deprehensum Jupiter
Adeo ignominiose et acerbe affligit:
Doce nos, si nihil offenderis ista narratione.

PROM. Tristia quidem mihi hæc dictu sunt,
Sed etiam triste est tacere, ita ubique res meæ infelices sunt.
Ubi primum dii cœperant indignari,
Et seditio inter ipsos excitabatur,
Alii volebant Saturnum deturbare solio,
Ut scilicet Jupiter regnaret: alii contra

Annitebantur ne Jupiter unquam diis imperaret;
Ibi ego optime consulens, permovere
Titanas, Cœli et Terræ filios,
Non potui: sed illi blandas rationes
Negligentes ex suis vehementibus spiritibus,
Putabant, sine negotio, per vim se dominaturos.
Sed mihi mater, non semel tantum Themis,
Quæ et Terra, multarum appellationum una forma,
Ut res eventura esset prædixerat:
Quod non per vim, neque cum potentia,
Sed dolo oporteret eos vincere qui rerum essent potituri.
Talia me verbis exponentem,
Non dignabantur prorsus vel adspicere.
Ideo mihi tum in præsenti rerum statu consultissimum
Videbatur esse, ut assumpta matre,
Sponte cupienti Jovi adsisterem.
Atque ita meis consiliis, Tartari valde profundæ
Latebræ occultant Saturnum antiquum,
Una cum auxiliaribus. Talibus a me
Beneficiis affectus ille deorum rex,
Gravibus hisce pœnis me remuneravit.
„ Nam inest quodammodo imperantibus
„ Hic morbus, ut non fidem habeant[1] amicis.
Cæterum quod interrogatis qua de causa
Me cruciat, hoc jam exponam.
Quamprimum in paterno solio
Consedit, statim diis distribuit prœmia
Alia aliis, et ita stabiliebat
Principatum: miserorum autem mortalium rationem
Non habebat ullam, sed deleto isto genere
Universo, volebat aliud novum producere.
Atque his præter me resistebat nemo.
Ipse vero audax liberavi homines
Ne extincti ad Inferos descenderent.
Hinc talibus calamitatibus premor,
Et toleratu tristibus, et visu miserabilibus.
Hominum autem misertus, misericordiam assequi
Non sum dignus habitus, sed crudeliter
Ita concinnatus sum, Jovi spectaculum inglorium.
CHOR. Ille ferreo est animo et ex petra factus

[1] MS. Non fidant.

Prometheu, qui tuis non condolet
Ærumnis: etenim et hæc non aspexisse cuperem,
Et postquam aspexi corde constristata sum.
PROM. Amicis quidem sum ego miserabilis aspectu.
CHOR. Nunquid etiam ultra hæc progressus es?
PROM. Impedivi homines ne fata prospicerent.
CHOR. Quo invento hujus morbi remedio?
PROM. Spes cæcas in ipsis collocavi.
CHOR. Magnum hoc commodum quo mortales donasti.
PROM. Ad hæc ego ipsis ignem exhibui.
CHOR. Nunc ergo ignem flammeum habent mortales?
PROM. A quo quidem multas ediscent artes.
CHOR. Talia igitur ob delicta te Jupiter
Cruciat, nec quicquam de malis laxat?
Neque hujus conflictus tibi propositus terminus?
PROM. Nullus alius, nisi quando ipsi videbitur.
CHOR. Sed quomodo videbitur? quæ spes? non cernis te
Deliquisse? quomodo autem deliqueris, neque mihi dicere
Volupe est, et tibi triste: sed hæc
Missa faciamus: tu vero laborum quære solutionem.
PROM. „ Facile est si quis extra mala pedem
„ Habeat, monere et instruere male
„ Habentes. Ego vero sciebam hæc omnia.
Sponte sponte deliqui, non inficiabor:
Sed opitulando hominibus, ipse nactus sum mala.
Non tamen putabam me pœnis talibus
Maceratum iri ad petras editas,
Sortitum rupem hanc desertam et solitariam.
Et vos quidem præsentia mala ne mihi defleatis:
Verum descendentes in terram sortem adventantem
Percipite, ut perfecte totum cognoscatis.
Obsequimini mihi obsequimini, compatimini
„ Jam laboranti. Nam ita pererrans
„ Infortunium alias alteri assidet.

ANAPÆSTI.

CHOR. Non invitis dixisti
Hoc Prometheu.
Et nunc pede facili celeriter-mobilem
Sedem relinquens, aeremque purum

Campum volucrum, ad asperam
Hanc terram accedo : quin tuos labores
Cupio integre cognoscere.

II. OCEAN. Venio longum itineris spatium
Emensus, Prometheu, ad te,
Hunc alitem velocibus pennis
Imperio sine lupatis gubernando :
Scias vero me compati sorti tuæ.
Ad hoc enim, arbitror, me cognatio
Impellit : et extra genus,
Non est cui potiores partes
Impartirem, *cui plus deferam,* quam tibi.
Quam vera hæc sint cognosces, neque frustra
Adblandiri meum est. Agedum
Indica in quo sit tibi succurrendum.
Nunquam enim dices quod Oceano
Firmior tibi sit amicus.

IAMBI.

PROM. Heu, quid hoc rei ? et tu laborum meorum
Venis inspector ? quomodo sustinuisti relinquens
Cognominem fluxum, et petris obsita
Sponte-fabricata antra, hanc ferri-genitricem
Accedere in terram ? ecquid spectaturus fortunam
Advenisti meam, et compassurus malis ?
Intuere spectaculum : amicum hunc Jovis,
Qui una constitui regnum ejus,
Qualibus ab ipso miseriis incurvor.

OCEAN. Video Prometheu : et quidem suggerere tibi
Volo optima, licet versuto.
Cognosce teipsum, et adapta mores
Novos ; nam et novus est rex inter deos.
Sin ita aspera et aculeata verba
Projeceris, forsan te etiam longe superius
Sedens Jupiter audierit, ut tibi amaritudo
Præsens laborum videatur esse ludus.
Proinde miser, quas habes iras dimitte,
Et quæras ab hisce solutionem calamitatibus.
Delira forsan videor tibi fari :
Talis vero nimis altiloquæ
Linguæ, Prometheu, merces evenit.

Tu autem neutiquam es humilis, nec cedis malis,
Sed ad præsentia adsciscere alia cupis.
Nequaquam tamen, me monitore usus,
Contra stimulos pedem protendes, cernens quod
Monarcha asper nulli obnoxius imperet.
Proinde ego jam ibo, et tentabo,
Si modo possim te hisce pœnis exsolvere.
Tu vero quiesce, neque nimis pervicaciter loquaris.
„ An non accurate nosti, cum sis abundanter sapiens, quod
„ Linguæ temerariæ damnum instat?

PROM. Felicem te puto quod extra culpam sies,
Cum omnium particeps fueris, omniaque ausus sis mecum.
At nunc omitte, neque sit tibi mei cura.
Omnino enim non persuadebis ei, quia non est exorabilis.
Sed videas ne quid ipse incommoderis hoc itinere.

OCEAN. Longe melior es ad consulendum proximis,
Quam tibimet; hoc re non verbo conjicio.
Sed tu me gliscentem neutiquam retrahas.
Nam dico, audacter dico hanc gratiam mihi
Jovem daturum, ut te ex hisce malis liberet.

PROM. Ob hæc quidem te probo, neque unquam desinam *probare:*
Nam alacritate non deficis; veruntamen
Nihil coneris; quia frustra, nihil me juvans,
Laborabis, siquidem velis laborare.
Proinde quiesce, et te hinc amove:
Ego enim etsi infelix sim, non ideo
Velim quam plurimis calamitates contingere.

OCEAN. Non sane: quia me etiam infortunia fratris
Atlantis affligunt, qui in locis Hesperiis
Stat, cœli et terræ columnam
Humeris sustinens, onus difficulter portabile.
Et terrigenam illum incolam Ciliciæ
Antrorum conspectus, commiseratus sum, hostile prodigium,
Centicipitem vi domitum
Typhona impetuosum, qui cunctis restitit diis,
Horrendis buccis cædem spirans,

Ex oculis autem fulgurabat visu-terribilem splendorem,
Tanquam Jovis imperium vi eversurus.
Sed in illum irruit Jovis vigilans telum,
Fulmen caducum exspirans flammam,
Quod ei excussit grandisonas
Jactationes; nam usque ad ipsa præcordia ictus
Ambustus et tonitruo fractus est viribus:
Et nunc inutili atque inhonoro corpore
Jacet prope fretum maritimum
Sub radicibus Ætnæis tostus.
In verticibus autem summis sedens laminas ignitas subigit
Vulcanus, unde olim cum-fragore-erumpent
Fluvii ignis, feris maxillis vorantes
Feracis Siciliæ arva spatiosa.
Talem Typhon ebulliet indignationem
Fervidus inexplebilis ejaculationibus procellæ flammivomæ,
Jovis licet fulmine concrematus.

PROM. Tu vero non es imperitus, neque me præceptore
Eges; teipsum serva quocunque scis modo.
Ego autem hoc præsens infortunium exantlabo,
Donec Jovis mens iram deponat.

OCEAN. Non ergo Prometheu hoc nosti, quod
„ Iræ concitatæ medici sunt orationes?

PROM. „ Si quis tempestive cor molliat,
„ Et non tumentem animum vi attenuet.

OCEAN. At in conando et audendo, quodnam
Cernas inesse damnum, doce me

PROM. Laborem supervacuum, et cum levitate stultitiam.

OCEAN. Sine me hoc morbo laborare, quia
„ Utilissimum est, recte-sapientem non videri sapere.

PROM. Meum videbitur delictum esse hoc.

OCEAN. Manifeste domum tua me remittit oratio.

PROM. Vide enim ne te mei commiseratio in odium conjiciat.

OCEAN. Num ejus qui nuper obtinuit omnia-gubernantem thronum?

PROM. Hujus cave ne unquam exacerbetur animus.

OCEAN. Tua, Prometheu, calamitas mihi est magistra.

PROM. Ito, revertere, retine hanc mentem.

OCEAN. Propenso mihi renuntiasti hæc verba.

Nam viam aeris amplam attingit pennis
Quadricruris ales, et jam libens
In stabulis propriis inclinaverit genua.

EPODICA.

STROPHE.

CHOR. Deploro tibi exitialem
Fortunam, Prometheu,
Et lachrymas stillantem ab oculis
Teneris libans fluxum, genas
Humidis fontibus tinxi.
Nam stupenda hæc Jupiter
Propriis legibus administrans,
Insolentem ostentat decessoribus
Diis potentiam.

ANTISTROPHE.

Tota vero etiamnum lugubriter
Regio insonuit,
Magnificamque et
Antiquam deflet tuam
Fratrumque dignitatem,
Et quotquot inquilini sacræ
Asiæ solum incolunt,
Graviter-gemendis malis tuis
Compatiuntur mortales:

TROCHÆI.

Et terræ Colchidos incolæ
Virgines, in pugnis intrepidæ,
Et plebs Scythiæ,
Qui extremum terræ tractum circa
Mæotidem paludem occupant:
Et Arabiæ gens mavortia,
Quique editam civitatem
Prope Caucasum incolunt,

EPODUS.

Exercitus pugnax,
Acuminatarum cuspidum [6].

[6] MS. Acuminatarum cuspidum hastis fremens.

Alium quîdem solum deorum antea in laboribus
Domitum adamantinis
Corruptelis, Titanem vidi
Atlantem, qui semper supereminens robur
Firmum et cœlestem polum
Humeris ingemiscens sustinet; mugit vero marinus fluctus
Collisus, suspirat fundus,
Et ater Orci secessus fremit
Subtus terram, fontesque fluviorum limpidorum
Deplorant dolorem miserabilem.

I A M B I.

II. PROM. Nequaquam existimate fastu aut arrogantia
Me tacere; sed cogitatione mordetur animus,
Dum meipsum intueor ita ludibrio exceptum.
Atqui istis novis diis munera
Quis alius, quam ego, universim distribuit?
Sed ea taceo: etenim scientibus illa
Vobis dicerem. Cæterum hominum incommoda
Audite, ut ipsos rudes prius existentes,
Intelligentes effeci, et mente præditos.
Dicam vero, nullam reprehensionem in homines habens,
Sed in iis quæ dedi benevolentiam commemorans:
Qui primum quidem videntes, frustra videbant,
Audientes non audiebant: sed somniorum
Imaginibus similes longo tempore
Omnia temere commiscebant; neque lateritias
Domos subdiales sciebant, nec operam tignoriam:
Sed subterranei habitabant, velut rapaces
Formicæ in secessibus antrorum opacis.
Et nullum erat eis neque hiemis signum,
Neque floridi veris, neque frugiferæ
Æstatis certum: sed sine ratione omnia
Agebant, donec ego ipsis ortus
Astrorum indicavi, et occasus judicatu-difficiles.
Ad hæc numerum *i. e. Arithmeticam*, artium præstantissimam
Eis inveni, literarumque connexiones,
Et memoriam omnium effectricem Musarum matrem:

Primus etiam ad juga copulavi animalia
Jugis et corporibus servientia, ut
Hominum loco maximos labores
Susciperent: ad currus adjunxi frena tolerantes
Equos, ornamentum prædivitis luxuriæ.
Marivaga vero, nullus a me alius,
Linivola[7] invenit nautarum vehicula.
Hujusmodi artificia miser cum ego invenerim
Hominibus, ipse non habeo solertiam, qua
Liberer ab hoc nunc præsenti malo.
CHOR. Indignum pateris exitium, mente hallucinatus.
„ Erras, malus vero medicus qui in morbum
„ Prolapsus animum despondes, nec potes invenire
„ Quibus tute remediis sis curabilis.
PROM. Reliqua ex me audiens mirabere magis
Quales artes et dolos excogitarim.
Hoc maximum; si quis in morbum incideret
Non erat remedium ullum, neque esculentum,
Neque unguentum, neque poculentum, sed pharmacorum
Inopia exsiccabantur, antequam ego eis
Monstravi salubrium medicamentorum compositiones,
Quibus omnes profligarent morbos.
Modos etiam multos vaticinii ordinavi,
Et primus definivi somniorum quænam oporteat
Rata evenire, et omina judicatu-difficilia
Explicui ipsis, signaque in viis obvia;
Tum alitum aduncis unguibus volatum accurate
Distinxi, et qui natura dextri,
Et qui sinistri, et qualem vitæ rationem
Quique haberent, et quæ inter se invicem
Inimicitiæ, benevolentiæque et consessus:
Viscerumque lævitatem, et quo colore
Prædita diis volupe essent,
Fellis etiam, et jecinoris variegatam speciem,
Membraque nidore cooperta, et longum
Lumbum comburendo in artem inventu difficilem
Perduxi homines, et signa flammea
Revelavi, ante caligine-obducta.

[7] MS. Velivola.

Atque talia quidem hæc: subtus vero terram
Hominibus abdita commoda,
Æs, ferrum, argentum et aurum, quis
Dixerit se eruisse ante me?
Nemo, sat scio, nisi qui frustra blaterare volet.
Uno autem verbo cuncta summatim accipe,
Omnes artes mortalibus a Prometheo.
CHOR. Ne deinceps homines juves ultra quam convenit,
Teipsum vero infeliciter agentem negligas. Quia ego
Bonæ sum spei te ex hisce vinculis etiamnum
Solutum, nihilo minus Jove valiturum.
PROM. Non hæc ita ut sors perfica
Absolvat fatatum est, sed infinitis cladibus
Et miseriis incurvatus, ita demum vincula evadam.
„ Ars vero longe est imbecillior necessitate.
CHOR. Quis est ergo necessitatis gubernator?
PROM. Parcæ triformes, *i. e. tres*, memoresque Erinnyes.
CHOR. Hisne ergo Jupiter impotentior?
PROM. Non sane effugerit ille fato destinatum.
CHOR. Quid aliud Jovi destinatum quam semper imperare?
PROM. Hoc tu jam non audieris, ne instes.
CHOR. Num grave quid est quod ita abscondis?
PROM. Recordamini alius sermonis, hunc minime
Tempus est efferre, sed est occultandus
Quam maxime: nam hunc retinendo, ego
Effugiam vincula ignominiosa et miserias.

ANTISTROPHICA.

STROPHE I.

CHOR. Neutiquam omnia-administrans
Vim suam meæ voluntati
Opponat Jupiter:
Neque ego cessarim
Ad deos sacris
Victimis accedere,
Boum mactatorum apud patris Oceani
Fluxum perennem:
Neque peccem verbis.
Sed mihi hoc maneat,
Nec unquam effluat.

ANTISTROPHE 1.

„ Jucundum spe erecta
„ Longam vitam
„ Producere, clara
„ Animum ampliantem
„ Hilaritate.
Ego vero inhorresco te intuens
Infinitis laboribus
Dilaceratum.
Jovem enim non expavescens,
Proprio genio colis
Homines nimis Prometheu.

STROPHE 2.

Age quam ingrata
Gratia, o amice, dic quod unquam robur,
Quod auxilium mortalium: non aspexisti
Impotentiam imbellem,
Somnio parem, qua improvidum hominum
Genus est impeditum?
Nunquam Jovis ordinationem
Antevertunt hominum consilia.

ANTISTROPHE 2.

Hæc didici, tuam
Exitialem intuens sortem Prometheu:
Sed ad me advolavit cantio discrepans
Ab illa quam circum lavacra et lectum
Tuum canebam, lubentia nuptiali,
Quando eodem patre prognatam
Duxisti Hesionem, dotalibus
Persuasam, uxorem consortem tori.

ANAPÆSTI.

IV. 10. Quæ tellus? quod genus *hominum?* quem dicam me videre
Istum in vinculis petrosis
Hiemantem? cujus delicti
Pœnis peris? ostende ubi
Terrarum ærumnosa errem.

MONOSTROPHICA.

Heu heu, ah ah.
Rursus me miseram œstrus quispiam stimulat;
Spectrum Argi terrigenæ avertas o Terra.
Inhorresco illum multioculum bubulcum intuens.
Incedit ille fraudulentum oculum habens;
Quem ne defunctum quidem occultat terra.
Sed ab inferis commeans me miseram
Exagitat, et errare facit famelicam per maritimam
Arenam: fistula vero cera-compacta
Vocalis submurmurat carmen somniferum. Heu heu, quo quo,
Ubi ubi, ubi, quo me longivagi errores impellunt?
Quid unquam fili Saturni, quid unquam,
Quid unquam deprehendens me delinquentem intricasti
Hisce calamitatibus? heu heu.
Ab œstro illato terrore miseram
Amentem itane vexas?
Da *me*, marinis monstris pabulum: ne mihi
Invideas hæc vota rex.
Satis me errores multivagi
Exercuerunt, nec scire possum qui
Ærumnas evitem.

IAMBI.

CHOR. Audin' alloquutionem virginis illius cornigeræ?
PROM. Quomodo non audiam illam œstro percitam puellam
Inachida, quæ Jovis calfacit cor
Amore, et nunc longinquis cursibus
Junoni invisa, per vim exercetur?

MONOSTROPHICA.

IO. Unde tu patris mei nomen pronuntias?
Dic mihi infelici, quis tu? quis miser me
Miseram adeo vere alloqueris?
Etiam divinitus-immissum morbum edixisti,
Qui me pungens tabefacit
Stimulis furialibus, heu heu.
Ideo famelicis flagris saltuum

Cursu-concita veni,
Domita consiliis infensis.
Quinam autem infelicium sunt, heu heu, qui perinde ac ego laborant?
Sed mihi diserte significa
Quid me adhuc manet pati,
Quid non oportet: quod remedium morbi,
Indica, si scis, edissere,
Dic vagabundæ virgini.

I A M B I.

PROM. Dicam tibi plane rem omnem quam scire expetis;
„ Ænigmate non involvens, sed sermone simplici,
„ Sicut ad amicos os aperire expedit.
Datorem ignis mortalibus cernis Prometheum.
IO. O qui in adjumentum commune hominibus apparuisti
Miser Prometheu, cujus causa hæc pateris?
PROM. Modo desii meas deflere ærumnas.
IO. Non præbueris mihi hoc officii?
PROM. Dic quod postulas; nam quidvis ex me percipies.
IO. Indica quis in prærupta illa rupe te alligavit.
PROM. Jovis quidem consilium, Vulcani vero manus.
IO. Sed qualium delictorum pœnas luis?
PROM. Tantum duntaxat tibi enarrasse satis est.
IO. Quin ad hæc etiam indica quod tempus mihi
Finis erit vagationis miseræ.
PROM. Satius est te ignorare hæc quam cognoscere.
IO. Ne tu id me celes quod sum passura.
PROM. Atqui haud invideo tibi hoc officii.
IO. Cur ergo cunctaris quin efferas rem omnem?
PROM. Invidia nulla; sed vereor animum turbare tuum.
IO. Ne de me sollicitus sis magis quam dulce est mihi.
PROM. Quia cupis, dicendum est; ergo audias.
CHOR. Nondum quidem, sed et mihi partem voluptatis præbeas,
Prius hujus cognoscamus morbum,
Ipsa exponente ærumnas exitiales:
Reliqua vero certamina ex te edoceantur.
PROM. Tuum est, Io, eis hoc indulgere officii
Cum ob alia, tum quia sunt patris sorores.
„ Quia deflere et deplorare casus *suos*
„ Ibi, ubi est quis relaturus lachrymas

„ Ab auditoribus, habet operæ pretium.
10. Non scio quomodo debeam vobis refragari:
Sed sermone perspicuo totum quod cupitis
Cognoscetis; tametsi doleam etiam enarrans
Unde divinitus-immissa tempestas, et permutatio
Formæ mihi calamitosæ accidit.
Nam semper nocturnæ visiones ventitantes
In thalamos meos, demulcebant me
Lenibus verbis: O perbeata puella,
Cur diu permanes virgo, cum liceat tibi conjugium
Nancisci præstantissimum? Jupiter enim jaculo desiderii
A te misso, incaluit, et Venerem communicare
Cupit: tu autem puera, ne apolactises, *recalcitres*, cubile
Jovis, sed exeas ad Lernæ profundum
Pratum, et pascua et bovilia patris,
Ut Jovis oculus deponat desiderium.
Talibus somniis totas noctes
Misera occupabar, donec patri
Auderem narrare somnia noctu ventitantia.
Ille autem ad Pytho et in Dodonam crebros
Oraculorum-consultores mittebat, ut cognosceret quid
Agendo aut loquendo gratificaretur diis.
Illi reversi nuntiarunt ambigui-sensus
Oracula, obscure et intricate prolata.
Tandem apertum vaticinium venit Inacho
Diserte præcipiens et jubens
Extra domum et patriam me pellere,
Ut libera errem in extremis terræ finibus.
Quod'si nolit, a Jove venire flammeum
Fulmen, quod totam familiam delebit.
Talibus persuasus Apollinis vaticiniis,
Expulit et exclusit me domo
Invitam invitus: quia coëgit eum
Jovis imperium per vim hæc facere.
Statim vero forma et animus perversi
Fiebant, et cornuta, ut videtis, acuto
Stimulata œstro, saltu lymphatico
Ferebar ad potu-salubrem fluxum Cenchreæ,
Altumque Lernæ *fontem:* bubulcus vero terrigena
Intemperans ira Argus insequebatur, multis

Oculis observans gressus meos.
Inopinatum autem eum et repentinum fatum
Vita privavit: ego vero œstro percita
Flagro divino de terra in terram agitor.
Audis quæ acta sunt, si autem habeas dicere quid
De malis reliquum sit, indices, nec me cujus es misertus
„ Demulceas verbis fallacibus. Nam luem
„ Turpissimam judico orationem compositam.

SYSTEMA.

CHOR. Mitte, mitte: desiste, heu:
Nunquam nunquam optarim tam insolitam orationem pervenire
Ad aures meas, neque ita tristia visu
Et intolerabilia damna, piacula, terricula ancipiti
Stimulo refrigerare animum meum.
Heu heu, fatum, fatum,
Inhorrui cum aspexerim negotium Ius.

IAMBI.

PROM. Ante ingemiscis, et terrore plena es,
Cohibe *te*, donec reliqua etiam addiscas.
CHOR. „ Dicas, edoceas: nam ægrotantibus dulce est
„ Clare in antecessum nosse mali residuum.
PROM. Priorem petitionem obtinuistis a me
Facile; primum enim hanc audire voluistis
Ad se pertinentes ærumnas declarantem,
Reliqua nunc accipite, qualia oportet mala
A Junone hanc juvenculam pati.
Tu vero Inachi seminium verba mea
Animo conde, ut exitus ediscas itineris.
Primum quidem hinc ad exortum solis
Conversa transi inarata juga:
Accedes vero ad Scythas Nomadas, qui casas vitiles
Incolunt sublimes super rotundis curribus,
Arcubus longe-jaculantibus instructi:
Quibus ne propinques, sed pedes ad fluctisona
Tesqua declinans terram pertranseas.
Ad sinistram autem manum fabri ferrarii
Chalybes habitant, a quibus oportet te cavere.
Sunt enim immites et inaccessi peregrinis.

Pervenies etiam ad fluvium insolentem haud falso nomine,
Quem ne transeas; quia non est facilis vadatu,
Priusquam ad ipsum venias Caucasum, montium
Altissimum, ubi fluvius effundit vim
Ex lateribus editioribus: sed oportet astris-vicina
Transcendentem cacumina ad meridianam
Viam tendere, ubi ad Amazonum aciem
Virorum adversatricem appuleris, quæ aliquando Themiscyram
Circa Thermodontem incolent, ubi
Est asper ponti Salmydessius sinus
Nautis inhospitalis, noverca navium:
Istæ te deducent et valde lubenter.
In ipsis autem angustis portis paludis Isthmum
Cimmericum attinges, quem oportet te audacter
Deserentem trajicere angustias Mæoticas:
Erit vero hominibus fama in æternum ingens
Tui transitus, nam Bosphorus cognomine
Indigitabitur. Solum autem Europæ relinquens
Pervenies in continentem Asiaticam; nunquid vobis videtur
Deorum gubernator in omnibus simul
Violentus esse? huic enim mortali Deus
Commisceri volens, eam in istos conjecit errores.
Acerbum comparasti, o puella, conjugii tui
Procum; quas enim jam audisti narrationes
Puta tibi esse ne procemia quidem eorum quæ dicenda sunt.

IO. Hei mihi, mihi: eheu eheu.

PROM. Tu rursus exclamas et singultis; quid
Facies ubi reliqua auscultes mala?

CHOR. Num quid reliquum est mali quod illi dicas?

PROM. Imo tempestuosum mare noxiæ calamitatis.

IO. Quid ergo lucri mihi vivere, quin potius illico
De hac aspera petra memet projecerim,
Ut in terram decidens, ab omnibus malis
,, Liberarer? Nam satius est semel mori
,, Quam diebus *vitæ* omnibus mala perpeti.

PROM. Næ ægre ferres meas afflictiones,
Cui non est fato-concessum mori:

Hoc enim fuerit malorum liberatio:
Nunc vero nullus est finis mihi propositus
Laborum, antequam Jupiter regno excidat.
IO. Nunquid aliquando erit ut Jupiter e principatu excidat?
Gauderem, puto, istam conspicata cladem;
Quippe ni, cum a Jove malis afficiar?
PROM. Hæc igitur ita esse cognoscere potes.
IO. A quo spoliabitur sceptro regio?
PROM. Ipse a suis judicii-inanibus consiliis.
IO. Quomodo indica, nisi quid inest incommodi.
PROM. Tale junget conjugium, cujus olim pœnitebit.
IO. Divinumne, an humanum? dicas, si fas dicere.
PROM. Quid quale illud sit *quæris*? non licet efferre.
IO. Nunquid per uxorem regno deturbabitur?
PROM. Quæ scilicet pariet filium patre præstantiorem.
IO. An illi nulla est hujus calamitatis aversio?
PROM. Non sane, priusquam ego ex vinculis solutus fuero.
IO. Quis ergo est te soluturus invito Jove?
PROM. Oportet esse quendam ex posteris tuis.
IO. Quid ais? meusne filius te liberabit a malis?
PROM. Tertius genere a decem aliis generationibus.
IO. Hæc vaticinatio non adhuc est facilis intellectu.
PROM. Quin neque tuas anquiras ærumnas.
IO Ne me porrecto beneficio continuo prives.
PROM. Duarum narrationum alterutra te donabo.
IO. Quarum? indica et da mihi delectum.
PROM. Contribuo: elige aut reliquos labores tibi
Aperte indicabo, aut eum qui me soluturus est.
CHOR. Harum quidem istam illi, hanc autem mihi gratiam
Concedas, neque posthabeas petitionem.
Isti quidem narres reliquam errationem,
Mihi vero liberatorem; hoc enim cupio.
PROM. Quandoquidem cupitis, non refragabor
Quin exponam omne quicquid est quod vultis insuper.
Tibi, Io, primum edisseram multiplicem errorem,
Quem tu inscribas memori mentis tabula.
Quando transieris fluvium continentium terminum,
Ad ortum lucidum solis-orbitæ
Maris trajiciens fremitum, donec pervenias
Ad campos Gorgonios Cisthinæ, ubi

Phorcides puellæ longævæ[8] habitant
Tres cygniformes, oculum communem possidentes
Et dentem unum, quas neque unquam sol aspicit
Radiis, neque nocturna luna.
Prope autem harum sorores tres aligeræ,
Anguicomæ viris-invisæ Gorgones,
Quas homo nullus conspicatus retinebit spiritum.
Talem tibi hujus indico præcautionem.
Aliud vero audias ingratum spectaculum.
Voraces enim mutos Jovis canes
Gryphes caveto, et monoculum[9] exercitum
Arimasporum equestrem, qui aurifluum
Habitant juxta laticem Plutonis alvei:
Hos tu ne adpetas. Sed in longinquam terram
Ad populum nigrum pervenies, qui ad solis
Degunt fontes, ubi fluvius Æthiops.
Hujus incedas juxta ripas, donec attingas
Catabasmum, ubi de montibus byblinis
Nilus effundit fluxum venerandum potu-jucundum.
Hic te ducet in terram triquetram
Nilotida, ubi longam coloniam
Condere tibi, Io, et filiis *tuis*, est fato concessum.
Horum si quid est tibi imperfectum et inventu-difficile,
Repetas et planius ediscas:
Quippe mihi plus adest otii quam velim.
CHOR. Si quid huic reliquum aut omissum
Narrare potes de vagatione valde perniciosa,
Narra; sin autem omnia exposuisti, nobis vicissim officium
Præsta quod petimus, siquidem meministi.
PROM. Hæc terminum percepit totius vagationis suæ:
Sed ut sciat se non frustra audire me,
Quæ prius exantlavit quam huc venit, exponam,
Hoc ei exhibens signum *veritatis* orationis meæ.
Sed omittam verborum turbam plurimam,
Et pergam ad ipsum errorum terminum.
Postquam pervenisti in regionem Molossam,
Et ad eminentem Dodonam, ubi

[8] MS. Vetula. [9] MS. Unoculum.

Et oraculum et sedes Jovis Thesproti,
Miraculumque incredibile, quercus adloquaces,
A quibus tu clare et non ænigmatice
Salutata es inclyta Jovis futura
Conjux, si modo quid hoc adblanditur tibi,
Inde œstro concita littoralem
Viam emensa es ad magnum Rheæ sinum,
Unde retrovagis cursibus vexaris.
In posterum autem secessus *ille* maritimus
Pro certo hoc scias, vocabitur Ionius,
Monimentum tui itineris omnibus hominibus.
Hæc tibi sunt signa, quod mens mea
Cernat plus quam quod apparet.
Reliqua deinceps in communi vobis et isti dicam,
Reversus ad tractum priorum sermonum.
Urbs est Canobus terræ extrema,
Ad ipsum Nili ostium et aggerem sita:
Ibi quidem Jupiter te efficiet mentis compotem,
Placida tantum attrectans et palpans manu.
Cognominem vero prolificationi Jovis
Paries nigrum Epaphum, qui fruetur *tanta*,
Quantam latifluus Nilus irrigat, terra.
Ab illo generatio quinta liberorum quinquaginta
Redibit Argos non lubens
Fœminina, fugiens cognatas nuptias
Patruelium: illi autem animis attonitis,
Ut circi non procul relicti a columbis,
Insectabuntur captantes non captandas
Nuptias, ast invidebit eis deus corpora:
Pelasga vero *terra* excipiet fœmineo
Ferro domitos, noctis-observatrici audacia.
Mulier enim quæque suum virum vita privabit,
Anceps gladium cæde tingens:
Talis eveniat hostibus meis Venus.
Unam tamen puellarum amor demulcebit, ut non
Maritum occidat, sed languescet
A proposito; et ex duobus alterum eliget,
Cluere potius ignava, quam cæde polluta.
Hæc in Argo[1] regium pariet genus.

[1] MS. Argis.

Ad hæc clare enarranda opus fuerit longa oratione.
Ex hac quidem stirpe nascetur fortis *ille*, *et*
Celebris-arcubus, qui me ex hisce laboribus
Liberabit: hujusmodi oraculum mihi grandæva
Mater illa Themis Titania exposuit:
Quomodo autem et quando, hæc longa oratione
Indiguerint ad narrandum, et tu, iis cognitis, nihil juvabere.

ANAPÆSTI.

IO. Heu, heu, heu, heu, heu!
Me rursus spacelus et phrenetici
Furores urunt, œstri quidem acies
Ardentissima me stimulat;
Cor vero præ metu præcordia verberat.
Oculi autem volutim rotantur
Et extra orbitam feror, rabiei
Impetu insano, linguæ impotens:
Voces vero turbidæ temere allidunt
Ad fluctus noxæ exosæ.

EPODICA.

STROPHE.

CHOR. Revera sapiens, sapiens revera fuit,
Qui primus in animo
Hoc gessit et lingua edisseruit,
„ Quod affinitatem contrahere sibi comparem longe præstet,
„ Et neque divitiis diffluens,
„ Neque genere elatum
„ Cerdoni sit affectandum conjugium.

ANTISTROPHE.

Nunquam nunquam me, O
Fata,
Conspiciatis factam Jovis lecti concubinam:
Neque marito copuler cuipiam e cœlicolis.
Nam exhorreo non-contentam-viris virginitatem
Ius, *eam* videns ob conjugium laceratam
Immitibus Junonis erroribus laborum.

EPODUS.

Mihi vero quia æquale conjugium
Securum, non vereor: neque potentiorum
Deorum amor, oculus inevitabilis, aspiciat me.
Hoc enim bellum nebellum [1], intricatio
Inextricabilis, nec scio qualis forem.
Nam haud novi quomodo Jovis effugerim consilium.

IAMBI.

V. PROM. Profecto Jupiter, licet adhuc mente pervicaci,
Fiet humilis, quales instituit
Nuptias nubere: quæ ipsum ex regno
Et soliis evanidum ejicient; et imprecatio patris
Saturni tum jam omnino perficietur,
Quam imprecabatur antiquis soliis excidens.
Horum laborum aversionem nullus deorum
Præter me poterit ei plane indicare.
Ego hæc novi, et quomodo *perficientur:* proinde jam
Confidenter sedeat aëriis ictibus
Fretus, et vibrans manibus ignivomum jaculum.
Nam id ei nihil opitulabitur, quo minus
Inhoneste ruina cadat intolerabili:
Talem adversarium nunc præparat
Ipse sibi, monstrum inexpugnabile;
Qui præstantiorem fulmine inveniet flammam,
Ictumque validum superantem tonitru,
Et morbum marinum terræ concussorem
Tridentem, illam Neptuni hastam dissipabit.
Illisus autem huic malo, discet
„ Quantum imperare et parere distant.
CHOR. Tu itaque quæ cupis, illa Jovi ominaris.
PROM. Quæ fient, præterea autem quæ vellem loquor.
CHOR. Expectandum igitur Jovi aliquem dominaturum?
PROM. Etiam et his labores importabiliores sustinebit.
CHOR. Quomodo non metuis, talia projiciens verba?
PROM. Quid *ego* metuam, cui non est fatale mori.
CHOR. At tibi ærumnam ista graviorem inferre potest.
PROM. Quin ita faciat, omnia mihi expectanda.
CHOR. Qui colunt vindictæ deam, sapiunt.

[1] MS. Bellum non debellandum.

PROM. Cole, invoca, palpa istum æternum gubernatorem.
Mihi autem Jupiter minus nihilo est curæ.
Agat, imperet hoc brevi tempore
Ut vult; non enim diu imperabit diis.
Sed enim conspicio illum Jovis cursorem,
Illum novitii regis ministrum:
Omnino nuntiatum quid novi venit.
MERC. Te illum veteratorem illum peracerbe acerbum,
Qui deliquisti adversus deos, qui hominibus
Præbuisti dona, illum ignis furem dico;
Pater te jussit quas jactitas nuptias
Edisserere, et a quibus ille excidat imperio;
Et hæc quidem nullatenus obscure
Sed singula eloquere plane; neque mihi duplices
Prometheu, proponas vias; cernis enim quod
Jupiter talibus non emollitur.
PROM. Graviloqua et confidentiæ plena
Est hæc oratio, sicut deorum famuli.
Nuperum imperium novitii obtinetis, quinetiam putatis
Vos incolere arces nulli dolori pervias: non ex his ego
Reges duos excidisse vidi?
Et hunc jam regnantem tertium aspiciam
Turpissime et citissime: nunquid tibi videor
Metuere et formidare novos de s?
Immo multum et omnino absum *a metu:* proinde tu
Qua venisti via, eam repetas festinanter
Nam nihil eorum quæ ex me scisciteris[a] cognosces.
MERC. At tali etiam prius pervicacia
Temet conjecisti in has infelicitates.
PROM. Tuo obsequio meam hanc miseriam,
Pro certo habe, non ego permutarim.
Satius enim duco huic mancipari petræ,
Quam Jovi patri *tuo* esse fidum nuntium.
Ita cum procacibus procaciter agendum.
MERC. Videris deliciari præsentibus malis.
PROM. Delicior? sic deliciantes meos
Videam hostes: et te inter eos dico.
MERC. Nunquid et me ob has calamitates incusas?
PROM. Uno verbo omnes odi deos,
Quicunque beneficiis affecti, me injurie affligunt.

[a] MS. De quibus me interrogabis.

MERC. Percipio te insanire morbum non exiguum.
PROM. Laborem sane morbo, si morbus odisse hostes.
MERC. Non tolerandus esses, si feliciter ageres.
PROM. Hei mihi! MERC. Hoc verbum Jupiter ignorat.
PROM. Ast tempus senescens omnia edocet.
MERC. Atqui tu nondum didicisti sanus esse.
PROM. Te enim, ministrum, non alloquutus fuissem.
MERC. Nihil videris dicere eorum quæ vult pater.
PROM. Siquidem deberem ei persolverem gratias.
MERC. Nimirum conviciaris me perinde ac si essem puer.
PROM. Annon tu es puer, atque eo etiam insipientior,
Si speras te aliquid ex me cogniturum?
Non est vexatio neque machinatio, qua
Jupiter me inducet hæc enunciare,
Priusquam laxata fuerint vincula pessundantia.
Præter hæc, projiciatur comburens flamma,
Alisque-alba nive et terræ
Motibus misceat et concutiat omnia:
Nihil enim horum me flectet, ut dicam
Per quem oporteat eum excidere regno.
MERC. Perspice, quæso, num hæc tibi profutura videantur.
PROM. Hæc sunt dudum perspecta et deliberata.
MERC. Sustineas, o vanissime, sustineas aliquando
Præsentes ærumnas recte æstimare.
PROM. Tu mihi velut fluctus[4], molestus es frustra,
persuadendo.
Nunquam tibi hoc subeat me Jovis
Mandati metu, effœminatum fore,
Et isti valde-inviso supplicaturum
Muliebribus manuum supinationibus,
Ut me solvat ab hisce vinculis: ab hoc omnino absum.
MERC. Videor colloquendo multa et frustra dicere;
Nihil enim maceraris et emolliris monitionibus
Meis: sed frænum mandens tanquam nuper jugatus
Pullus, reniteris et habenis repugnas.
Sed ferocis conatu invalido.
,, Nam pervicacia non-recte-sapienti,
,, Ipsa per se minimo minus valet.
Considera vero si non parueris monitis meis,
Qualis tempestas et malorum inundatio

[4] MS. Fluctui laboras frustra.

In te irruet inevitabilis: primum enim asperam
Rupem hanc tonitru et fulminis flamma
Pater diffringet, et abscondet corpus tuum,
Petrosus autem sinus te excipiet.
Et longo temporis defunctus spatio,
Denuo prodibis in lucem; sed Jovis
Volucer canis, aquila cædis avida, corporis
Rapaciter fragmentum magnum dilacerabit,
Conviva quotidianus non vocatus adventans:
Jecur vero, dapes nigras, epulabitur.
Neque hujus ærumnæ finem aliquem expectes,
Priusquam deorum aliquis successor tuorum laborum
Appareat, et velit descendere ad haud illustrabilem
Orcum, et ad tenebrosa profunda tartari.
De his delibera; quia hic non est fictitius
Verborum ornatus, sed serio enuntiatus:
Nam mentiri nescit[s] os
Jovis, sed perficit omne verbum. Tu vero
Dispice et cura; neque pervicaciam unquam
Existimes meliorem bono consilio.

CHOR. Nobis quidem Mercurius videtur non intempestiva
Fari; jubet enim te pervicacia
Deposita, investigare sapiens consilium.
„ Obtempera, turpe est enim sapienti in peccato
persistere.

ANAPÆSTI.

PROM. Scienti mihi hæc mandata
Iste exposuit, sed male tractari
Hostem ab hostibus, nihil est absurdi.
Porro, in me projiciatur
Ignis anceps capillitium, æther vero
Concutiatur tonitru, et turbine
Furentium ventorum, terram autem ex fundo
Cum radicibus labefactet ventus,
Fluctum vero maris horrendo impetu,
Astrorumque cœlestium
Cursus commisceat, atque in atrum
Tartarum penitus projiciat corpus
Meum, necessitatis rigidis turbinibus:

[s] MS. Nequit.

Omnino tamen me non extinguet.
MERC. Tales nimirum phreneticorum
Cogitationes et voces licet audire.
Quid enim abest a delirio?
Quod si felix esset, quid de insania remitteret?
Vos vero quæ ærumnis
Hujus compatimini, locis
Ex his celeriter aliquo discedite;
Ne animos vestros attonitos reddat
Mugitus tonitru horridus.
CHOR. Aliud quid loquaris et suadeas
Mihi quod et persuadebis: nam
Hunc sermonem adduxisti non ferendum;
Quomodo jubes me inhonesta sequi?
Cum hoc volo perpeti, quicquid oporteat;
Didici enim odisse desertores.
Nec datur vitium
Quod magis quam hoc despuam.
MERC. Sed memineritis quæ ego præmoneo;
Neque a malo deprehensæ,
Incusetis fortunam, neque dicatis unquam
Jovem vos in improvisum
Infortunium conjecisse; non, inquam, sed vos
Vosmet: scientes enim
Neque ex improviso, neque clam
In inextricabilem laqueum calamitatis
Incogitantia involvemini.
PROM. Atqui facto et non amplius verbo
Terra concussa est:
Et reboat fremens sonus
Tonitru, glomerationes vero emicant
Coruscationis igneæ, turbines autem pulverem
Circumagitant; et exsiliunt ventorum
Omnium flatus, in se mutuo
Ex-adverso-spirantem discordiam exercentes:
Æther verò mari est confusus.
Talis impetus in me cœlitus
Terrorem incutiens aperte venit.
O mater mea veneranda, o omnium
Communem lucem circumvolvens æther,
Cernis quam injusta patiar.

FRAGMENTA.

Fragmentum tragœdiæ quæ inscribitur Prometheus ignifer.

A. Gell. l. c. Silens ubi oportet et loquens opportuna.

Fragmenta tragœdiæ quæ inscribitur Prometheus solutus.

I.

Strabo l. c. Æschylus quidem intelligens difficulter causas rei exponi posse, aut ita ab alio accipiens, in fabulam detorsit. Nam apud eum Prometheus Herculi exponens iter a Caucaso ad Hesperidas, in hanc loquitur sententiam.

Venies ad Ligurum intrepidum exercitum,
Ubi pugnam, id satis novi, quamvis bellicosus sis,
Non culpabis; decretum enim est hic a te spicula relinquenda.
Nullum vero invenies lapidem quem e terra
Avellas, quoniam tota regio mollis est.
Cernens vero te Jupiter in angustiis, miserebitur,
Nubemque subtendens imbre rotundorum lapidum
Obscuram reddet terram, quibus postea pugna
Contendens facile superabis Ligusticum exercitum.

II.

Ita quæ ad Oceanum versus meridiem sita sunt, omnia Æthiopiæ appellatione fuisse notata. Hæc testimoniis comprobari possunt. Sic enim loquitur Æschylus Prometheo Soluto:

Purpurea arena sacrum Rubri
Fluentum maris,
Atqueære micantem vicinum Oceano
Lacum Æthiopum cunctiferorum,
Ubi omnituens
Sol perpetuo vultum immortalem
Laboremque equorum calidis aquæ
Mollis effusionibus permulcet.

III.

Plutarch. l. c. Nunc quod potiores sumus, iisque imperamus, non casu aut fortuito fit, sed Prometheus, id est rationis usus, hoc efficit,

Equorum asinorumque coitus et taurorum fœtus
Præbens, vice servorum qui labores subeant,

secundum Æschylum.

IV.

Arrian. l. c. Æschylus in tragœdia quæ inscribitur Prometheus Solutus, Phasin Europæ atque Asiæ terminum facit. Sic enim Titanas loquentes introducit,

—— pervenimus
Tuos labores hosce, Prometheu,
Et vinculorum pœnam hanc ut videamus.

Deinde commemorant quantam regionem peragrarint,

Duplicem terræ Europæ
Asiæque magnum terminum Phasin.

V.

Galen. l. c. Æschylus in Prometheo,

Contende hac recta: quamprimum quidem
Ad Boreæ veneris flatus, cave
Fremitum ingruentem ne te rapiat
Procelloso flatu statim evertens.

VI.

Bene cave ne tibi in faciem incidat.
Gutta.

VII.

Steph. *Byzant.* l. c. Et Æschylus in Prometheo Soluto eos cum G, Gabios vocat.

Deinde accedet ad populum justissimum
Omnium mortalium, et maxime hospitalem,
Gabios; ubi neque aratrum neque
Ligo proscindit terram, verum spontanea
Arva proferunt victum uberem mortalibus.

XII.

Locum illustrem ex Prometheo Soluto, apud Ciceronem, Attio interprete, vide supra.

IN PROMETH. VINCTUM

THOMÆ STANLEII COMMENTARIUS.

[*Quæ uncinulis includuntur ex auctoris MSto accedunt.*]

TIT. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ. *Prometheus religatus.* Ita reddunt Attius et Martialis. Nonnulli e sanctis Patribus Promethei vincula fabulosa cum passione Domini nostri conferunt, hisce forsan aut similibus rationibus perducti: Christus est ὁ Λόγος, Σοφία Πατρὸς, quem et a Pythagora Σοφίαν dictum volunt aliqui: eo non abludit Promethei nomen; ambo φιλάνθρωποι. Causam δέσεως Prometheæ ab aliis novam et longe diversam statuit Æschylus, sed huic analogiæ valde congruentem; nimirum quod cum Jupiter totum genus humanum ibat perditum, obstiterit Prometheus mortales liberans ab Orco, ℣. 235.

Ἐγὼ δὲ τολμῆς ἐξελυσάμην βροτὺς,
Τῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς ᾅδυ μολεῖν.

Λωργὸν itaque, Promethei epithetum, interpretatur Suidas τὸν ὑπὲρ τῦ λαῦ ἀποθνήσκοντα. Quod ad supplicii genus attinet, præruptæ rupi Caucaseæ, cruci simplici, ut ita dicam, ex qua prima ac rudi specie ad compactam ventum fuisse docet Lipsius de Cruce I. 5. affixus ac suspensus est Prometheus, ignis suffurati pœnas luens; cruce enim plectebantur latrones: ideoque eum Lucianus σταυρωθέντα vocat; et Tertullianus adversus Marcionem I. 1. *cruces Caucasorum* dixit. Quo allusit et Martialis I. Spectac. epigr. 7.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nudo pectore pavit avem;
Nuda Caledonio sic ubera præbuit ursæ
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

[Seneca, Controvers. X. 5. quæ Parrhasii Prometheus inscribitur, *Inter altaria,* inquit, *Olynthii senis crucem posuit.*]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ. Vetus esse hoc argumentum sane ante Sophoclis et Euripidis Fabulas deperditas, satis liquet ex iis quæ de Sophoclis Colchis et Euripidis tragœdiis sequuntur.

Ibid. ΙΣΤΕΟΝ ΔΕ ΟΤΙ ΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΚΟΙΝΟΝ ΛΟΓΟΝ ΕΝ ΚΑΥΚΑΣΩι. Recte quidem et apposite ab auctore argumenti observatum est, secundum communem sententiam Prometheum Caucaso monti alligatum, at apud Æschylum potius ad Europæas Oceani partes vinctum videri: recteque hæc ab omnibus Scholiastis

ad primum tragœdiæ versum annotantur. Sciendum est itaque primo, veteres omnes, tum Græcos tum Latinos, Prometheum Caucaso alligatum uno ore tradidisse: unde apud Lucianum dialogus quo res integra narratur duplici titulo pari jure insignitur, aut Προμηθεὺς sc. aut Καύκασος. Inde Tertullianus intelligendus de *crucibus Caucasorum*, cui hæreticus Marcion, Ponto oriundus, dicitur *Caucaso abruptior, penes quem verus Prometheus, Deus omnipotens, blasphemiis lancinatur.* Observandum secundo, duos ab historicis Caucasos memorari, quorum alter Colchicus sit, alter Indicus, et utrique fabulam hanc de Prometheo ab aliquibus assignari. At quod de Indico narratur omnino commentum est, ab assentatoribus Alexandri certissime confictum. Nam cum Macedones montem eum quem Alexander cum exercitu superavit Caucasum nominarunt, ἅπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμωδὸν καὶ Ἴμαον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι· Μακεδόνες δὲ Καύκασον, Strabo XV. p. 689, qui Alexandrum inter Deos referre cupiebant, omnia de Baccho et Hercule ad eum transferebant: quinetiam locum ipsum ostendebant quo Prometheus vinctus est; Strabo XV. p. 688. Ἰδόντες σπήλαιον ἐν τοῖς Παροπαμισσάδαις ἱερὸν, τοῦτο ἐνεδείξαντο Προμηθέως δεσμωτήριον. Arrianus V. Ἀναβάσ. Φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο· καὶ ὁ αἰετὸς ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα, δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως· καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τόν τε αἰετὸν ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε. Hoc itaque omnino rejiciendum, utpote a fœda et imperita assentatione profectum, ut est a Strabone optime observatum, XI. p. 505. Ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα καὶ τὸ τὸν Προμηθέα παραδίδοσθαι δεδεμένον ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, χαριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον· τοὔνομα τοῦ ὄρους μετενέγκαντες εἰς τὴν Ἰνδικήν. Verum hoc ipsum commentum eo luculentius argumentum est, constantem Græcorum sententiam fuisse, Prometheum in monte Caucaso vinctum perhiberi; erat autem ille Colchicus, non Indicus, cujus nomen ante res Alexandri Græcis omnino inauditum. Prometheus apud Lucianum, in Dial. Prom. de seipso, ἀνεσταυρῶσθαί με πλησίον τῶν Κασπίων τούτων πυλῶν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου. De Colchico igitur Caucaso, qui inter Caspium fretum et Pontum attollitur, accepere veteres. Interim tamen non est inde concludendum Prometheum Æschyli in eo Caucaso Colchico alligari, aut rem omnem hujus fabulæ ad fretum Caspium fieri. Nam, ut observavit vetus argumenti auctor, ea quæ ab ipso Prometheo dicuntur satis ostendunt eum longe a mari Caspio, in Europæis partibus vinctum. In Scythia quidem hæc omnia geri satis ubique manifestum est: sed eam cum nomino, non illam nobis a Ptolemæo repræsentatam intelligo, qui nobis duplicem quidem Scythiam dedit, Geogr.

VI. 14. extra Imaum montem unam, intra eundem alteram, sed utramque Asiaticam; nam hanc quæ occidentalior est ita describit, ἡ ἐντὸς Ἰμάου ὄρους Σκυθία περιορίζεται ἀπὸ μὲν δύσεως Σαρματίᾳ τῇ ἐν Ἀσίᾳ. Terminatur igitur Scythia ab occasu Sarmatia Asiatica, adeoque ne ad fines Asiæ pertingit, nedum ad partes aliquas Europæas extenditur. Aliter omnino Æschylus usurpat: cum Robur et Vis Σκύθην ἐς οἶμον se advenisse dicunt, ut ex sequentibus patet. Ubi diligenter notandum, Scythiam veterum neque Asiæ neque Europæ soli adjudicatam, sed utriusque partem septentrionalem eo nomine insignitam: Ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβοῤῥοὺς κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς Σκύθας ἐκάλουν, inquit Strabo XI. p. 507. Imo Herodotus Æschylo nostro ætate proximus ita Scythiam describit, ut ad Istrum usque ab occasu pertingat, de quo ille, πρῶτος δὲ τὸ ἀφ' ἑσπέρης τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ ῥέων κατὰ τοιόνδε μέγιστος γέγονε· et apud eum Darius in expeditione illa adversus Scythas, Bosporum trajicit, et in Europam exercitum ducit. Habemus igitur ætate Æschyli Scythiam Europæam ab Istro usque ad Tanaim, in qua Prometheum versus Oceanum ex mente Tragici alligatum affirmamus; quod postea toti tragœdiæ, præsertim vero orationi Promethei de itinere Ius, illustrandæ inserviat.

Ibid. ΩΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΙΩ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ. Ut v. 717.

Ὃν (Araxin) μὴ περάσῃς· οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν
Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς ——

DRAM. PERS. ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ. Duas esse personas negat Stephanus, vel saltem ita duas esse velit ut pro una censeri debeant: cum tamen satis notum sit duos fuisse Pallantis et Stygis filios. Apollodor. I. Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς τῶν Ὠκεανοῦ, Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία.

[Hesych. Κράτος· βασιλεία, ἰσχὺς, δύναμις, δόξα, ἐξουσία.

ΒΙΑ. Hesych. Βία· Δύναμις, ἰσχὺς, ἀνάγκη. Etymolog. Βία. Σημαίνει βία, τὴν δύναμιν· ὡς τὸ, Σὴ δὲ βίη λέλειπται — καὶ τὴν ἐκ δυναστείας ἀδικίαν, ὡς τὸ, τὴν ῥὰ βίῃ αἔκοντος ἀπηύρων — καὶ, Βίῃ εἰν ἀγορῇ σχολιὰς κρίνωσι θέμιστας; — τὴν ἀδικίαν· — καὶ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον, Οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν, οὔτε ἰωκάς· — ἀμφότερα παρὰ τὴν ἴαν, ὃ σημαίνει τὴν δύναμιν· καὶ πλεονασμῷ τοῦ β, βία. τὸ δὲ μετὰ δυναμέως καὶ βιαστικῶς τι πράττειν, βία εἴρηται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Etymolog. Προμηθεύς· κατὰ μεταβολὴν, Προμηδεὺς, ὁ προορῶν τὰ μήδεα, τὰ βουλεύματα. v. 101. πάντα προυξεπίσταμαι.

ΧΟΡΟΣ. Etymolog. Χορός. οἶμαι παρὰ τὸ χαίρειν· ἢ ἐκ τοῦ χῶρος· ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον. ἢ χαίρω χάρος καὶ χορός· ἢ παρὰ τὸ χεὶρ χειρὸς, χορός.

ΩΚΕΑΝΟΣ. Etymolog. Ὠκεανός· παρὰ τὸ ὠκέως ἀνύτειν ὁ οὐρανὸς νενόμισται· ἢ παρὰ τὸ ὠκέως νάειν. ἢ παρὰ τὸ ὠκὺς καὶ τὸ ἀγνύω, ὁ ταχέως φέρων.

ΕΡΜΗΣ. Etymolog. Ἑρμῆς, ἀπὸ τοῦ εἴρω λέγω, ἢ τὸ ἁρμόζω· ὅθεν ἔρματα, διὰ τὸ ἔρυμα ἡμῶν εἶναι καὶ ὀχύρωμα τοῦ βίου, μέγιστον γὰρ τῷ βίῳ λόγος εὑρέθη. Ἡ παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω, Ἑρμῆς, ὁ τοῦ λόγου ἔφορος. ἢ ὅτι μέγιστον ἐστὶν ἕρμα τῶν περὶ τὸν βίον.]

[ΠΡΟΛΟΓΙΖΕΙ. Prologus ad fabulas Latinorum est inventum: Græci vero, argumentum aut siluerunt, aut illi qui primus scenam ingreditur partes illas assignant, ut populum de re agenda instrueret. Κράτος itaque hic cum Vulcano exponit scenam fabulæ, quo scilicet in loco orbis terrarum hæc peragi censenda sunt; quorsum illuc venerint, atque eodem negotio populum docet, aut saltem præparat ad id quod in scenam veniat representandum.]

[ΣΧΟΛ. α. Hæc Scholia Triclinii, ni fallor, sunt, quoad maximam partem. Ipsemet fatetur se scripsisse Scholia in Æschylum. Vide ex ejus Scholiis in Sophoclis Œdip. Tyrann. ỷ. 187. Quin a Christiano quodam saltem nonnulla conscripta fuisse conjicere est ex iis quæ adducuntur in Agamemn. ỷ. 171. ex Psalmis, ut puto, desumpta.]

I.

ỷ. 1. ΧΘΟΝΟΣ ΜΕΝ. Scholiastes Aristophanis ad Ranas, Æschylum ἐριβρεμέταν a Poeta dictum ostendens διὰ τὸ βροντῶδες τῶν ῥημάτων καὶ κομπῶδες, ob tonitrua verborum et sublimem sonitum, sex priores hujus tragœdiæ versus citat ut Æschyleæ grandiloquentiæ exemplum præbeat, non magno quidem judicio: certe in quatuor prioribus nihil admodum sonorum, nihil quod supra Euripidem, nedum supra Sophoclem, se attollat; in duobus proximis est quidem Æschyleæ grandiloquentiæ aliquid, sed quod ab eodem sexcentis in locis superetur; ut si totam periocham a Scholiaste citatam spectes, nullo modo pro exemplo τοῦ βροντώδους καὶ κομπώδους adduci mereatur.

Ibid. ΤΗΛΟΥΡΟΝ. Τηλουρὸν neque cum Scholiaste ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, quasi idem esset ac τηλεφανὲς, τηλέσκοπον et τηλωπὸν, neque ἀπὸ τοῦ ὄρους· sed vel, quod verisimilius, ἀπὸ τοῦ ὅρου deducimus, ita enim Hesychius, Τηλουρὸν, πόρρω ἀφωρισμένον, et Τηλουρὸς, μακρόθεν ἀποθεὶς, vel a τηλοῦ τηλουρὸς terminatione adjectiva, ut a τόλμη τολμηρὸς, *remotus, extremus:* paulo post τερμόνιον appellavit, ỷ. 117. ἵκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον. Omnino πέδον τηλουρὸν idem quod πάγος τερμόνιος, *extrema terra;* alibi γᾶς ἔσχατον πόρον nominavit. In hunc plane modum hæc intelligenda esse suadent ea quæ ipse de Æthiopibus habet, ỷ. 806.

——— τηλουρὸν δὲ γῆν
Ἥξεις κελαινὸν φῦλον·

ponit in remotissimis mundi partibus versus Septentrionem Scythas, versus meridiem Æthiopas; quæ veterum Geographia est: Strabo I. 34. *a*. Anonym. de vita Pythag. c. 21. Neque tantum si scenam in extremis Europæis partibus statuamus, constabit hæc interpretatio, sed vel si ad Caucasum; nam Prometheum vinctum refert Strabo ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς γῆς ἐν τῷ Καυκάσῳ, XI. p. 507, et Theocrit. Idyll. Ζ'. ϋ. 74. Καύκασον ἐσχατόωντα nominat, hoc est, ex Scholiastæ mente, τὸν ἐν ἐσχάτοις μέρεσι τῆς γῆς ὄντα. [Quum locum longissime remotum intelligi voluerint, ἐπ' ἔσχατα γῆς, *ad extrema terræ*, dixerunt antiqui. Theocr. in Syracusiis ϋ. 8.

Τᾶνθ' ὁ παράφορος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἐνθὼν
Ἴλεον οὐκ οἴκησιν.

Cicero, *in ultimas terras*. In Verr. 6. *Quemadmodum accepturas hoc nationes cæteras, quemadmodum hujus tui facti famam in regna aliorum atque in ultimas terras perventuram putasti*. Idem pro P. Sylla. *Amandare in ultimas terras*. Plaut. Mostellaria, IV. 3.

Non equidem in Ægyptum hinc modo vectus fui,
Sed etiam in terras solas atque ultimas
Sum circumvectus.

Utrumque, et τὸ ἄβατον et τὸ τηλουρὸν optime expressum. Vide etiam ϋ. 667. γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις.]

Ibid. ΠΕΔΟΝ. Χθονὸς πέδον dixit pro χθόνα· ut in Sept. ad Theb. γαίας πέδον, et Persis, γῆς Ἀχαΐδος πέδον. Id autem Græci uno verbo complectuntur, sc. δάπεδον· quod nihil aliud quam δᾶς, id est γῆς, πέδον· ut Δαμάτηρ quasi γῆ μήτηρ. Unde priori longa noster recte, ϋ. 828.

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα.

In veteri MS. de Glossis, inter vocabula Atheniensibus propria ponitur Πέδον, γῆ.

ϋ. 2. ΣΚΥΘΗΝ. Videtur Poeta in ratione temporum peccare; appellat enim Scythiam tempore Promethei, quem tredecim generationibus Herculem antecessisse ait, cum ipsa Scythia a filio Herculis nomen obtinuerit. Stephan. Ἐκαλοῦντο πρότερον Νομαῖοι, Σκύθαι δὲ ἀπὸ Σκύθου παιδὸς Ἡρακλέους. Atque ideo cautius loquitur Herodotus de adventu Herculis in eam regionem; ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθικὴν χώρην καλεομένην. Apud eum enim ipsi Græci ad Pontum habitantes narrant, Scythas a juniori Herculis ex Echidna filio nominatos. Sed si hæc concedantur, neque nomen Scythiæ antiquius Hercule sit, pariter etiam Poetæ nostro concedendum est ita loqui κατὰ πρόληψιν historiæ, ut et reliqui poetæ etiam castigatissimi loquuntur. Vide A. Gell. X. 16. Et appositissimum est quod notat Velleius Paterculus I. 3. *Neque est quod*

miremur ab Homero nominari Corinthum: nam ex persona poetæ et hanc urbem et quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur ætate ejus, multum post Ilium captum conditæ.

Ibid. ΣΚΥΘΗΝ ΕΣ ΟΙΜΟΝ. Pro Σκυθικόν· idque veteres Critici inobservatum præterire noluerunt. Eustath. ad Iliad. Ω'. Ἀττικοὶ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· οἷον Ἕλληνα στρατὸν, τὸν Ἑλληνικὸν, ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τῦ ἀνθρώπινον, Ἑλλάδα διάλεκτον, δῦλον γένος, Σκύθην οἶμον. Et rursus ad Il. A'. Ὥσπερ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ Σκύθης οἶμος, ὁ Σκυθικὸς, καὶ δῦλον δέ πυ γένος, τὸ δυλικὸν, ὕτω καὶ κασίγνητος φόνος, κτητικῶς ὁ κασιγνητικός. Observavit idem etiam Stephanus: καὶ Σκύθης ὅμιλος, καὶ Σκύθην ἐς οἶμον, καὶ Σκύθης ὁ σίδηρος. quæ omnia in Æschylo inveniuntur; duo quidem priora in hac ipsa tragœdia, tertium in Sept. ad Thebas, v. 821.

Δισσὼ στρατηγὼ διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ.

Ita LYCOPHRON γωρυτὸν Σκύθην dixit, ut et δράκοντα et χῶρον, de Achille, ✗. 200.

Χ' ὦ μὲν πατήσει χῶρον αἰάζων Σκύθην.

Pari ratione Martialis Græcos secutus, IV. 28.

Indos Sardonychas, Scythas smaragdos.

[Eustathius ad illud Dionysii, v. 74. Τὸν δὲ μετεκδέχεται Γαλάτης ῥόος.— ἤτοι, inquit, τὸ Γαλατικὸν πέλαγος, ἀντὶ κτητικῦ γὰρ εἴρηται, ὥσπερ καὶ Αἰσχύλος Σκύθην οἶμον λέγει τὸν Σκυθικόν. Sic Plautus Trinumm. IV. 2. *Arabiam terram* dixit: A. Gellius, *terram Græciam.* Vir doctiss. Isaacus Casaubonus, Lection. Theocritic. c. 1. Cum ait Theocritus — ἐνθ' ἐπὶ νᾶσον Τὰν Σικελάν, Et alibi ἰσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἄλα, accipit τὸ πρωτότυπον ἀντὶ τῦ παραγώγυ. "Alia est enim Græcorum in hac voce, alia Latinorum ratio, qui possessivum cum gentili, ut sæpe, confundunt. Græci hoc non faciunt, ut notat Priscianus libro. 2. Sed hæc est poetarum licentia: Sic dixit Æschylus initio Promethei vincti Σκύθην οἶμον, Dionysius Afer Γαλάτην ῥόον, Alcæus in Epigrammate, Πέρσαν στρατὸν, et aliquanto durius poetarum princeps, γυναῖκα μαζόν· Iliad A'. γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Similia his apud Latinos, *Arcadium magistrum,* dixit Virgilius, et *laticem Lyæum,* pro Arcadico et Lyæo. Horatius *Stertinium acumen* et *Sulpitia horrea,* pro Stertinianis et Sulpitianis. Persius *juvenes curas* et *heroas sensus,* quod affine est illi prope παρακινδυνευομένῳ dicto veteris Scriptoris in superioribus Eustathii verbis, ἄνθρωπον ἦθος." Hactenus vir. doctissimus.]

Ibid. ΑΒΑΤΟΝ ΕΙΣ ΕΡΗΜΙΑΝ. Hesych. Ἀδιόδευτον, ἀπέρατον.

[Suidas: βατὸς· ὁ βάσιμος τόπος. *Pervius, permeabilis locus. Locus per quem ire possumus.*] Scythas antiquos non fuisse ex Herodoto liquet, IV. 141. V. 34. nec nisi annos mille ante Darium, Ib. 121. 22. Imo Græci ab Hercule deducunt. Attamen non est quod poeta hoc factum velit antequam Scythia habitaretur, nam et Io ad Scythas pervenire statim vult: sed potius ἄβατον ἐρημίαν ultra Scythiam habitabilem intelligit. Τῶν Σκυθῶν ἐρημίας meminit Strabo I. p. 50. *Inhabitabilis ejus prima pars,* inquit Plinius H. N. VI. 17. *a Scythico promontorio ob nives; proxima inculta sævitia gentium.* Adeo sane deserta ut in proverbium transierit. Aristoph. Acharn. ϒ. 703.

Τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κῦφον, ἥλικον Θουκυδίδην,
Ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ.

Ubi Scholiastes, ἐςὶ δὲ παροιμία, Ἡ Σκυθῶν ἐρημία, τουτέςι, ἔρημον ὄντα.

[Plutarch. in Contradict. Stoic. p. 1043. Ὁ δὲ Χρύσιππος ἕνεκα χρηματισμοῦ τὸν σοφὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς Παντικάπαιον ὠθεῖ, καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν. Panticapæum urbs Scythiæ ad Bosporum, auctore Stephano. Meminit et hujus adagii Q. Curtius VII. 33. apud quem *Scytharum solitudines,* inquit Scytharum legatus, *Græcis etiam proverbiis audio eludi: Nos deserta et humano cultu vacua magis quam urbes et opulentos agros sequimur.* Proverb Vatican. Σκυθῶν ἐρημία. ἐπὶ τῶν ἐρημουμένων ὑπό τινων, καὶ τὰ ἐρημότερά φασι τῆς Σκυθίας ἐρημίας εἶναι. *De quibusdam desertis ab omnibus sic est dici solitum; Scythico deserto deserta magis.* Ἄβατον vero ἐρημίαν expressit Lucret. I. 925.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo. Et Tibullus IV. 76.
Qua nulla humano sit via trita pede.]

ϒ. 3. ΜΕΛΕΙΝ. Euripid. Bacch. ϒ. 450.

—— σοὶ δὲ τἄλλα χρὴ μέλειν.

Aristoph. Thesmoph. ϒ. 959.

Πολλάκις αὐταῖν ἐκ τῶν ὡρῶν
Ἐς τὰς ὥρας ξυντυχόμενος
Τοιαῦτα μέλλειν (leg. μέλειν) θαμ' ἑαυτῷ.

Ibid. ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ. Alii ἐπιτολάς· frustra, et contra quam veteres legerunt. Hesych. Ἐπιςολαὶ, ἐντολαὶ, ἐπιταγαί. Αἰσχύλος Προμηθεῖ. Eustath. Ἐπιτέλλειν, τὸ προςάττειν καὶ ἐπιτέλλεσθαι. Ἐξ αὐτοῦ δὲ προσθέσει τοῦ σ παρ' Αἰσχύλῳ, ἐπιςολὴ ἡ ἐντολή. Minus recte tamen ab ἐπιτέλλειν potius quam ab ἐπιςέλλειν deducit Eustathius, quod et monuit Henricus Stephanus: cum et apud ipsum Æschylum eodem sensu reperimus ἐπέςαλται λέγειν Sept. Theb. et ἐπέςαλται τέλος, Eumen. quem et plus semel hanc usurpasse vocem satis liquet: ut in Persis, ϒ. 785.

Κ' ὃ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς;

et in Supplic. ℣. 1019.

Μόνον φυλάξαι τάσδ' ἐπιστολὰς πατρός.

Reliquis etiam Tragicis in usu: Sophocl. in Andromeda, teste Phrynicho,

Μηδὲν φοβεῖσθαι προστφάτους ἐπιστολάς·

Eurip. Bacch. ℣. 442.

——Πενθέως δ' ὅς μ' ἔπεμψ' ἐπιστολαῖς·

et in Androm. ℣. 965.

Ἦλθον δὲ τὰς σὰς ὃ μένων ἐπιστολάς.

Sic etiam loquuntur aliquoties solutæ orationis scriptores. Herodotus, ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρήτου ἔλεγε ταῦτα. Xenoph. de Cyri pædia V. Ἐρόμενος τὸν Κυαξάρην κατὰ τὴν Κύρου ἐπιστολήν. Suidas, Ἐπιστολή, ἐντολή, ἐπίσκηψις. Ὁ δὲ τῷ ἱερεῖ ἐπιστολὰς λέγει καθεύδοντι. Ὁ τὰς ἐπιστολὰς θεοῦ φυλάττων.

℣. 4. ΑΣ ΣΟΙ ΠΑΤΗΡ ΕΦΕΙΤΟ. Sc. Jupiter, quem sæpe hic patrem nominat. Quod hic vocat Κράτος, ἐπιστολὰς πατρὸς, Vulcanus mox ἐντολὴν Διός. [Themistius, Oratione de Theodosii clementia. Θεία δὲ μονὴ καὶ τοῦ Πατρὸς ἐπωνυμία· πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία οἱ ποιηταὶ ἐπονομάζουσι. Vide Diogenem apud Stobæum. Plato, Timæo. Τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα ἐς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Philo de temulentia. Τοῦ δὲ παντὸς ἀρχηγέτης ὁ κτίστης καὶ πατὴρ αὐτοῦ. Tritissimum est illud Homericum πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Ennio — *divumque hominumque pater rex.*
Virgilio — *hominum pater atque Deorum.*

Hinc Jupiter, Jovis pater, vel Ζευπάτωρ, alias *Diespiter* seu Διϊπάτωρ. Eustathius ad Iliad. Θ'. ex Etymologo quodam. Πατὴρ θεὸς μὲν ὡς τὸ πᾶν τηρῶν· ἄνθρωπος δὲ ὡς τοὺς παῖδας τηρῶν. Quin a Virgilio, inquit Servius, *pæne omnibus Diis nomen paternum additur, ut fiant venerabiliores.* Et ante Virgilium Lucilius, I. 3.

Ut nemo sit nostrum quin pater optimu' divum,
Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars,
Janu', Quirinu' pater, nomen dicatur ad unum.]

℣. 5. ΛΕΩΡΓΟΝ. Hesych. λεωργὸν, et postea λεωργὸς, κακοῦργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον. Idem, λαοργὸς, ἀνόσιος, Σικελοί. Suidas, τὸν πάντολμον, τὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀποθνήσκοντα, ἢ τὸν λαοῖς παρασχόντα τὸ ἐργάζεσθαι διὰ τοῦ πυρός. Etymolog. Λεωργὸς, ὁ τῶν ἀνθρώπων πλάστης. Ἐπίθετον Προμηθέως, παρὰ Αἰσχύλῳ. Tatiano hoc sensu ἀνθρωποποιὸς dicitur; καὶ τὸν ἀνθρωποποιὸν Προμηθέα καταφαγὼν αὐτὸς τετίμηται. Ἔργα λεωργὰ opera facinorosa. Archilochus apud Clementem Strom. V.

Ὦ Ζεῦ, σὸν μὲν ὠρανῶ κράτος,
Σὺ δ᾽ ἔργα ἐπ᾽ ὠρανῶ; ὁρᾷς;
Λεωργὰ καὶ ἃ θέμις.

[Porro Xenophon pro audaci utitur. Apomnem. I. Νῦν τοίνυν νόμιζε αὐτὸν θερμουργότατόν τε εἶναι καὶ λεωργότατον. Pollux. III. c. 28. Τὸ γὰρ λεωργὸς παρὰ Ξενοφῶντι, φορτικόν. *Apud Xenophontem, grave.* Λεωργὸς etiam dicitur ὁ ἐργαζόμενος τὴν λείαν· Et apud Hesych. Λεωργός· q. d. *Prædo, Raptor;* qui alienam messem convectat aut prædas agit, ὁ λῃστής. Cruce plectebantur latrones; Prometheus pœnas dedit ignis suffurati; διὰ τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ. Argum. Barthius Adversar. VII. 11. hunc versum sic reddit. *Maleficum, sontem; quippe Dei Summi despectorem.*]

[Ibid. ΟΧΜΑΣΑΙ Hesiod. Theogon. ℣. 521.

Δῆσε δ᾽ ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον,
Δεσμοῖς ἀργαλέοισι μέσον διὰ κίον᾽ ἐλάσσας.]

v. 6. ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΩΝ. Lectio verior, e Scholiaste Aristophanis elicita, in Ranas: at Codices MSS. habent, Ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις. Forsan tamen legendum, Ἀδαμαντίνων δέσμοισιν ἀῤῥήκτοις πεδῶν. Ita Simonides de muliere,

Καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄῤῥηκτον πέδη.

Ἀδάμας secundum Hesychium est γένος σιδήρου. Ex ferro sane constabant Promethei vincula, quæ ℣. 19. χαλκεύματα dicuntur; unde *illi ferreum annulum dedit antiquitas,* Plin. H. N. XXXIII. 1. [Sed et de adamante Plinius H. N. XXXVII. 4. *Incudibus adamantes deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinque dissultet, incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura et nunquam incalescens: unde et nomen, indomita vis, Græca interpretatione accepit.* Hinc quicquid invictum atque inexpugnabile, id adamantinum vocamus. Hesiod.

Ἀλλ᾽ ἀδάμαντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν.

Theocr. in Amaryllide. ℣. 39.

Καί κε μ᾽ ἴσως ποτίδῃ, ἐπεὶ ὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί.

Eodem pertinet quod Homerus Vulcanum fingit adamantinis vinculis irretientem Venerem et Martem: et quod Virgilius portas et columnas inferorum ex adamante fabricatus est.]

[Ibid. ΑΡΡΗΚΤΟΙΣ. In Supplic. ℣. 198. ἄῤῥηκτον σάκος.]

℣. 7. ΤΟ ΣΟΝ. Non Vulcani solum, sed et Minervæ, Plato. Sunt vero qui Prometheum caput Jovis secuisse narrant cum Minerva nasceretur. Pind. Schol. Ol. VII. 70. Prometheum vero ignis inventorem negabant Argivi, et Phoroneum fuisse asserebant, Pausan. II. 19.

Ibid. ΑΝΘΟΣ. Σεμνοποιεῖται, inquit Eustathius ad Iliad. Α΄. τὸ πῦρ ὥς τι καλλιστεῖον τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τῦ Προμηθέως δοθέν. Hesych. πυρὸς ἄνθος· τὸ λαμπρότατον. Inter oracula Zoroastri,

Ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῦ (ita legend.) πυρὸς ἄνθος.

Et rursus,

——ὄφρα κεράσῃ
Πηγαίως κρατῆρας ἑῦ πυρὸς ἄνθος ἐπίσχων.

Et rursus,

Πολὺ δρεπτόμενοι πυρὸς ἄνθος
Ἀκοιμήτυ χρόνυ· ἀκμὴ ἀρχεγόνυ ἰδέας
Πρώτη πατρὸς ἔβλυσε· τᾶς δ᾽ αὐτοθαλὴς πηγή.

Lege et distingue,

—— πῦλυ
Δρεπτόμενοι πυρὸς ἄνθος ἀκοιμήτυ χρόνυ. Ἀκμὴ
Ἀρχεγόνυ ἰδέας πρώτη πατρὸς ἔβλυσε· τᾶς δὲ
Αὐτοθαλὴς πηγή.

[Homeri versum quem citat Scholiastes α. Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο παύσατο δὲ φλόξ, repudiat vir doctus, Henr. Stephanus, Eustathii auctoritate fretus, qui ridiculam hanc lectionem veteribus videri asserit: agnoscit tamen illam Plutarch. p. 934. ἐν τῷ περὶ τῦ ἐμφαινομένυ προσώπυ ἐν κύκλῳ σελήνης.]

Ibid. ΠΑΝΤΕΧΝΟΥ ΠΥΡΟΣ ΣΕΛΑΣ. Πυρὸς duo genera, στοιχειακὸν et διακονικόν. Utriusque inventor Prometheus secundum Æschylum, qui illud πάντεχνον appellat, hoc φλογωπὸν, ϔ. 253. Stoicis qui haud raro cum Pythagoricis coincidunt, τεχνικὸν et ἀτεχνικὸν, vel, interprete Cicerone, *artificiosum* et *inartificiosum*. Ex igne artificioso constare animam putabant, Stob. eclog. Phys. imo et ipsum Solem, cujus ignis similis est eorum ignium qui sunt in corporibus animantum, Cicer. Natur. deor. II. 15. Optime hæc quadrant cum fabula Promethea. Fulgent. Mythol. II. 9. *Prometheum aiunt hominem ex luto finxisse, quem quidem inanimatum atque insensibilem fecerat; cujus opus Minerva mirata, spopondit ei ut si quid vellet de cælestibus donis ad suum opus adjuvandum inquireret: Ille nihil se scire ait quæ bona in cælestibus haberentur; sed, si fieri posset, se usque ad superos elevaret, atque exinde si quid suæ figulinæ congruum cerneret melius iniret.*

ϔ. 8. ΘΝΗΤΟΙΣΙ ΚΛΕΨΑΣ. Attius ad verbum, Cic. Tusc. II. 10.

——*unde ignes mortalibus*
Divisse cluat doctus Prometheus,
Clepsisse dolo, pœnasque Jovi
Fato expendisse supremo.

Cicero ad Herenn. IV. *Prometheus, cum mortalibus ignem dividere* (ὀπάζειν) *vellet.* Ingeniose in hac re lusit Clemens Stromat. I. Ἔστι δὲ καὶ ἡ φιλοσοφία ἡ κλαπεῖσα, καθάπερ ὑπὸ Προμηθέως, πῦρ ὀλίγον εἰς φῶς ἐπιτήδειον χρησίμως ζωπυρούμενον, ἴχνος τι σοφίας, καὶ κίνησις παρὰ Θεοῦ. Ταῦτα δ' ἂν εἶεν κλέπται καὶ λῃσταὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι, καὶ πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες. [Plato in Protagora; Εἰς δὲ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα τὸ κοινὸν, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λαθὼν εἰσέρχεται, καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου, καὶ τὴν ἄλλην τῆς Ἀθηνᾶς, δίδωσιν ἀνθρώπῳ· καὶ ἐκ τούτου εὐπορία μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ βίου γίγνεται. Προμηθέα δὲ δι' Ἐπιμηθέα ὕστερον· ᾗπερ λέγεται· κλοπῆς δίκη μετῆλθεν.]

Ibid. ΩΠΑΣΕΝ. Et ℣. 252. πῦρ ἐγώ σφιν ὤπασα. [Etymolog. Ὀπάζω· τὸ περιποιεῖν καὶ διδόναι· ὡς τὸ, Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι κῦδος ὀπάζει.]

[℣. 9. ΑΜΑΡΤΙΑΣ. Prometh. de se ipso. ℣. 266. Ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον.]

[Ibid. ΔΟΥΝΑΙ ΔΙΚΗΝ. Δίκας τίνειν. Eurip. in Oreste. Ἀλλ' ὡς μὴ δίκην δοίη πόσει. Idem.

Εὖ φασὶ πρῶτον Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας
Διδόντα.

Virg. Æn. IV. 396.
Dabis improbe pœnas.]

Hesych. Ὤπασεν, ἐχαρίζετο. Horat. Od. I. 3.
Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.

℣. 11. ΣΤΕΡΓΕΙΝ. Agam. ℣. 1577.

——ἐγὼ δ' οὖν
Ἐθέλω δαίμονι τῷ Πλεισθενιδᾶν
Ὅρκους θεμένα, τάδε μὲν στέργειν.

[Eumenid. ℣. 973.
Στέργω δ' ὄμματα πειθοῦς.]

℣. 13. ΔΗ. Pro ἤδη, ut ℣. 57.
Περαίνεται δὴ κ' οὐ ματᾷ τοὔργον τόδε.

Ibid. Κ' ΟΥΔΕΝ ΕΜΠΟΔΩΝ ΕΤΙ, *neque quicquam adhuc impedimento fuit.* Garbitius, *nec est quid amplius ante pedes et reliquum quod sit expediendum.* Minus recte. Monent Grammatici ἐμποδὼν dici ἀντὶ τοῦ εἰς ἐμπόδιον· ἀπὸ τῶν ἐν ποσὶ κειμένων καὶ οὐκ ἐώντων βαδίζειν. Euseb. hist. 116. a. Ἐκράτει δὲ γνώμης, καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν ἦν αὐτῷ μὴ οὐχὶ ἐν ἔργῳ χωρεῖν. [Jul. Pollux. Onomast. II. 4. Τούτοις ἂν προσήκοι ὥσπερ ἐμποδία, ἐμποδίσματα, ἐμποδίζειν. *Huc etiam pertinent impedimenta, remora:* (atque inde ni fallor, ipsum Latinum *impedire,*) Idem V. 29.

Κωλύματα. Ἐμποδίσματα, ἐμπόδια, ἐναντία, ἐναντιώματα, ἐμποδών, &c. Etymolog. Ἐμποδών. ἐχρήσατο δὲ τῇ λέξει Ἱεροκλῆς τε καὶ οἱ ἄλλοι, ἀντὶ τῦ ἐμποδίῳ· ἐν δευτέρῳ φιλοσοφυμένων, περὶ τῶν φιλοσόφων. Τίς γὰρ αὐτῶν ὐχὶ καὶ ἔγημεν καὶ παῖδας ἀνείλατο, καὶ ὐσίας ἐπεμελήθη, μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος.]

ỷ. 14. [ΣΥΓΓΕΝΗ ΘΕΟΝ. Et mox ipse Prometheus ỷ. 92.

Ἴδεσθέ μ' οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.]

Prometheum inter deos recenset Catullus in nupt. Pelei et Thetid. sic et Sophocles, Oedip. Col. ỷ. 55.

Χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ' ἐς', ἔχει δέ νιν
Σεμνὸς Ποσειδῶν, ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς. ——

Ubi Scholiastes τὸ πυρφόρος θεὸς de Vulcano perperam interpretatur: quæ vero subdit ex Apollodoro magis ad rem nostram; Prometheum in Academia coli una cum Minerva et Vulcano. Cognatos vero fuisse patet ex Apollodoro I. Τεκνοῖ δὲ, Cœlus, αὖθις ἐκ γῆς παῖδας μὲν τὺς Τιτᾶνας προσαγορευθέντας, Ὠκεανὸν, Κοῖον, Ὑπερίωνα, Κρεῖον, Ἰαπετὸν, καὶ νεώτατον ἁπάντων Κρόνον. Japetus igitur pater Promethei, et Saturnus Vulcani avus, fratres germani. [Meminit etiam aræ Prometheo dicatæ Pausanias in Attic. I. 30. Ἀκαδημίᾳ δὲ, inquit, ἐςι Προμηθέως βωμὸς, καὶ θέυσιν ἀπ' αὐτῦ πρὸς τὴν πόλιν, ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. Frustra itaque conqueritur sub persona Promethei Lucianus, in Dialogo cognomine, nullam sibi aram extructam esse; μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν, inquit, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ σῦ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, νεὼς ἰδεῖν ἁπανταχῦ ἐςὶ, Προμηθέως δὲ, ὐδαμῶς. Frustra etiam Lactantius Prometheum inter Deos habitum fuisse negat. Quod jampridem observavit vir cl. Joh. Brodæus, Miscellan. I. 18. Multo rectius vetus ille Grammaticus, quisquis fuit, Prometheos Æschyli ejus generis Tragædiarum fuisse monet, quæ ex Diis solis constabant. Καὶ τίνες ἤδη τῶν τραγῳδιῶν διὰ μόνων οἰκονομῦνται θεῶν, καθάπερ οἱ Προμηθεῖς. Neque objiciat aliquis quod Ius personam hanc in fabulam introduxerit poeta, ut et Terram et Herculem in Prometheum λυόμενον, et Satyros in πυρφόρον, cum hi omnes pro Diis habiti fuerint.]

ỷ. 15. ΦΑΡΑΓΓΙ. Lucianus in eadem re, κατὰ μέσον ἐνταῦθα πυ ὑπὲρ τῆς φάραγγος ἂν ἐςαυρώθη. Porro, secundum Eustathium, ἡ φάραγξ ἡ ὀρεινὴ παρωνυμία ἐςὶ τῆς ἐν ζώοις φάρυγγος· prærupta quædam cavitas haud procul a vertice montis: noster postea, ỷ. 142.

Τῆσδε φάραγγος σκοπέλοις ἐν ἄκροις.

[ỷ. 18. ΘΕΜΙΔΟΣ ΑΙΠΥΜΗΤΑ ΠΑΙ. V. cl. Jer. Hoelzlinus in Apollon. III. 1085. *Prometheus omnium veterum consensu filius fertur Japeti; quamobrem Madai videtur fuisse, sive Medus, cujus nomen fabulosi Græci postea suum fecerunt.* De matre Promethei

Etymolog. Magn. Προμηθέως μήτηρ ἡ Ἀσία, ὡς Λυκόφρων· καὶ ἀπ' αὐτῆς ἡ Ἀσία ὠνόμασται.]

℣. 20. ΑΠΑΝΘΡΩΠΩι ΠΑΓΩι. Garbit. *sævo saxo*, minus huic loco convenienti sensu. Nos *solitariam* transtulimus, id est, hominibus vacuam: ut se exponit,

> Ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
> Ὄψει.——

Ita ante appellavit ἐρημίαν· et alibi ἀγείτονα πάγον. Et Lucianus, XXIV. 17. Εἰ ἐρήμην καὶ ἀπάνθρωπον συνέβαινε τὴν γῆν μένειν. Πάγοι sunt, interprete Hesychio, αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν καὶ ὀρῶν. Apollon. Argonaut. II. 1251.

> Καὶ δὴ Καυκασίων ὀρέων ἀνέτελλον ἐρίπναι
> Ἠλίβατοι, τόθι γυῖα περὶ στυφελοῖσι πάγοισιν
> Ἰλλόμενος χαλκέῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεὺς
> Αἰετὸν ἥπατι φέρβε.

[Πάγος est rupes. Ita interpretatur ipse Æschylus, Eum. 693. Πέτρα πάγος τ' Ἄρειος. Ita vero dicitur, quia lapides vel θέρμῳ πήγνυνται καὶ ἀπολιθοῦνται, vel ψυχρῷ. Arist. Probl. XXIV. Διὰ τὸ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάγου τὸ ὑγρὸν ἀναλισκέσαν σκληρύνειν.]

℣. 21. ΦΩΝΗΝ. Φωνὴν ὄψει· mentale zeugma, quo nihil frequentius. Sept. ad Theb. ℣. 103. κτύπον δέδορκα.

Ibid. ΤΟΥ. Barthius Advers. VII. 11. putat concinnius legi posse που. Videtur sane ἵνα pro conjunctione finali accepisse, cum sit adverbium loci; ut ℣. 724. et passim apud poetas. Catullus, XI. 3.

> *Littus ut longe resonante Eoa*
> *Tunditur unda.*

℣. 22. ΣΤΑΘΕΥΤΟΣ Δ' ΗΛΙΟΥ ΦΟΙΒΗι ΦΛΟΓΙ. Quod Theocrito ἡλιόκαυστος· Horat. *perusta solibus*. Hesychius, σταθευτὸς, πεφλογισμένος ἠρέμα. Ita quidem veteres Græci: puto tamen vocabulum nihil aliud significare quam quod sistitur seu figitur loco aliquo; a στῆμι, σταθεύειν, σταθευτός. Ex hoc autem loco aut consimili orta est illa Grammaticorum significatio, quod qui Soli sistitur et adversus radios ejus figitur paulatim ardescit. Σταθεύω *statuo*, σταθευτὸς *statutus*, ut πασσαλεύω πασσαλευτὸς, πορπάζω πορπατός. Hinc forsan fit ut Philosophus in diversum torqueat vim vocis, et στάτευσιν frigori assignans, faciat ἀπεψίας summum gradum, opponatque τῇ ὀπτήσει ἀντιστοίχως. Meteor. IV. 3. [Thomas Magister. Σταθεῦσαι Ἀττικοί· στατεῦσαι Ἕλληνες· δηλοῖ δὲ ἱστάμενον φλέγεσθαι· ἔστι δὲ ποιητικὸν, ἐξ οὗ καὶ ὄνομα σταθευτὸς, ἀπὸ τοῦ στατὸς καὶ τοῦ εὔω, τὸ καίω. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογί.]

[Ibid. ΦΟΙΒΗι ΦΛΟΓΙ. Sic Virgilius de Zona æquinoctiali Georg. I.

234. *Et torrida semper ab igni.* Rem acu tetigit Horat. Od. III. 3. de flamma et ardore solis,

Qua parte debacchentur ignes.]

℣. 24. Η ΠΟΙΚΙΛΕΙΜΩΝ ΝΥΞ. Κατὰ τὸ ἐν ἄγροις ποικίλον αὐτῆς, inquit Eustathius, Æschylum nostrum laudans, in Κ'. Iliad. [Hesychius. Λειμών· ἀνθηρὸς τόπος.]

℣. 27. ΟΥ ΠΕΦΥΚΕ ΠΩ. *Nemo natus,* ut cum Plauto loquar. Non, *qui nondum est natus,* sicut uterque Scholiastes et Garbitius, qui hoc de Hercule interpretantur; [de quo ℣. 870.

Σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς,
Τόξοισι κλεινὸς, ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ
Λύσει.]

℣. 28. ΤΟΙΑΥΤ' ΑΠΗΥΡΩ ΤΟΥ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΥ ΤΡΟΠΟΥ. Garbitius, *Eo usus es moribus humanitatis tuæ.* [Suidas ἀπηύρα. ἀφείλετο, ἀπέλαυσεν· *abstulit, fructum percepit.* Vide Eustath. ἀπαυρᾶν, et ἀπαυρεῖν.] Alii ἐπηύρω, quod melius. Hesych. Ἐπηύρεν, ἐπέτυχον. Simocat. Ἀπορ. φυσ. οὐ τοῖς ἀλόγοις βασκανίας τι μέτεστιν, οὐδὲ Προμηθεὺς παρ' ἐκείνοις κολάζεται, ἀγαθοῦ τινος τοῦ πυρὸς μεταδιδοὺς τοῖς ἀνθρώποις. Noster infra, ℣. 123.

Διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν.

[V. cl. Joannes Georgius Grævius illud Hesiodi Ἔργ' καὶ ἡμ. 240.

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,

sic reddit,

Sæpe universa civitas malum ob virum punitur.

Idem in lectionibus Hesiodeis, ad ea verba, hæc habet. « MS. I. Ἀπηύρα. Sic legit Æschines oratione contra Ctesiphontem, Tzetzes antiquus Scholiastes Pindari, ad Pythionic. III. Eustathius ad Iliad. Α'. 410. cujus verba sunt; ἵνα λέγῃ σεμνῶς καὶ εὐφήμως πάντες ἐπαύρωνται βασιλέως τούτου κακοῦ, κατὰ τὸ,

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα. Ἔνθα ὅρα τὸ ἀπαυρεῖν ταυτὸν ὂν τῷ Ὁμηρικῷ ἐπαυρεῖν, διὸ καλῶς ἡ αὐτῶν ἑρμηνεία. Apud Hesiodum, inquit, ἀπαυρεῖν eandem vim habet quam apud Homerum ἐπαυρεῖν. Ecquis dubitet Hesiodum scripsisse ἀπηύρα, quod postea scioli moti vocis insolentia in hac notione mutarunt. Ἐπαυρεῖν enim pro ἀπολαύνειν (l. ἀπολαύειν) *pœnas dare, damno affici,* frequenter apud Homerum aliosque legerant, sed ἀπαυρεῖν in hac significatione, non nisi in hoc Hesiodi loco, nisi me fugit memoria, reperitur. Alioquin pro ἀφαίρειν, et apud Homerum et apud nostrum sæpius legitur. Non dubitavi reddere suam lectionem Hesiodo, fundatam tot antiquorum scriptorum auctoritate, quamvis editi libri repugnent omnes. Cæterum verba illa Homeri ad quæ Eustathii Scholion laudavimus,

Iliad Α'. Ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος, Latini interpretes transtulerunt, *ut omnes fruantur rege*, poterantne insulsius? ἐπαύρωνται βασιλῆος est, *plectantur propter regem, luant regis stultitiam.* Nec melius Il. Ζ'. 352.

Τούτῳ δ' οὔτ' ἂρ νῦν φρένες ἔμπεδοι· οὐδ' ἄρ' ὀπίσσω
Ἔσσονται· τῷ καί μιν ἐπαυρήσεσθαι ὀΐω.

Huic enim neque animus constans est, neque in posterum
Erit: idcirco ipsum pœnas daturum puto.

Sic vertendi hi versus. Iliad. Ο'. 17.

Οὐ μὰν οἶδ' εἰ αὖτε κακοῤῥαφίης ἀλεγεινῆς
Πρώτη ἐπαύρηαι.

Nescio an non insidiarum infelicium
Prima pœnas luas.

Similiter peccarunt Latini interpretes inferius apud Hesiodum ỳ. 419. Πλεῖον δὲ νυκτὸς ἐπαυρεῖ. h. e. *magis autem nocte laborat.* Subintelligitur hic καμάτου. Πλεῖον καμάτου ἐπαυρεῖ, *majores capit labores.* Illi inepte, *magis nocte fruitur.* Ἀπαυρεῖν et ἐπαυρεῖν βασιλῆος, ἀνδρὸς, κακοῤῥαφίας, sunt locutiones concisæ, in quibus subintelligitur κακὸν et ἐκ aut ἕνεκα, ut integræ sint, ἐπαυρεῖν κακὸν additur Odyss. Σ'. 106.

Μή πού τι κακὸν καὶ μεῖζον ἐπαύρῃς.

Ne majus malum capias.

Sic et ἐπαύρεσθαι ἀγαθὸν apud Andocidem. Similiter inferius Theog. ỳ. 882. Κρίνεσθαι τιμάων sc. ἕνεκα, *certare de honoribus.* Tales ellipses Græcis scriptoribus, tam qui soluta, quam qui pedibus constricta utuntur oratione, non sunt infrequentes." Hactenus vir doctissimus.]

ỳ. 31. ΦΡΟΥΡΗΣΕΙΣ. Φρουρεῖν, ut et Homero φυλάσσειν, *custodire,* id est immote manere apud aliquid; quo sensu postea λατρεύειν πέτρᾳ, assiduam operam dare.

[ỳ. 32. ΑΥΠΝΟΣ. Ex Prometheo Varronis citat Nonius.

Levis mens nunquam somnurnas imagines
Affatur, non umbrantur somno pupulæ.]

Ibid. ΟΥ ΚΑΜΠΤΩΝ ΓΟΝΥ. Hesych. γόνυ κάμψαι, ἀναπαύεσθαι. Infra ỳ. 395. ——ἄσμενος δέ τ' ἂν

Σταθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ.

[Proverbii speciem præ se fert, quod observarunt parœmiographi, οὐδὲ γόνυ κάμψας, *ne genu quidem flexo.* Quasi dicas, citra respirationem, sine omni intermissione. Homer. Il. Η'. 118.

Φημί μιν ἀσπασίως γόνυ κάμψειν, αἴκε φύγησι
Δηΐου ἐκ πολέμοιο.]

[ỳ. 34. ΔΙΟΣ ΓΑΡ ΔΥΣΠΑΡΑΙΤΗΤΟΙ ΦΡΕΝΕΣ. Homer. Il. Α'. 589.

——ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.

Ad quæ verba vir doctissimus, D. Jacobus Duportus, in Gnomologia Homerica, " Ei nimirum, inquit, σθένος ὀυκ ἐπιεικτόν. Item ἀντιφέρεσθαι, τὸ ἀπεναντίας φέρεσθαι, ὅ ἐστιν ἐναντιοῦσθαι, ὅθεν καὶ ἀντιφερίζειν. Eustath."]

[ꝟ. 35. ΤΡΑΧΥΣ ΟΣΤΙΣ ΑΝ ΝΕΟΝ ΚΡΑΤΗι. Postea. ꝟ. 323.

——— ὁρῶν ὅτι

Τραχὺς μονάρχης ὀυδ᾽ ὑπεύθυνος κρατεῖ.]

Ibid. ΟΣΤΙΣ ΑΝ ΝΕΟΝ ΚΡΑΤΗι. Alii νέος. Utrumque, inquit Stephanus, de Jove dici potest, quia νέον ἐκράτει, id est νεωστὶ, et νέος erat, unde dixit, ὁ νέος ταγὸς μακάρων, ꝟ. 95. et ꝟ. 149. νέοι οἰακονόμοι. Sed hæc observatio est nihil; nam νέος ταγὸς non est juvenis, sed nuperus, ut et νέοι οἰακονόμοι sunt novi, id est nuper gubernaculo admoti. [Virg. Æn I. 567.

Res dura et regni novitas me talia cogunt
Moliri.

Homer. Odyss. Ξ'. ꝟ. 59.

Ἡ γὰρ δμώων δίκη ἐστὶν,
Αἰεὶ δειδιότων ὅτ᾽ ἐπικρατέωσιν ἄνακτες
Οἱ νέοι.

Ad quem locum V. cl. D. Jacobus Duportus. " Si quis per ἄνακτας νέους juvenes reges vel dominos hic intelligere velit; non vehementer pugnabo, præsertim cum juvenis regis imperium plerumque non adeo felix subditis nec auspicatum esse soleat. Unde sapientissimus regum alicubi in Concione sacra, miseram pronuntiat terram quæ juvenem regem habet. Quod si integra mihi sit conjectura, aliter sumendum putarem, nempe ut νέοι hic non *juvenes*, uti vertunt interpretes, sed *novi*; et ἄνακτες νέοι, non *juvenes domini*, quod duriusculum, sed *novi domini*. Quod enim aliis καινὸν, id Homero νέον. Nam vox καινὸς, *novus*, antiquissimo poetæ ἄγνωστος. Et melius, ni fallor, constabit sententia. Nec enim juvenes adeo servis terribiles ac senes, hi enim potius quam illi, natura morosi, rigidi ac severi. At vero ἄνακτες νέοι, *novi domini*, asperius plerumque et insolentius dominantur.

Ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ.

Æschyl. Prom. vinct. Novi quippe domini ut et novi magistratus, fere asperiores erga subditos, uptote magis ad rem attenti, et privatis commodis velificantes. Unde non imprudenter forte Tiberius eosdem fere præsides provinciarum ad finem vitæ continuavit, nec mutandos censuit. Quanquam hoc ejus consilium sinistre pro suo more interpretatur Tacitus Annal. I. Sed vide lepidum ejusdem Tiberii hac de re apologum apud Joseph. Antiq.

Jud. XVIII. 8. alterumque Æsopicum ei affinem apud Aristot. Rhet. II. 21. de Vulpe et Muscis caninis. Οὗτοι μὲν οἱ κυνοραϊςαὶ πλήρεις μου ἤδη εἰσὶ καὶ ὀλίγον ἕλκουσιν αἷμα· ἐὰν δὲ τούτους ἀφέλῃ, ἕτεροι ἐλθόντες πεινῶντες, ἐκπιοῦνται μου τὸ λοιπὸν αἷμα." Hactenus vir doctissimus. Est autem νέον secundum Hesych. νεωςὶ γενόμενον, et πρόσφατον.]

ỷ. 36. ΤΙ ΜΕΛΛΕΙΣ. Ita Mercurius apud Lucianum, Μὴ μέλλε οὖν, ὦ Προμηθεῦ. [Et noster, Sept. contra Theb. ỷ. 98. Τί μέλλομεν ἀγάστονοι.]

ỷ. 38. ΣΟΝ ΓΕΡΑΣ. Flos ignis divinum aliquid putabatur, hoc est, purissimus ignis: eum alii Minervam dicebant. Martianus Capella,

Tuque ignis flos es, cluis et γλαυκῶπις Ἀθήνη.

ỷ. 39. ΤΟ ΣΥΓΓΕΝΕΣ ΤΟΙ ΔΕΙΝΟΝ Η Θ' ΟΜΙΛΙΑ. Idem in Sept. ad Theb. ỷ. 1039.

Δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον οὗ πεφύκαμεν

Μητρὸς ταλαίνης, κἀπὸ δυστήνου πατρός.

Et Euripid. Phœniss. ỷ. 358.

Δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναί.

Καὶ φιλότεκνόν πᾶν γυναικεῖον γένος.

[Idem Andromache ỷ. 985.

Τὸ συγγενὲς γὰρ δεινόν.]

De consuetudinis efficacia Quintilianus, Declam. 321. *Consuetudo alienos etiam ac nulla necessitudine inter se conjunctos*, ita restituit vir doctus J. Pricæus, *componere et adstringere affectibus potest*. Petron. *Vetustissima consuetudo in sanguinis pignus transit.* Hesych. Ὁμιλία, διήγησις.

v. 42. ΝΗΛΗΣ. Hesych. Νηλεὴς, ἀπλεὴς, σκληρός.

v. 44. ΤΑ ΜΗΔΕΝ ΩΦΕΛΟΥΝΤΑ ΜΗ ΠΟΝΕΙ ΜΑΤΗΝ. Clem. Alexandr. Strom. V. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτεῖσθαι ὁ θεσπέσιος παρήνεσε Παῦλος, ὅτι γεννῶσι μάχας· ὅ, τε Αἰσχύλος ἐκραγε, Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην. Frustra interpretes in hunc versum perstringit Barthius Advers. VII. 11.

v. 49. ΑΠΑΝΤ' ΕΠΡΑΧΘΗ. Deorum unusquisque suum obtinet officium, at jus regnandi penes Jovem solum. Aristides, Orat. I. Καὶ Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, Ἀθηνᾶ τε Ἐργάνη Διὸς γνώμῃ ταύτην εἴληχε τὴν τάξιν, καὶ Ἥρα γαμηλία, καὶ Ἄρτεμις λοχεῖα καὶ κυνηγέτις, εὐεργετοῦσιν ἀνθρώποις, τὴν τοῦ μεγάλου σώζουσαι πάντων εὐεργέτου γνώμην. Πᾶνές τε ὀρῶν ἔνοικοι, καὶ Νύμφαι ναμάτων ἐπίσκοποι, σὺν Διῒ τὴν κληρουχίαν ἔχουσι. Sophocles,

——οὐδὲ θεοῖσιν αὐθαίρετα πάντα πέλονται

Νόσφι Διός, κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος ἠδὲ καὶ ἀρχήν.

In eandem fere sententiam Callimachus Hymn. in Jovem ṽ. 76. cujus verba respexisse videtur Scholiastes β'.

Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο,
Τευχηστὰς δ' Ἄρηος· ἐπακτῆρας δὲ, χιτώνης
Ἀρτέμιδος· Φοίβου δὲ, λύρης εὖ εἰδότας οἴμους.
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον.

Jovi itaque παμβασιλείαν, summum et perfectum imperium tribuunt poetæ; quale obtinuit rex Persarum: Euripides, nostrum, ut doctissimus monuit Grotius, imitatus, Hel. 283.

Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα πλὴν ἑνός.

Et de Romano imperatore iisdem verbis Claudianus,

——*toto jam liber in orbe*
Solus Cæsar erit.——

Hinc est quod Jupiter in hac ipsa Tragœdia παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχειν dicitur, ṽ. 186. μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος, ṽ. 324. quomodo regem Persarum etiam vocat in Persis, et ἰδίοις νόμοις κρατύνων, ṽ. 403. Hæc ad mentem Scholiastæ, qui tamen insigniter hallucinari mihi hoc loco videtur. Nam primum, τὸ ἐπράχθη pro ὥρισται, τετύπωται, vel ἐκ μοίρας ἐγεγόνει, an ullibi reperiatur valde dubito; sed si ullibi, nullum tamen hoc sensu locum hic habere, res ipsa clamat. Quis enim nescit Jovis imperium, non minus quam alia quævis aliorum Deorum munera, fato tribui a poetis? Et certe si hoc diceret hic Æschylus, non aliis tantum, sed ipse sibi manifesto contradiceret; cum infra, hac ipsa Tragœdia, ṽ. 518. dicat,

Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;

cum superiori quoque versu præcessisset,

Οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

Postremo, cum Vulcanus de fati sui iniquitate questus esset, quod χειρῶναξ esse cogeretur, et aliam potius sortem sibi contigisse optasset; quæ vis hujus responsionis ad compescendas ipsius querelas fuerit, jam omnia fato reliquis Diis, præterquam Jovi, distributa esse, qui solus est liber? Cur enim ille, si præ aliis fato suo miser, non de fato quereretur? Videmus tamen Vulcanum dictæ responsioni ut æquissimæ et verissimæ libenter acquiescere. Si igitur vulgatam lectionem retinemus, ἅπαντ' ἐπράχθη hic fuerit, omnia πράξεως seu πράγματος etiam Diis reliquis plena esse, excepto Jove, cui uni a laboribus libero contigit imperare. Ita πρᾶξις et πρᾶγμα interdum pro molesto labore capiuntur, ut infra ṽ. 694. Πέφρικ', εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς, et πράγματα παρέχειν, et similia, vulgo nota. Forsan vero potius scriptum fuit ab Æschylo, non ἐπράχθη, sed ἐπαχθῆ, quæ

vox huic loco aptissima, et ad consolationem efficacissima: cum merito excipiat Κράτος, frustra Vulcanum queri de sua sorte, et aliis Diis invidere suam, cum sint et illorum munera labore et molestia plena, et uni Jovi datum sit immuni vivere. Eodem fateor res redit si admittatur illa τῦ ἐπράχθη interpretatio, quam supra attulimus; aliquanto tamen planior sententia si ἐπαχθῆ legatur; cum etiam hic alicubi ἀμοχθὶς de Jovis imperio reperiatur. Haud dissimilis alibi quoque, ni fallor, aliorum Deorum de muneribus suis et ærumnis querelæ, quæ jam non occurrunt. Apud Hom. Od. ι'. ad Calypsonem amandatus Mercurius de tædio itineris festive queritur. Sed in genere, de Dei cujusque proprio munere et labore, Marci Antonini illusive testimonium: de seipso, VIII. 19. Ἕκαστον, inquit, πρός τι γέγονεν· ἵππος, ἄμπελος· τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος ἐρεῖ πρός τι ἔργον γέγονα, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί· σὺ οὖν πρὸς τί; τὸ ἥδεσθαι. Hinc colligimus verbo ἔργον tale opus ab Antonino intelligi, quod cum labore aliquo conjunctum sit; cui nimirum τὸ ἥδεσθαι opponitur.

[ϋ. 50. ΕΛΕΥΘΕΡΟΣ. Etymolog. Ἐλεύθερος, παρὰ τὸ ἐλεύθειν ὅπυ ἐρᾷ.]

[ϋ. 52. ΕΠΕΙΣΗι. Ab ἐπείγω.]

[ϋ. 53. ΕΛΙΝΝΥΟΝΤΑ. Hesych. ἐλιννύων. ἀναπαυόμενος. Idem, Ἐλινύειν· σχολάζειν, λήγειν, ὀκνεῖν, ἀναπαύεσθαι. Etymolog. Ἐλιννύειν, ἀργεῖν, σχολάζειν· ὁ δὲ Ἱπποκράτης ἐμφαίνει λέγων, Ἐλιννύειν ὐ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνασία.]

ϋ. 54. ΠΡΟΧΕΙΡΑ ΨΑΛΙΑ. Apparatus hic animadvertendus, quo crucifigatur Prometheus, eundem enim modum describit Lucianus, et σαίρωσιν appellat.

ϋ. 55. ΛΑΒΩΝ ΝΙΝ ΑΜΦΙ ΧΕΡΣΙΝ. Forsan melius legi poterit βαλὼν νιν ἀμφὶ χερσὶν, id est ἀμφιβαλὼν, ut modo περιβαλεῖν dixerat de iisdem vinculis; et ϋ. 71. Ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε· et in Pers. ϋ. 50. Ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι, et ϋ. 72. Ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντυ. Ψάλια, interprete Hesychio, sunt κρίκοι, δακτύλιοι· et postea ϋ. 74. σκέλη δὲ κίρκωσον, ubi legit codex Arundelianus κρίκωσον. Glossæ H Stephani, *Annulatus* (sic enim restituit eruditus Colvius in Apuleii Metam. IX.) Δακτυλιοφόρος, συμποδισθείς. Annulus enim pro compede, catena, a similitudine quæ illi cum annulo. Mart. III. 29.

Has cum gemina compede dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.

Et XI. 38.

Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus.

Inde annulus traxit originem. Plin. N. H. XXXVI. Procem. *Fabulæ primordium a rupe Caucasea tradunt, Promethei vinculorum interpre-*

tatione fatali; primumque fragmentum saxi inclusum ferro, ac digito circumdatum, hoc fuisse annulum, et hoc gemmam. Et XXVIII. 1. *De Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum annulum dederit antiquitas.* Servius ad Virg. Eclog. 6. *Cui,* Prometheo, *post sacramentum quo eum nunquam se soluturum juraverat, annulum de ipsis vinculis clauso de monte Caucaso lapide dedit ad pœnæ præteritæ indicium.* De hoc intelligendus Catullus in Nupt. Pel. et Thetid. ỷ. 294.

Post hunc consequitur solerti corde Prometheus
Extenuata gerens veteris vestigia pœnæ.

ỷ. 56. ΠΑΣΣΑΛΕΥΕ. Ἦ οὐχ ἱκανὸς εἶναί σοι δοκεῖ ὁ Καύκασος καὶ ἄλλους ἂν χωρῆσαι δύο προσπατταλευθῆναι; ita lego. Lucian. Prometh.

[ỷ. 57. ΠΕΡΑΙΝΕΤΑΙ. Hesych. Περαίνει· ἐπὶ πέρας ἄγει, πληροῖ, ἀνύει.]

[ỷ. 58. ΑΡΑΣΣΕ ΜΑΛΛΟΝ. Homer. Od. Μ′. 54.

Οἱ δὲ σ᾽ ἐνὶ πλεόνεσσι τότ᾽ ἐν δεσμοῖσι δεόντων

Virg. Georg. IV. 412.

Tanto nate magis contende tenacia vincla.]

[ỷ. 59 ΔΕΙΝΟΣ. Suidas. Δεινός. πανοῦργος· ἱκανος· ἀκολάκευτος· σόφος· ἔμπειρος. Interpres: *Callidus, astutus, disertus. Ad-aliquid-peragendum-aptus. Qui-nullis-blanditiis-mollitur,* aut flectitur; *sapiens, peritus.* Sophocl. Œd. Tyrann. v. 553.

Λέγειν συ δεινὸς, μανθάνειν δ᾽ ἔγω κακὸς
Σοῦ.

Dicendi tu quidem es *peritus, discendi vero ego* sum imperitus, et auditor *malus tui*]

[ỷ. 60. ΑΡΑΡΕΝ. Hesych. Ἄραρεν· ἡρμόσθη, ἢ παγίως δέδεται.]

ỷ. 62. ΣΟΦΙΣΤΗΣ ΩΝ ΔΙΟΣ ΝΩΘΕΣΤΕΡΟΣ. Euripid. Bacch. ỷ. 200. Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσιν. [Ubi fortasse legendum σοφιζώμεσθα.] Σοφιστὴς secundum Hesychium est ἀπατεὼν, διδάσκαλος πανοῦργος. Mercurius apud Lucianum ita alloquitur Prometheum; Τὴν ἐν τῷ μέσῳ δὴ ταύτην σχολὴν καλῶς ἂν εἴη ἔχον εἰς ἀκρόασιν καταχρήσασθαι σοφιστικὴν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις. Et rursum, οὐ ῥᾴδιον, ὦ Προμηθεῦ, πρὸς οὕτω γενναῖον σοφιστὴν ἁμιλλᾶσθαι. [Et apud nostrum ỷ. 943. Mercurius sic eum compellat, σὲ τὸν σοφιστήν. Etymolog. Σοφιστής· κυρίως ὁ σοφιζόμενος.] Jovis Sophistæ meminit Plato in Mino. Ὡς ὑπὸ σοφιστοῦ ὄντος τοῦ Διός. Et alibi.

[v. 63. ΠΛΗΝ ΤΟΥΔ᾽. *Isto excepto;* Præterquam ille; Prometheo sc.] Dicit adeo se bene vinxisse Prometheum, ut nemo queri possit præter eum qui vinctus erat: in cujus perniciem sc. cedebat ars Vulcani, et in quem suæ artis specimen patienti grave, ediderat.

℣. 64. ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΥ ΝΥΝ ΣΦΗΝΟΣ. *Præcipit*, inquit Garbitius, *in primis accuratam oris ejus constrictionem, ut mandibula inferior pectori affigatur, et quidem clavo durissimo; et hoc ideo, quia illi sit* αὐθάδης, *contumax, pervicax, et insolens:* hæc ille. Nos vero γνάθον metaphorice sumendum censemus, ac si jubeat clavi mandibulam trans pectus ejus figi. Attius, sub persona Promethei,

Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
Perrupit artus, qua miser solertia
Transverberatus castrum hoc furiarum incolo.

σφηνὸς γνάθον dixit ut alibi plus semel πυρὸς γνάθον· sic Homerus νῆας μιλτοπαρῄους· et Pindarus ἀγκύραν χαλκίγενυν, Pyth. IV. 42. [Ἀδαμάντινον σφηνὰ expressit Horatius, Od. III. 24.

Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Necessitas
Clavos.

Arnobius contra gentes. II. *Metus ille vos habet, ne veluti trabalibus clavis affixi, corporibus hæreatis.* Quod et in proverbium transiit. Cicero in Verr. V. 21. *Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.* Horat. Carm. I. 35.

Clavos trabales et cuneos manu
Gestans ahena.]

℣. 65. ΔΙΑΜΠΑΞ. Quo sensu Attius *transverberatus:* unde in Sept. ad Theb. διανταίαν πληγὴν exponit Interpres πληγὴν διαμπὰξ γενομένην. Euripid. Bacch. φονεύσασα δαιμὸν διαμπὰξ τὸν ἄθεον. [Noster Suppl. ℣. 951.

——τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς
γόμφος διαμπάξ. Suidas. διαμπάξ· διόλου, διαπαντός. *Per-universum, penitus, perpetuo, semper.*]

℣. 66. ΑΙ, ΑΙ, ΠΡΟΜΗΘΕΥ. Euripides Phœniss. ℣. 1434.

Φεῦ, φεῦ, κακῶν σῶν, Οἰδίπη, σὸς ὢν γόνω.

[Quibus verbis Creontis nomen præponendum esse monemus, neque enim Chori sunt.]

℣. 67. ΤΩΝ ΔΙΟΣ Τ' ΕΧΘΡΩΝ ΥΠΕΡ-ΣΤΕΝΕΙΣ. Melius forsan divisim, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ Στένεις. Et ita Robortelli editio.

[v. 69. ΟΡΑΙΣ. Legit vir doctus, ὁρῶ· quod ad oram libri sui annotatum reperio.]

[℣. 74. ΚΙΡΚΩΣΟΝ. Robortelli Editio, κρίκωσον. Hesych. Κίρκοι· κρίκοι ἄρπαγες. Παντὰ τὰ ἐπικαμπῆ κίρκοι λέγονται. Idem. Κρίκος· κίρκος, ἔνθα ἡ κώπη εἰσέρχεται.]

℣. 76. ΕΡΡΩΜΕΝΩΣ. Lucian. Σὺ δὲ, Ἥφαιστε, κατάκλειε καὶ προσήλου, καὶ τὴν σφῦραν ἐῤῥωμένως κατάφερε.

℣. 77. Schol. A'. ΤΟ ΔΕ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ, ΣΥ ΓΙΝΟΥ ΜΑΛΘΑΚΟΣ. Id est, Respondet autem Κράτος.

℣. 78. ΓΗΡΥΕΤΑΙ. Hesych. Γηρύεσθαι, φθέγγεσθαι, λέγειν. [Idem Hesych. Γῆρυς· φωνή· ὅθεν καὶ κῆρυξ, τοῦ κ πρὸς γ συμφωνίαν ἔχοντος. Suidas. Γῆρυν, φωνήν· ἐν ἐπιγράμματι,

Σὺν καλάμοις ἄγγος τε μελανδόχον, οἷσι φυλάσσει
Αἰὼν ἐσσομένοις γῆρυν ἀποιχομένων.

Interpres: Γῆρυν, *vocem;* in Epigrammate [VI. 169 p. 446.]

Cum calamis vasque atramentum-recipiens, quibus conservat
Ævum posteris vocem defunctorum.]

[℣. 79. ΜΑΛΘΑΚΙΖΟΥ. Μαλθακίζειν hic opponitur τῇ αὐθαδίᾳ, de qua mox, et ὀργῆς τραχύτητι, asperitati, feritati: juxta illud,

Emollit mores nec sinit esse feros.

Ita et Plautus Bacchid: I. 1.

— Ba. *Ah nimium ferus es.* Pi. *Mihi sum.*
Ba. *Malacissandus es.* —— Euripides Medea ℣. 250.

Κρεῖσσον δέ μοι νῦν πρός σ' ἀπέχθεσθαι, γύναι,
Ἢ μαλθακισθένθ' ὕστερον μέγα στένειν.]

[Ibid. ΑΥΘΑΔΙΑΝ. Αὐθαδία est vitium ἐν ταῖς ὁμιλίαις oppositum τῇ φιλίᾳ, comitati facilitatique sermonis, tanquam medio, et τῇ ἀρεσκείᾳ, blanditiæ, tanquam alteri extremo. Est enim ἄρεσκος qui omnibus placere studet; αὐθάδης, qui nemini præterquam sibi. Unde et nomen trahit, cujus etymologiam prodit Aristoteles in Ethicis magnis, I. 29. τοὔνομα ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τρόπου κεῖσθαι. Ὁ γὰρ αὐθάδης αὐτοάδης τίς ἐστιν, ἀπὸ τοῦ αὐτὸς αὐτῷ ἀρέσκειν. Est itaque δύσκολος, δύστρις, σκληρὸς, στρυφνός. *pervicax, ferus, durus, asper.* Unum hoc est ex iis vitiis quod ab Episcopo summovit Apostolus. Tit. I. 7. Δεῖ γὰρ τὸν Ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκόνομον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον κ. τ. λ. *Oportet Episcopum inculpatum esse, tanquam Dei dispensatorem, non sibi pertinaciter placentem,* &c. uti optime Beza Huic plane contrarius est vir comis, mitis et affabilis, πρᾶος, ἤπιος, ἀγανὸς, ἐπιεικὴς, εὐπροσήγορος, ὃς πᾶσιν ἐπίστατο μείλιχος εἶναι· e contra αὐθάδης

Nec visu facilis nec dictu affabilis ulli,

ut Virgilius de Cyclope; vel ut Homerus de suo Achille, quem ille omnium mortalium ἐκπαγγλότατον et αὐθαδέστατον prædicat, Il. Υ'. 467.

Οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν οὐδ' ἀγανόφρων.

Plutarchus alibi, αὐθάδη et αὐθέκαστον simul conjungit, tanquam synonyma. Οὐ γὰρ αὐθάδης οὐδὲ ἐπαχθὴς ὁ χρηστός· οὐδὲ αὐθέκαστός ἐστιν σώφρων ἀνήρ· cum tamen αὐθέκαστος sit μέση λέξις, et quamvis sæpius in sequiori sensu, aliquando tamen in meliori sumatur; ut ab Aristoteli Ethic:

IV. 13. utpote qui medius sit inter τὸν ἀλάζονα et εἴρωνα, Severus sc. et rigidus veritatis assertor, suum cuique tribuens, at αὐθάδης semper in vitiis ponitur.]

ῡ. 81. ΣΤΕΙΧΩΜΕΝ. Hesych. σείχωμεν, πορευθῶμεν.

Ibid. ΚΩΛΟΙΣΙΝ. Hesych. κώλοισι, ποδίοισι.

ῡ. 83. ΕΦΗΜΕΡΟΙΣΙ. Homines sæpius a poetis ἐφημέριοι et ἡμέριοι dicti. Eurip. Oreste, ῡ. 974. Πανδάκρυτ' ἐφαμέρων ἔθνη. Ἐφήμερον, teste Hesychio, est animal aliquod unum solum diem vivens; unde per contemptum homines id nomen sortiuntur. Hippocrates lib. περὶ Ἀρχῶν ait hominis vitam esse ἑπταήμερον, ut qui non diutius vivat alimento carens. [Hinc etiam ἐφημέρου ζώη in proverbium transit, ἐπὶ τῶν ὠκυμόρων, ἢ καὶ αὐθημέρως θνησκόντων. *De iis, quæ ævi sunt adeo brevis ut eodem die quo nata, moriantur.* Apostol. Proverb. IX. 41. Ab istiusmodi nempe animalibus ductum, quæ ultra diem non vivunt: de quibus videndus est Aristoteles de Nat. Animal. V. 19. unde ἐφήμερον appellatum id genus tradit. Aristotelem citat Cicero Tusc. Quæst. I. 39. Idem refert Plinius XI. 36. Nisi quod animal istud ἡμερόβιον dictum velit. Quin et ipsa hominum felicitas ἐφήμερος dicitur Eurip. Phœniss. ῡ. 561.

Ὁ δ' ὄλβος ὐ βέβαιος ἀλλ' ἐφήμερος.

Gloss. Ἐφημερινόν. *Hodiernum. Ephemerum.* Atque illi homines qui ex tempore vivunt, futura non providentes, ἐφήμεροι τῷ βίῳ proverbialiter dicuntur, quasi instantium tantum curam habentes. Anacr. XV. 9. Τὸ σήμερον μέλει μοι,
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε]

[ῡ. 86. ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ. Hesych. Προμηθεύς. σώφρων.]

ῡ. 88. Ω ΔΙΟΣ ΑΙΘΗΡ. Στοιχειακὸν μὲν πῦρ· αὐτὸ τὸ σοιχεῖον ὁ αἰθήρ. Recte igitur Prometheum quatuor invocare elementa monet Schol. ῡ. quorum ignis, utpote dignissimum, principem locum obtinet, juxta Pythagoreos, et Διὸς φυλακὴ dicitur. [Est sane Δῖος *ad Jovem pertinens, Jovialis.* ut ῡ. 620. Τὸ δῖον βούλευμα Jovis mandatum. Et ῡ. 665. Τὸ δῖον ὄμμα Jovis oculus.] Ego vero ut quid sentiam plane dicam, τὸ δῖος ut et τὸ ἀμβρόσιος non tam in laudem dici, quam pro communi quodam epitheto adhiberi puto ab Homero, qui ἅλα δῖαν, Ἤλιδα δῖαν, δῖαν Ἀρίσβην vocat, et ab Æschylo nostro Homeri sequace.

[Ibid. ΑΙΘΗΡ. Hesych. Αἰθήρ· ὁ ὑπὲρ τὰ νέφη τόπος. V. Cl. Petrus Victorius, Variarum lectionum XXVIII. 6. "Turpe mendum est in Scholio quodam in Prometheum Æschyli, quod si sustulero, spero me gratum studiosis facturum, cum animadversio illa sit non parvi ponderis, ac valeat multum ad artem ipsam

poetarum illustrandam. Quo loco igitur queritur vehementer Prometheus de injuria quam se accepisse putabat a Jove, dirigitque orationem suam ad elementa ipsa rerum, naturasque eas æternas, initium autem illius lugubris cantus est Ὦ δῖος αἰθὴρ, legitur hoc Scholion corruptum in mea editione. Μεγαλοφυῶς δὲ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐπικαλεῖται μόνος. Δεῖ δὲ πάντων ἀποστάντων. Quorum profecto extremorum verborum sententia levis et insulsa est. Legi vero debet, superiore sententia verbis, quæ nunc relinquo, absoluta; μονῳδεῖ δὲ, πάντων ἀποστάντων. Valent autem ipsa, Prometheum solum loqui; quia cæteræ personæ illius fabulæ discesserant e scena; solusque ipse illic relictus erat. Non tamen igitur, nisi fallor, valet illic μονωδία *cantum lugubrem*, ut sæpe, quam *orationem alicujus, qui secum loquatur, ac, quæ tempus illud fert, nullo audiente pronuntiet.* Quemadmodum sane Grammatici veteres capere quoque hoc verbum consuevere. Ut Donatus, cum Bacchis Terentiana inquit, Hecyræ Act. V. Scen. III. v. 18.

Quantam obtuli adventu meo lætitiam,

et quæ sequuntur, usque ad exitum ejus scenæ: *Reliqua pars argumenti per* monodiam *narratur.* Sed etiam in eadem hac fabula Æschyli infra v. 563. cum statim ut advenit Io dixisset,

Τίς γῆ, τί γενος, τίνα φῶ λεύσειν;

Ita incipit Scholion, quod declarat eum locum. Τὸ τῆς Ἰοῦς ἐπεισόδιον μονῳδεῖ μέν· ἔχει δὲ πρὸς ὑποκειμένον, συνάφειαν." Hæc ille. Hesych. Μονωδεῖ· μονοθρηνεῖ· μονωδία λέγεται, ὅτε εἷς μόνος τὴν ᾠδὴν, ἐχ ὁμε ὁ χόρος ᾄδει.]

Ibid. ΚΑΙ ΤΑΧΥΠΤΕΡΟΙ ΠΝΟΑΙ. Ebraismus, רוח כנפי, Valer. Flacc. Argon. VI. 494.

——*fuscis et jam Notus imminet alis.*

v. 90. ΑΝΗΡΙΘΜΟΝ ΓΕΛΑΣΜΑ. Refertur ad levem sonum undarum ventis exagitatarum, qui etiam aliquantulum crispant maris dorsum quasi amabili quadam γελασίᾳ. Aliud est cachinnatio maris apud Latinos, nempe idem quod καχλάζει Sept. ad Theb. Quod autem ἀνήριθμον dixerit, adeo est frequens, ut in proverbium abierit. Theocrit. Id. XVI. 60. κύματα μετρεῖν. Martial. IV. 36.

Oceani fluctus me numerare jubes.

Aristid. Orat. III. Καὶ ταῦτα (lego κατὰ ταὐτὸ) ὂν ἀτεχνῶς τὸ λέγειν τι περὶ τέτων καὶ ἐγχειρεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐξαριθμεῖσθαι βέλοιτο τὰς χοὰς τῆς θαλάττης. [Virg. Georg. II. 108.

Nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Plato in Theatæt. Μᾶλλον αὐτῶν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. Γέλασμα πόντε expressit Lucretius I. 8.

Tibi rident æquora ponti.]

[Ibid. ΠΑΜΜΗΤΟΡ ΤΕ ΓΗ. Hymnorum author qui Orpheo adscribuntur. Γαῖα θεὰ, μῆτερ μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων.]

ϟ. 91. ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΑΝΟΠΤΗΝ. [Ita Choeph. ϟ. 985.

—— ὁ πάντ' ἐφορτεύων τάδε

Ἥλιος.]

Ovid. Metam. III. 658. de Sole,

Per tibi nunc ipsum, neque enim præsentior illo
Est deus, adjuro.——

Apul. Metam. I. *Tibi prius dejerabo Solem istum videntem deum.* Credo tamen Æschylum scripsisse πάνοπτον. Nam πανόπτης est πολυόφθαλμος, πάνοπτος ὁ πανταχόθεν φαινόμενος. Hesych. unde in Supplicib. Argum πανόπτην οἰοβουκόλον vocat. [Sol apud Ovidium Metam. IV. 227.

Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
Mundi oculus.

Natalis Comes Mytholog. V. 17. hunc versum sic reddit,

Voco videntem cuncta Solis circulum.

Dido moribunda, Virg. Æneid. IV. 607.

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Ad quem locum Germanus Valens Guellius, "Od. Λ'.

Ἠελίου ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Unde et πανδερκής. Et Lucret.

Sic vigiles mundi magnum et versatile templum
Sol et Luna suo lustratis lumine circum.

Sic autem moriturus, et imprecatus Atridis, Ajax apud Sophoclem, convertit sermonem ad solem ϟ. 857.

Σὺ δ' ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν
Ἥλιε." Hæc Guellius.]

[ϟ. 94. ΜΥΡΙΕΤΗ. Quippe, prout e Scholiaste Α'. discimus, in Prometheo Ignifero tres myriadas annorum ipsum vinctum iri dixerat. Alii non nisi mille. Strabo XI. p. 505. Ἅτε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τὸν Προμηθέα λύσαι λεγομένου χιλιάσιν ἐτῶν ὕστερον.]

ϟ. 95. ΧΡΟΝΟΝ ΑΘΛΕΥΣΩ. *Laboriose transigam.* Pindarus sensu contrario αἰῶνα πέσσειν dixit, *tempus mollire, molliter transigere.*

[Ibid. ΝΕΟΣ. Postea v. 954. Νέον νέοι κρατεῖτε.]

[ϟ. 96. ΤΑΓΟΣ. Ut Seneca *Deorum ductor.* Herc. fur. ϟ. 299.

Tibi O Deorum ductor, indomiti ferent
Centena tauri colla.

Ταγὸς enim est ἡγεμών. Hom. Il. Ψ'. 160.

—— παρὰ δ' οἱ ταγοὶ ἄμμι μενόντων.

Ubi Eustath. Κεῖνται δ' ἐν τύτοις καὶ ταγοὶ οἱ ἡγεμόνες, ἤγων οἱ τάσσοντες τὰ τῦ λαῦ, οἳ καὶ κοσμήτορες διὰ τὸ κοσμεῖν. Qui Thessalis imperitabant proprie Ταγοὶ dicebantur. Xenoph. Ἑλλην. VI. Εὐπετῶς ἂν ἐγὼ ταγὸς Θετlαλῶν ἁπάνlων καταςαίην. Idem libro eodem ἐπεὶ δ' ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Θετlαλίαν μέγας μὲν ἦν καὶ διὰ τὸ τῷ νόμῳ Θετlάλων ταγός καθεςάναι.]

ubi Servius, *undæ modo flammas evomentem*. Pari metaphora fauces ejus *crateres* dictæ. [Respexisse videtur Æschylus, horrendam illam Ætnæ eruptionem quæ Hierone regnante contigit; cujus fit mentio in Arundeliana Epocharum stela. L. 68. Ἀφ' ᾗ ἡ ἐν Πλαταιαῖς μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις, κ. τ. λ. καὶ τὸ πῦρ ἐῤῥύη ἐν Σικελίᾳ περὶ τὴν Αἴτνην ἔτη ΗΗΔΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξανθίππου. *A quo ad Platæas commissa est pugna ab Atheniensibus, &c. et ignis diffluebat in Sicilia circa Ætnam, anni* CCXVI. *Archonte Athenis Xantippo.* Nempe Olymp. LXXV. 1. Ad quem locum V. Cl. Humphridus Prideaux. "Porro eodem anno quo pugna ad Platæas Mardonius occisus est, et confectum bellum Medicum, ignis effluvium in Sicilia factum circa Ætnam, mutilis marmoribus significatur. Thucydides autem fine libri tertii, et anni sexti belli Peloponnesiaci, in adversariis nostris scribit in hæc verba. Ἐῤῥύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο, ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, πεντηκοστῷ ἔτει μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα. *Effluxit autem circa hoc ipsum ver, effluvium ignis ex Ætna, anno quinquagesimo post prius effluvium.* Sextus annus belli Peloponnesiaci, juxta Thucydidem, incepit desinente fere secundo Olympiadis 88. Archonte Athenis Euclide: atque ineunte anno 454 ante Evangel. inter quem et Xantippum Archontem intervenerunt anni 53. Unde

colligere licet, prius illud effluvium, subinde iteratum post aliquot dierum aut mensium intervalla, durasse ad triennium; inde vero cessasse demum per annos 50, usque ad tempus a Thucydide notatum; tunc autem rediisse, et ut fieri solitum, diebus sive vicibus aliquot utique continuatum, iterum cessasse, usque ad Olympiadem 96. ineuntem Archonte Athenis Phormione, annum autem 424 ante Evang. Quo tempore refert Diodorus Siculus, Libro XV. Προσφάτως πυρὸς ἐκραγέντος ἐκ τῆς Αἴτνης, μέχρι τῆς θαλάττης, *facta subito ignis eruptione ex Ætna ad mare usque*, nullo modo potuisse pedestrem exercitum Himilconis Carthaginiensium ducis, prætерire una cum Magonis eorundem Prætoris navalis classe littus adversum interea prætervecta. Atque in Chronico Eusebiano, secundum effluvium ponitur anno 455 ante Evang. uno anno citius quam a Thucydide. Tertium autem fuit quod Paulus Orosius, II. 18. refert post bellum Artaxerxis Memoris et Cyri junioris; et quidem recte, quanquam Scaligero aliter visum." Hæc ille.

Denuo effluvium prodigiosum accidit Anno Dom. 1669. quo penitus deletum est *Nicolosi* oppidum; pars potior oppidorum *Padara* et *Ire Castagne* a terræ motu disjecta. Oppida *La Guardia, Malpasso, Campo Rotundo, La Potielli, S. Antonino, S. Pietro, Mostorbianco, Montpileri, La Annunciata, Falicchi, Placchi*, omnino absorpta et deleta; neque ullum superest vestigium terrarum quæ ad eas pertinuerint. Oppida etiam *Mascalucia* et *S. Giovanni de Galermo*, partim destructa.]

Ibid. ΔΑΠΤΟΝΤΕΣ ΑΓΡΙΑΙΣ ΓΝΑΘΟΙΣ. Choephor. ℣. 323.

Πυρὸς ἡ μαλερὰ γνάθος.

℣. 370. ΕΞΑΝΑΖΕΣΕΙ ΧΟΛΟΝ. Ovid. Metam. V. 354.

——*flammamque fero vomit ore Typhœus.*

Apollodor. I. 6. Πολλὴ δὲ ἐκ τοῦ στόματος πυρὸς ἐξέβρασσε ζάλη.

℣. 371. ΘΕΡΜΟΙΣ. Steph. Edit. θερμῆς, qui tamen mallet θερμοῖς, ut bina, inquit, utrique substantivo Epitheta adjungantur: at ubi alterum, etiamsi θερμοῖς legas? potius θέρμης, vel θερμῆς retinendum, sicut habent Vet. editio et Scholiastes, non ut Epithetum tertium τῆς ζάλης, sed ut casus rectus, agnoscente Hesychio, Θέρμης, ὁ θέρος πνέων.

℣. 378. ΟΡΓΗΣ ΝΟΣΟΥΣΗΣ. Menander,

Λόγος γάρ ἐστι φάρμακον λύπης μόνον.

D. Basil. Homil. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν ὁ λόγος, τὴν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κεκακωμένην ψυχὴν διὰ τοῦ μικροῦ τούτου βοηθήματος ἐξιᾶτο. Plane hoc Æschyli in mente habuit: ut et Themistius Orat. VII. p. 98. Φάρμακον δὲ ὀργῆς οἰδαινούσης τὸ μὲν αὐτίκα λόγος ἐστὶν, ᾧ σὺ τηνικαῦτα ἐπεράυνας σφαδάζουσαν

καὶ ζεῦσαι ἔτι. Apud Ciceronem, interprete forsitan Attio, ut antea diximus, ita redditi sunt hi versus, Tusc. Quæst. III. 31.

OC. *Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,*
Mederi posse rationem iracundiæ.
PR. *Si quidem quis tempestivam medicinam admovens,*
Non aggravescens vulnus illidat manu.

Quos adducens versus, inquit H. Stephanus, ψυχῆς νοσούσης *IRACUNDIÆ reddidit: in qua interpretatione non est quod tibi negotium facessat accusativus ille* Rationem, *sed lege* Orationem *meo periculo, cum versus id patiatur, et aliter legi non possit quin maxima fiat Ciceroni injuria,* &c. Hæc ille, Plutarchi testimonio innixus, qui ἐν τῷ παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον, non procul ab initio, hæc citans, legit ψυχῆς νοσούσης. Ut Plutarchus, ita Eustath. p. 696. l. 33. Ὅρα ὅπως θυμὸς κολακευόμενος μαλθάσσεται, καὶ κατὰ τὰ δεινὰ τῶν θηρίων εἴκει τοῖς τιθασσεύουσι. Κατὰ γὰρ τὴν Τραγῳδίαν,

Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

Nec tamen in interpretatione Ciceroniana *Orationem* legere debemus, cum, pace Viri magni, carminis ratio id non patiatur. [Michael. Apostol. X. 31. Θυμοῦ λόγος ἰατρός. Isocrates in Orat. de Pace, p. 167. Ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται, ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν, οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος, ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν· κ. τ. λ. *Vos etiam primum statuere debetis, quum morborum corporis multæ et variæ curationes sint a medicis inventa, animis ægrotis, et malarum cupiditatum plenis, unicum superesse remedium, orationem, quæ libere delicta reprehendat.*]

ν. 380. ΣΦΡΙΓΩΝΤΑ. Hesych. Σφριγῶντα reddit ἐπαιρόμενον, ἰσχύοντα.

[ν. 384. ΝΟΣΟΝ. Ita ν. 1068.

——οὐκ ἔστι νόσος
Τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον.]

[ν. 391. ΣΥΜΦΟΡΑ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ. Proverbialis locutio.]

ν. 395. ΤΕΤΡΑΣΚΕΛΗΣ ΟΙΩΝΟΣ. Plinius Grypas *ferarum volucre genus* vocat, VII. 2.

[Ibid. ΑΣΜΕΝΟΣ ΔΕ Τ' ΑΝ. f. legendum ἄσμενος δ' ἔτ' ἄν.]

ν. 397. ΣΤΕΝΩ ΣΕ. Στάσιμα hæc esse notat Scholiastes Aristophanis in Vespas. Stasima vero sunt cum stat Chorus et infelicitatem Fabulæ narrare incipit, prout discimus ex argumento in Persas. Scholiastes ad v. 271. ait Prometheum Nymphas provocasse in terram descendere, ὅτι βούλεται στῆσαι τὸν Χορὸν, ὅπως τὸ στάσιμον ᾄσῃ. Epodica fecimus quæ in Canteri editione sunt Monostrophica.

ν. 401. ΝΟΤΙΟΙΣ ΕΤΕΓΞΑ ΠΑΓΑΙΣ. Apud Stobæum nescio quis,

——μυρίαις παγαῖς
Δακρύων ἀχέων τε βρύει.

Sept. Theb. ℣. 590. Μητρός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη; Ebraismus.

℣. 402. ΑΜΕΓΑΡΤΑ. [Euripides Hecuba ℣. 192.

Οἴμοι μᾶτερ, πῶς φθέγγῃ
Ἀμέγαρτα κακῶν;]

Hesych Ἀμέγαρτοι, ἀφθόνητοι, ἀζήλωτοι, ἢ πολὺ, ἢ μέγαν· ὡς τὸ, ἀμέγαρτε σεβῶντα, ᾧ ἐκ ἄν τις φθονήσειεν· cujus magnitudo tanta est ut invidiam exsuperet. De altera quantitatis specie, quam discretam vocant, Catullus in eundem sensum, Carm. V. 12.

Aut ne quis malus invidere possit,
Cum tantum sciat esse basiorum.

Horat. Od. II. 20. ——*Invidia major*
Urbes relinquam.——

Diserte Plutarch. p. 538. de Invidia et odio, αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑπεροχαὶ καὶ λαμπρότητες πολλάκις τὸν φθόνον κατασβεννύεσιν. Οὐδὲ γὰρ ἐοικὸς Ἀλεξάνδρῳ τινὰ φθονεῖν ἐδὲ Κύρῳ, κρατήσασι καὶ γενομένοις κυρίοις ἁπάντων· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος ἂν ὧ ὑπὲρ κορυφῆς γένηται, καταχεόμενος τὸ φῶς, ἢ παντάπασι τὴν σκιὰν ἀνεῖλεν, ἢ μικρὰν ἐποίησεν· ὅτω πολὺ τῶν εὐτυχημάτων ὕψος λαβόντων καὶ γενομένων κατὰ κεφαλῆς τῦ φθονῦ, συστέλλεται καὶ ἀναχωρεῖ καταλαμπόμενος.· Mira hoc loco Scholiastæ constructio, qui δίκνυσιν conjungit cum ἀμέγαρτα, et κρατύνων cum αἰχμήν· quod si ἀμέγαρτα adverbialiter sumas, omnia recte procedunt.

℣. 407. ΛΕΛΑΚΕ. Hesych. Λέλακε, βοᾷ, φθέγγεται.

℣. 410. ΕΥΝΟΜΑΙΜΟΝΩΝ. Atlantem et Menœtium intelligit Scholiastes A'. Atlantem et Typhoeum alter. Utrumque dici potest. Apollodor. I. 2. Ἰαπετῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανῦ, Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν ὀρανὸν· καὶ Προμηθεὺς, καὶ Ἐπιμηθεὺς, καὶ Μενοίτιος, ὃν κεραυνώσας ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Ζεὺς, κατεταρτάρωσεν. Quod ad Typhoeum spectat *filius* dicitur *Terræ* ℣. 351. ut et ipse Prometheus ℣. 210.

[℣. 418. ΠΟΡΟΝ. Robortelli Editio Τόπον.]

℣. 420. ΑΡΑΒΙΑΣ Τ' ΑΡΕΙΟΝ ΕΘΝΟΣ. Arabiæ nomen Etymologissat ex Græco cum Hebraicum sit. ערב Eodem modo fallitur de nomine Artaphernes. [Quid Arabibus cum Scythis? Scholiastes A'. Πῶς τὴν Ἀραβίαν Καυκάσῳ συνῴκισεν; ὁ Στράβων φησὶν, οἱ Τρωγλοδύται μεταξὺ Μαιώτιδος καὶ Καυκασίας. Ita sane Strabo, XI. p. 506. ad quem locum vir incomparabilis Isaacus Casaubonus, "Troglodytas," inquit, "etiam alii inter Scythas et gentes Septentrionales constituunt. Quod autem auctor Scholiorum in Æschylum, poetam conatur excusare, Arabiam in Caucaso collocantem, et hunc locum profert, ubi Strabo Troglodytas prope Mæotim statuit, errat; dum perperam

Troglodytas istos cum aliis notioribus qui sunt ad sinistrum maris Rubri sinum confundit." Hæc ille. Malim itaque legere,

Οἱ γᾶς ἔσχατον πόρον ἀμφὶ
Μαιῶτιν τ' ἔχουσι λίμναν,
'Αραβίας τ' ἄρειον ἔθνος.]

[ϔ. 424 ΟΞΥΠΡΩΡΟΙΣΙ. Hesych. 'Οξύπρωροι. ὀξυκέρατοι. Oppian. Halieut. III. 333.

Πολλάκι δ' ὀξύπρωρον ὑπὲρ ῥάχιν ἔτμαγε δάψας.]

ϔ. 426. ΑΚΑΜΑΝΤΟΔΕΤΟΙΣ ΤΙΤΑΝΑ ΛΥΜΑΙΣ. Hesych. 'Ακάμαντον, ἀνοπίαστον. Fortasse autem hic legendum ἀδαμαντοδέτοις λύμαις· sicut supra ϔ. 148.

[ϔ. 427. ΘΕΩΝ. Robortelli editio θεόν.]

ϔ. 428. ΑΤΛΑΝΘ'. Scholiastes Β'. legit ῎Ατλαν θ', *et Atlantem*, male: se tamen scite defendit. Οὐ μόνον ῎Ατλας ῎Ατλαντος, ἀλλὰ καὶ ῎Ατλας ῎Ατλα, καὶ μαρτυρεῖ τὸ 'Ατλαγενάων.

ϔ. 430. ΝΩΤΟΙΣ ΥΠΟΒΑΣΤΑΖΕΙ. Alii νώτοισιν ὑποστενάζει. Fortasse legendum ὤμοις ὑποστενάζει, ut ϔ. 350. ὤμοις ἐρείδων. Virg. Æn. IV. 482. *Axem humero torquet.* Nam βαστάζειν proprie non est humeris bajulis portare, sed ulnis gerulis tenere, ut postea ϔ. 1018.

——— πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάσει.

[Monet etiam Suidas, in Βαστάσας. Καὶ βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι, καὶ διαστηκῶσαι, καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν. *Et* Βαστάσαι *apud Atticos non significat attollere sed palpare, attrectare, et perpendere, et dispicere, et examinare manu rerum pondus.*]

ϔ. 431. ΣΤΕΝΕΙ ΒΥΘΟΣ. Ita Sophocles στένοντα πόντον dixit.

ϔ. 432. ΚΕΛΑΙΝΟΣ Δ' ΑΙΔΟΣ. Anacr. LVI. 9.

Αΐδεω γὰρ ἐστι δεινὸς
Μυχός. ———

III.

ϔ. 436. ΔΑΠΤΟΜΑΙ ΚΕΑΡ. Pythagorice, *cor edere*, valet tacito dolore consumi. Homerus de Bellerophonte Iliad. Ζ'. 201.

῞Ητοι ὁ καππεδίον τὸ 'Αλήϊον οἶος ἀλᾶτο
῝Ον θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hoc est, interprete Cicerone, Tusc. Quæst. III. 26.

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

[Aristoph Acharn: ϔ. 1.

῞Οσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Perperam tum citatum tum interpretatum esse hunc Æschyli locum, ab Hadriano Junio, si res tanti esset, monerem, in Ada-

gium *Morderi-corde*. Suidas Δέδηγμαι τὴν καρδίαν· ἠνίαμαι. Interpres: *Corde-sum morsus. Indolui: dolore sum affectus.* Subdit; καὶ Ὅμηρος, δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος. *Momordit autem mentem Hectoris hæc oratio:* Atque etiam Iliad. Ω'. 128.

Τέκνον ἐμὸν τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
Σὴν ἔδεαι κραδίην μεμνημένος ὐδέ τι σίτυ,
Οὔτ' εὐνῆς;

Ad quem locum V. Cl. D. Jacobus Duportus, "Forte an huc respexit Virgil. Æn. XII.

Nec te tantus edat tacitam dolor.

Hom. de Bellerophonte, Il. Ζ'.

Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hoc est, interprete Cicerone,

Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Horat. Epist. II. 1. ——*si quid*

Est animum, differs curandi tempus in annum.

Phocyl.

Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθης φίλον ἦτορ.

Aristoph. Vesp. Ἐγὼ τῦτον — ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν. Et hinc fluxit Symbolum illud Pythag. Καρδίαν μὴ ἐσθίειν, vel ut est apud Iamblichum, Καρδίαν μὴ τρῶγε, quod et ille aliter exponit, plerique vero cum Lilio Giraldo sic explicant, *non animum angoribus cruciandum:* nec doloribus subinde affligendum, quod et prohibet Thetis apud Homerum." Hæc ille.]

ϔ. 437. ΠΡΟΣΕΛΟΥΜΕΝΟΝ. Ita legit Etymologici auctor. Προσίλπιοι· προσίλλειν λέγυσι τὸ ὑβρίζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν· ὡς ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμῶν. Hesych. Προσίλει, προπηλακίζει. Schol. Aristoph. in Ran. ϔ. 742. Προσιλῦμεν. Προπηλακίζομεν, ἐλαύνομεν, ἐκβάλλομεν. Alii προσσιλλόμενον, a σιλλός. Stephanus et Garbitius legunt προσηλύμενον· quod melius: legendum vero omnino e Scholiaste προσηλώμενον. προσηλωμένυς ἀντὶ τῦ ἥλοις πεπαρμένυς. Hesych. Προσήλωσαν· προσέπηξαν, ἔδησαν. Apollodorus I. 7. ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτῦ προσηλῶσαι· et mox, ἐν δὲ τύτῳ προσηλωθεὶς Προμηθεὺς πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐδέδετο. [Inde Metaphorice D. Chrysostomus, τὺς τῇ μέθῃ προσηλωμένυς, et βιωτικαῖς προσηλώμενος φροντίσιν. Julius Pollux. Onomast. II 4. Ἱπποκράτης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ, τὸν διάστροφον γινόμενον· καὶ ἀνίλλωμα, τὸ ἀνάλημμα. Οἱ δὲ, καὶ ἴλλυς τὺς ὀφθαλμὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν· σιλλαίνειν δὲ τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σίειν τὺς ὀφθαλμὺς, ὅθεν καὶ τὸ χλευαστικὸν ποίημα, σίλλος. *Hippocrates vero, oculum* ἰλλαίνειν *dixit, qui detorquetur; et respectus* ἀνίλλωμα *dicitur: Hi vero Ionico more oculos* ἴλλυς *vocaverunt.* Σιλλαίνειν

vero est subsannando oculos vibrare, unde etiam irrisorium quoddam poema, Sillus dictum est.]

ṽ. 442. ΝΗΠΙΟΥΣ ΟΝΤΑΣ ΤΟ ΠΡΙΝ, ΕΝΝΟΥΣ ΕΘΗΚΑ. D. August. Civit. Dei. XVIII. 8. *Quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientiæ doctor fuisse perhiberetur: nec tamen ostenditur qui ejus temporibus fuerint sapientes.*

[ṽ. 443. ΦΡΕΝΩΝ ΕΠΗΒΟΛΟΥΣ. Miror quid voluerit vir doctissimus, qui in notis ad Psellum p. 169. ait, "Σαθροὶ τὰς φρένας. Legebatur σαυροὶ, reposui σαθροὶ τὰς φρένας· φρενοπληγεῖς. Menand. in ἱκλ. φρενοβλαβεῖς, φρενῶν ἐπήβολοι Æschyl." Sic ille.]

ṽ. 449. ΕΦΥΡΟΝ. Hesych. Ἔφυρον, ἔβρεχον, ἐμάλυνον.

Ibid. Κ' ΟΥΤΕ ΠΛΙΝΘΥΦΕΙΣ. Hæc omnia e nostro transtulit Moschio, Ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα

Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοὶ,
Ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους
Φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν
Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις
Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις.

Et mox,

Εἶτ' ἐν μερίμναν τὴν Προμηθέως σπάσαι,
Εἶτ' ἐν ἀνάγκην, κ. τ. λ.

Vitruv. II. 1. Primos homines sine sermonis articulati usu diu in cavernis terræ ferarum instar habitasse scribit.

Ibid. ΠΛΙΝΘΥΦΕΙΣ. Plinius VII. 56. *Laterarias domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis, antea specus erant pro domibus.*

ṽ. 450. ΔΟΜΟΥΣ ΠΡΟΣΗΛΟΥΣ. Alii προσείλους· ita et Etymologicum, Πρόσειλος· οἰκία ἡ πρὸς τὴν ἕλην τετραμμένη· ἕλη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή· ἐξ οὗ πρόειλος καὶ πρόσειλος. [Hesychius, Ἄειλα· πεδία ἀνήλια· εἴλη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή. Etymolog. Εὔειλος, ὁ εὐαερὴς τόπος· παρὰ τὸ εἴλη, ὃ σημαίνει τὴν θερμασίαν. Vir doctissimus Cl. Salmasius in Solinum p. 990. "Græci," inquit, "veteres, εὔειλα et πρόσειλα vocarunt ejusmodi loca modico calore tepentia et soli opportune aperta. Theophrastus ἡ εὔειλος καὶ ἁπλῶς εὐδιεινή; ubi perperam scribitur εὔηλος, quod ratione caret, nec enim formari potest ἀπὸ τοῦ ἡλίου." Hæc ille, quem suadeo videas.]

Ibid. ΞΥΛΟΥΡΓΙΑΝ. At secundum Plinium *fabricam materiariam Dædalus* invenit. VII. 56.

ṽ. 451. ΚΑΤΩΡΥΧΕΣ. Hesych. Κατώρυχες, κατωρυγμένοι.

Ibid. ΑΕΙΣΥΡΟΙ ΜΥΡΜΗΚΕΣ. Ovidio *frugilegæ*, Metam. VII. 624. Horat. Sat. I. 1. *Ore trahit quodcunque potest.* ——

Habent alia exemplaria ἀήσυροι· *agiles, expeditæ:* Et ita legit Eustathius, p. 1500. l. 27. ἀπὸ τῦ ἄω τὸ πνέω, ὁ μόνον ἀήτης ἐπὶ ἀνέμυ, καὶ ἀήσυρον κατὰ τὺς παλαιὺς τὸ κῦφον, ὅθεν καὶ ἀήσυροι μύρμηκες παρ' Αἰσχύλῳ. Hesych. Ἀήσυρον, κῦφον, ἐλαφρόν. Tryphiodorus, ℣. 348.

> Ἔδραμεν ἠΰτε πόρτις ἀήσυρος, ἥτε τυπεῖσα
> Κέντρον δ' ἂν ἐποίησε βοοῤῥαίταο μύωπος.

Lege ἥντε τυπεῖσαν Κέντρον ἀνεπλείησε.

℣. 453. ΤΕΚΜΑΡ. Garbit. *terminus.*

℣. 456. ΕΣ ΤΕ ΔΗ ΣΦΙΝ ΑΝΤΟΛΑΣ ΕΓΩ. [De Hippone, Centauri filia idem refert Euripides, Clementi Alexandrino laudatus, Strom. I. 15.

> Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
> Χρησμοῖσιν ἢ δι' ἀστέρων ἐπαντολάς.]

Cic. Tusc. Quæst. V. 3. *Nec vero Atlas sustinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi cælestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset* Servius ad Virg. Eclog. VI. 43. *Hic,* Prometheus, *primus Astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura et sollicitudine deprehenderat: hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pæne sideribus, unde etiam majora astra demonstrat, et diligenter eorum ortus occasusque significat.* Hoc vero inventum Palamedi tribuit Sophocles, Fragm. apud Achill. Tat.

> Ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
> Τάξεις τε ταύτας, ὐράνιά τε σήματα.

[℣. 457. ΔΥΣΕΙΣ. Adde hic tres versus ex MS.

> Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
> Βίον διῴκησ', ὄντα πρὶν πεφυρμένον,
> Θῆρσιν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
> Ἀριθμὸν εὕρηκ', ἔξοχον σοφισμάτων,
> Ἐξεῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις,
> Μνήμην θ' κ. τ. λ.]

℣. 458. ΚΑΙ ΜΗΝ ΑΡΙΘΜΟΝ. Hic cæcutiit interpres Græcus Α', et qui eum secutus est Garbitius, reddens, *Præterea etiam inveni ipsis eximiam multitudinem artium.* De Arithmetica omnino intelligendum, quam Artium præstantissimam censebant Pythagorei, inter quos Æschylus locum obtinuit, duplici respectu: ὁ μόνον ὅτι ἔφαμεν αὐτὸν ἐν τῇ τῦ τεχνίτυ θεῦ διανοίᾳ προϋποστῆναι τῶν ἄλλων ὡσανὶ λόγον τινὰ κόσμιον καὶ παραδειγματικὸν, πρὸς ὃν ἀπερειδόμενος ὁ τῶν ὅλων δημιυργὸς, ὡς πρὸς προκένtημά τι (ita novo nomine appellare videtur antecedentes in mente divina priusquam existerent rerum notiones) καὶ ἀρχέτυπον

παράδειγμα, τὰ ἐκ τῆς ὕλης ἀποκοσμεῖ καὶ τοῦ οἰκείου τέλους τυγχάνειν ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ ὅτι φύσει προγενεστέρα ὑπάρχουσα (ita legendum) ὅσῳ συναναιρεῖ μὲν ἑαυτῇ τὰ λοιπὰ, οὐ συναναιρεῖται δὲ ἐκείνοις. Nicomachus I. Ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς. [Ἀριθμὸν, ut hic Prometheus ἔξοχον σοφισμάτων, ita ipse Pythagoras σοφώτατον omnium dixit. Ælian. Var. Hist. IV. 17. Ἔλεγεν ὅτι πάντων σοφώτατον ὁ ἀριθμός· δεύτερος δὲ, ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος. Omnino rejicienda est viri doctissimi importuna emendatio, qui, in Athenæum XV. 3, legit, ὁ ἀριθμοὺς εὑρὼν, approbante Scheffero: Sic enim hæc ἀκούσματα Pythagorica prodit etiam Iamblichus, de vita Pythag. XVIII. p. 85. Τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός· δεύτερον δὲ τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ονόματα τιθέμενον.] Quod vero ad auctorem Arithmeticæ spectat, sunt qui Minervam eo nomine laudant, Liv. VII. 3. *eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit:* alii Palamedem, de quo Plato, ἢ οὐκ ἐννόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρών; Sophocles de eodem, Fragm. apud Achill. Tat.

Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείῳ στρατῷ,
Σταθμῶν τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα
Κἀκεῖν' ἔτευξε.

Euripides in Phœnissis, ℣. 545.

Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι, καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.

Et Manilius IV. 207.

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis
Imposuit, certumque modum, propriasque figuras.

℣. 459. ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΤΕ ΣΥΝΘΕΣΕΙΣ. Ita Cedrenus, p. 66. Προμηθεὺς γραμματικὴν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν· et Suidas, Προμηθεὺς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. Alii ad alios referunt. Plinius VII. 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse: sed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt:* locum consule. [Servius in Æneid VI. 749. Νοῦς *dicitur* (Mercurius) *id est sensus, quo Philosophiam, quæ hæc indicat, intelligimus: quia ipse etiam invenit literas.*] Euripides ad Palamedem, cujus sub persona ita loquitur, Fragm. II.

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος,
Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα· συλλαβὰς τιθεὶς,
Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι.

℣. 460. ΜΝΗΜΗΝ Θ'. Num innuit λογισμοὺς καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις; hæc enim Mnemosynes inventa, Diod. Sic. V. 67.

Ibid. ΑΠΑΝΤΩΝ ΜΟΥΣΟΜΗΤΟΡ' ΕΡΓΑΤΙΝ. Secundum Pythagoricos, hi namque ἐπὶ πλέον ἐπειρῶντο τῇ μνήμῃ γυμνάζειν· οὐδὲν γὰρ μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν, τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν. Iamblich. de vita Pythag. 29. [Mnemosynem Musarum matrem esse finxerunt

Poetæ. Hesiod. in Theog. ý. 914.

Μνημοσύνης δ' ἐξαῦθις ἐράσσατο καλλικόμοιο,
Ἐξ ἧς αἱ Μῦσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο.

Orpheus sive potius Onomacritus, in hymno in Musas, ý. 1.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς ἐριγδούποιο θύγατρες
Μῦσαι.]

[Ibid. ΕΡΓΑΤΙΝ. Callimach. in Iambis, apud Schol. Pind. Isthm. II. 10. ——— ὁ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν μῦσαν ὡς ὁ Χῖος ὑλλίχυυ ἔπος. l. Ὑλλίχυ νέπυς.]

ý. 461. ΚΑΙΖΕΥΞΑ ΠΡΩΤΟΣ. At Plinius, *bovem et aratrum Buzyges Atheniensis, ut alii, Triptolemus,* VII. 56. [Eumenid. ý. 647. Ὦ παντομισῆ κνώδαλα. Hesych. Κνώδαλα· κυρίως τὰ θαλάττια θηρία· κινώδαλα γάρ ἐστι τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινύμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίυ φησὶν κνώδαλον θηρίον, ἢ ζῶον μικρόν.]

ý. 462. ΖΕΥΓΛΑΙΣΙ. Alii ζεύγλοισι, quod magis probo.

Ibid. ΣΩΜΑΣΙΝ Θ'. Tan. Faber leg. σήμασιν θ'. Epist. LXVII. [Fortasse vero distinguendum,

Ζεύγλαισι δυλεύοντα· σώμασιν θ' ὅπως
Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένοινθ'.]

ý. 463. ΘΝΗΤΟΙΣ ΜΕΓΙΣΤΩΝ ΔΙΑΔΟΧΟΙ ΜΟΧΘ. Quo sensu jumentum συνεργὸν ἡμῖν ζῶον dixit D. Basilius in c. II. Esaiæ. Inde nomen. Columella præfat. VI. *Jumenta nomen a re traxere, quod nostrum laborem vel onera subvectando vel arando juvarent.* Διάδοχοι hic idem quod alibi ἐκδέκτορες ab eodem. Vid. Plut. de Fortuna p. 98. et Hierocl. Fragm. 212. [Porphyruis de Abstinentia III. 18. Ἀρκεῖ γὰρ ὅτι μηδὲν πονεῖν δεομένοις χρώμεθα προκάμνυσι (προς καμάτυς) καὶ μόχθυς ἵππων, ὄνων τε οχείαν καὶ ταυρῶν γονὰς, ὡς Αἰσχύλος φησὶν ἄνδυλα (ἀντίδυλα) καὶ πόνων ἐκδέκτορα, χειρωσάμενοι καὶ καταζεύξαντες. Æschyli locus quem respicit Porphyrius, extat apud Plutarchum, de Fortuna. Νῦν δὲ, inquit, ὐκ ἀπὸ τύχης, ὐδὲ αὐτομάτως περίεσμεν αὐτῶν καὶ κρατῦμεν, ἀλλ' ὁ Προμηθεὺς, τυτέστιν ὁ λογισμὸς, αἴτιος,

Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονὰς
Δὺς ἀντίδυρα (ἀντίδυλα) καὶ πόνων ἐκδέκτορα,

κατ' Αἰσχύλον. Ita liberi dicuntur ab Hierocle apud Stobæum, Serm. LXV. Συμπαθεῖς δὲ ἐν τοῖς ἐναντίοις καιροῖς διάδοχοι τῶν ἀνιαρῶν. Et noster ý. 1025. Διάδοχος τῶν σῶν πόνων.]

ý. 464. ΥΦ' ΑΡΜΑΤ' ΗΓΑΓΟΝ. Legit Canterus ὑφ' ἅρματά τ' non necessario: mallem ἅρμα τ'. Quod vero sibi arrogat Prometheus, alii aliis tribuunt. Plin. N. H. VII. 56. *Vehiculum cum quatuor rotis Phryges.* Et postea, *Bigas primum junxit Phrygum natio, quadrigas*

Erichthonius. Virg. Georg. III. 113.

Primus Erichthonius currus et quatuor ausus
Jungere equos. ——

Euseb. Chron. num. 543. *Erichthonius primus quadrigam junxit in Græcia, erat quippe apud alias nationes.* Et num. 447. *Trochilus primus fertur junxisse quadrigam.* Tertullianus posteriori favet sententiæ. [De Spectaculis c. 9. *Si vero Trochilus Argivus auctor est currus, primo Junoni id opus suum dedicavit.* Ita et Theon in Aratum. Οἱ δὲ μυθόλογοι τὸν Ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου ἢ Τροχίλου, τῆς Καλλιθείας παιδὸς, τῆς πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας, ἅρμα πρῶτον ἐπιζευξάντος.]

℣. 467. ΛΙΝΟΠΤΕΡ'. Apposite Cassiodorus Var. Epist. V. 17. *Vela alas navium facientia, linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, prænuntia mercium, auxilia quieta nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi quod a pluribus avibus vix probatur impleri.* Nostrum secutus Ennius *naves velivolas* dixit: et Virgil. Æn. III. 520.

—— *velorum pandimus alas.*

[Oppianus Hal. I. 190. navem vocat ἐΰζυγον ἅρμα θαλάσσης. Nonnus ἁλίδρομον ἅρμα θαλάσσης, in Dionysiacis. Plautus Homeri exemplo *equum lignum* de navi dixit, in Rudente. Homerus item Odyss. Η'. 36.

Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα.

Ad quem locum V. Cl. D. Jacobus Duportus, in Gnomologia Homerica. "Νέες quæcunque ὠκεῖαι, unde et ἁλὸς ἵπποι a poeta vocantur, ob celeritatem: ὠκύτατον γὰρ καὶ ἵππος ἐν ζώοις. Eustath. Ideoque ἡλίῳ ἀνάκειται, ὡς ταχυτάτῳ ταχύτατος. Herod. Euterpe postremis verbis." Mox, paucis præmissis. "Naves, aves quibus remi pro alis. —εὐήρετ' ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται, ut Poetæ alibi, et Hesiod.

—— Νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.

Schol. Aristoph. Avibus. Αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι quanquam vela etiam pro alis sunt. Unde et Naves appellat Æschylus, Prom. Vinct. λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα, h. e. τὰ ἔχοντα τὰ ἄρμενα ὡς πτερὰ, ut et recte exponit Scholiastes. Et *velivolum mare* post Lucretium dixit Virgilius. Idem et Mercurium volare *remigio alarum.* Hæc igitur κατ' ἀντιστροφὴν dicuntur, Remi sunt alæ navium et Alæ sunt remi avium." Hactenus vir doctissimus.]

Ibid. ΝΑΥΤΙΛΩΝ ΟΧΗΜΑΤΑ. Ex Homero adumbratum, Od. Δ'. 708. Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι
Ἀνδράσι γίγνονται. ——

Ita Cicero Argo appellavit *novum vehiculum Argonautarum,* de Nat. Deor. II. 25. et Catullus de eadem, Carm. LXIII. 9.

Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.

[℣. 472. ΚΑΚΟΣ Δ' ΙΑΤΡΟΣ. Quomodo dicitur,

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Aliis medicus, ipse ulceribus scatens.

Laudat Plutarchus in Libello de utilitate ab inimicis capienda. p. 80. Et Michael Apostolius ἐκ τοῦ τραγῳδοῦ desumptum esse monet. Parœmiam vocat Gregorius Nazianzen. in apologia de fuga sua: Ἢ τῆς παροιμίας πόῤῥω θέωμεν, ἄλλοις ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ βρύοντες ἕλκεσι. *Aut proverbium procul fugimus, aliis mederi parantes, ipsi scatentes ulceribus.* Huic affinis proverbialis etiam locutio (parabolam vocat Dominus noster) ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν. *Medice, cura teipsum.* D. Luc IV. 23. Demosthenes Orat. I. contra Aristogeit. Τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι, αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. *Epilepsia laborantes prædicat se sanaturum, cum ipse omni improbitate laboret.* Homer. Iliad. Λ'. 833.

Τὸν μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ὀΐομαι ἕλκος ἔχοντα
Χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.

Eum in tentoriis puto, vulnus habentem
Indigere et ipsum perito medico.

Philemon. —— τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
Ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
Πάντας λαλοῦντας, εἶτ', ἐπὰν πταίωσί τι,
Αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ' ὅσ' οὐκ εἴων τότε.]

℣. 476 ΔΟΛΟΥΣ ΕΜΗΣΑΜΗΝ. Δόλος ut et *dolus* μέσον. vid. Cicer. Offic. III. 14. ἐμήσατο Hesych. interpretatur ἐμηχανήσατο. [Choeph. ℣. 991. Ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος.]

℣. 479. ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΝ. Euripid Hippol. ℣. 516.

Πότερα δὲ χριστὸν ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;

Porphyrius de Abstin. I. 27. Εἶτ' ὀσφραντὸν, εἴτ' ἐπίχριστον, εἴτε ποτὸν ἢ βρωτὸν προσάγειν φάρμακον.

Ibid. ΟΥΔΕ ΠΙΣΤΟΝ. Gilb. Gaulminus, *Prorsus legendum,* οὐ χριστὸν, οὐδὲ παστόν. et ad verba Scholiast. Τοῦτο δηλοῖ τὸ πιστὸν, *quantum se torquet ut ineptiat!* ἀπὸ τοῦ πίω πίσω ῥήματος. *qua Analogia? quicquid agat, nunquam* πιστὸν *in ullo auctore* ἀντὶ ποτοῦ *reperiet: sed verius est ignorasse eum linguam suam.* Hæc ille; sed quanto verius est eum nimis incaute censuram tulisse, cum frequenti in usu fuisse ex veteribus Grammaticis discimus? Usus est Scholiastes Aristophanis in Plut. ἐστιν οὖν παστὸν τὸ πασσόμενον, πλαστὸν τὸ πλασσόμενον, καὶ πιστὸν τὸ πινόμενον· Quin et apud Æschylum nihil mutandum esse ex Eustathio discere potuit, p. 464. l. 35. Τρεῖς φαρμάκων ἰδέαι παρ' Ὁμήρῳ· ἐπίπαστα ὡς νῦν ἐπὶ Μενελάῳ, ὅπερ ἤπια φάρμακα εἰδὼς Πάσσεν ὁ Μαχάων· καὶ χριστὰ, οἷον ἰοὺς χρίεσθαι· καὶ πιστὰ κατὰ τὸν Αἰσχύλον, τουτέστι ποτὰ ἢ πότιμα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης ἐν Ὀδυσσείᾳ

τῷ κρατῆρι ἀναμιγνύσης φάρμακα. Nec possum quin mirer de analogia dubitasse virum eruditum, cum eadem ratione qua χειρὸς a χείω κέχειραι et πατρὸς a πάω πέπαραι, etiam πιρὸς a πίω πέπιραι deductum sit, quod verbum frequenter usurpatum comperimus. Pind. Isthm. Od. VI. in fine, ——πίσω σφι Δίρκης

ἁγνὸν ὕδωρ.——

ubi Schol. πίσαι δὲ τὸ ποτίσαι, καὶ ποτίςρας δὲ πίσας ἔλεγον. Hesych. Πιςήριον, ποτιςήριον· πίσαι γὰρ τὸ ποτίσαι, καὶ πίςραι αἱ ποτίςραι· et Ἔμπισον, πότισον. Id. Ὑπέπισα, ὑπεπότισα.

℣. 480. ΚΑΤΕΣΚΕΛΛΟΝΤΟ. Hesych. Κατασκελεῖν, κατασκελετεύειν, τὰς σάρκας καταφάσμα. f. καταφαγεῖν.

Ibid. ΠΡΙΝ ΕΓΩ ΣΦΙΣΙΝ. De medicina Plinius VII. 56. *Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium: Herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio.* Ad ipsum Apollinem referunt alii. Callim. hymn. II. 45. ——ἐκ δέ νυ Φοίβου

Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.

Ovid. Met. I. 521.

Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
Dicor, et herbarum subjecta potentia nobis.

℣. 483. ΤΡΟΠΟΥΣ ΔΕ ΠΟΛΛΟΥΣ. Claudian. II. in Eutrop. XX. 492.

——*quoscunque Prometheus*
Excoluit, multoque innexuit æthera limo,
Hi longe ventura notant, dubiisque parati
Casibus occurrunt.——

℣. 484. ΕΞ ΟΝΕΙΡΑΤΩΝ Α ΧΡΗ ΥΠΑΡ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. Hom. Odyss. Τ'. 547.

Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τοι τετελεσμένον ἔςαι.

Synesius de Insomniis. p. 132. Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται, καὶ τὰ ὄναρ θεάματα τοῖς ἀνθρώποις ὀρέγουσι τῶν ὕπαρ ἐσομένων αἰνίγματα. [Etymolog: Ὕπαρ, ἀληθῶς· παρὰ τὸ ὑπάρχειν, ὅτι μόνα τὰ ἀληθῆ ὑπάρχουσι. Mosch. Idyll. II. 17.

——τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον.

Ubi V. Cl. Bonaventura Vulcanius. "Opponuntur inter se ὄναρ et ὕπαρ, ut apud Homerum. Ὀδυσσ. Τ.

Οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσλὸν ὅ καὶ τετελεσμένον ἔςαι.

Neque aliud est ὕπαρ, quam ὀπτασία ἀληθῶς ὑπάρχουσα, et ut vult Hesychius, μεθ' ἡμέρας ἐναργῶς ἀληθής." Hæc ille. Artem vero oneirocriticam inter Chaldæos viguisse, vel ipsi Græci fatentur; Diodorus Siculus, II. 30. Ἐνυπνίων τε καὶ τεράτων ἐξηγήσεις ἀποφαίνονται. Daniel: II. 4. *Responderuntque Chaldæi regi Syriace; Rex in*

sempiternum vive; dic Somnium servis tuis, et interpretationem ejus indicabimus. Philo Judæus hoc inventum Abramo adscribit.]

ỳ. 485. ΚΛΗΔΟΝΑΣ ΤΕ ΔΥΣΚΡΙΤΟΥΣ. Suidas, Κληδών· φήμη, μαντεία. Καὶ κληδονισμοὶ, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις. Tale illud juveni oblatum Mitylenæo, Pittacum de conjugio consulenti. Callim. epigr. II. Tibullus, Eleg. I. 3.

Illa sacras pueri sortes ter sustulit, illi
Rettulit e triviis omina certa puer.

[Alcinous de doctrina Platonica: c. 15. ἀφ' ὧν, nempe a dæmonibus, κληδόνες καὶ ὄττειαι καὶ ὀνείρατα καὶ χρησμοὶ καὶ ὅσα κατὰ μαντείαν ἀπὸ θνητῶν τεχνιτεύεται.]

ỳ. 486. ΕΝΟΔΙΟΥΣ ΤΕ ΣΥΜΒΟΛΟΥΣ. Obvia signa quæ fausta aut infausta in itinere occurrunt; quale Xerxi de equa leporem pariente, et Agamemnoni de aquilis leporem vorantibus, in Agam. ỳ. 120. Inter species οἰωνιστικῆς numeratur ἐνόδιον, ὅταν ἐξηγήσηται τὰ ἐν τῇ ὁδῷ ὑπαντῶντα.

[ỳ. 487. ΓΑΜΨΩΝΥΧΩΝ ΤΕ ΠΤΗΣΙΝ. Suidas Telegonum augurandi scientiam invenisse tradit; Plinius VII. 56. ait esse inventum ejus Caris a quo Caria nomen acceperit. Alii in Etruria repertam volunt, auctoremque extitisse Tagen. Ovid Met. XV. 558. Quin de Chaldæis, (a quibus ad Lydos, a Lydis ad Etruscos videtur defluxisse) Diodorus Siculus II. 29. Ἐμπειρίαν δ' ἔχουσι καὶ τῆς διὰ τῶν οἰωνῶν μαντικῆς.]

[ỳ. 488. ΟΙΤΙΝΕΣ ΔΕΞΙΟΙ. Callimachus de Tiresia vate, Hymn. V. 125.

Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται
Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.]

[v. 489. ΔΙΑΙΤΑΝ. Δίαιτα est vivendi ratio, prout transtulimus, seu edendi modus, institutum. Significat etiam domicilium, habitationem et cœnaculum, quod in eo *per diem edatur* si Varroni fides. Hinc. Τιμώνειος δίαιτα, proverbialiter usurpatur de solitaria. Nempe sic nominavit M. Antonius, debellatus pugna Actiaca, maritimam illam cœnationem de qua Strabo XVII. et Plutarch. in Antonio. Hinc et adagium, Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα· ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀμείνονα βίον μεταβαλλόντων. *Alia vita, alia diæta; de iis qui ad meliorem sese vitam conferunt. Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.* Terent. in Andria. I. 2. Noster in Persis. ỳ. 41.

Ἁβροδιαίτων δ' ἕπεται Λυδῶν
Ὄχλος.

Hesych. Δίαιτα. θεσμός· διαγωγὴ τροφῆς, ἡ καθημερινὴ τροφή. Martinius in Lexico Philologico. " Diæta, δίαιτα, vivendi seu edendi modus, institutum, a δαίτη, id est, *epulum*, quod est a δαίνυμι, epulas do."]

[ý. 492. ΣΠΛΑΓΧΝΩΝ ΤΕ ΛΕΙΟΤΗΤΑ. Plinius VII. 56 ad finem. *Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus bovem.* Nempe ad sacrificandum prout suadet noster, et ad divinandum. Virg. Æn. IV. 64. —*spirantia consulit exta.* Servius. *Aruspices exta consulere dicuntur cum inspiciunt.* Σπλαγχνόσκοποι, extispices. V. Cl. legit ad hunc locum τιλειότητα, sed non probo.]

ý. 493. ΠΡΟΣ ΗΔΟΝΗΝ. Ut πρὸς βίαν, πρὸς φιλίαν, &c. supra. καθ' ἡδονήν· לרצון.

[ý. 494. ΧΟΛΗΣ. Immo a Chaldæis primum manavit hoc divinationis genus. Ezek. XXI. 21. Rex Babylonis respexit בכבד in jecore, atque hi videntur גזרין illi quorum facit mentionem Daniel II. 27. IV. 4. quasi sectores dicti a גזר *secuit*, quod ex victimis sectis futura prædicerent; ad quos etiam referendum esse censeo illud Diodori Siculi, II. 29. Ubi de Chaldæis agens, ἐκ ἀσοφῶς δὲ, inquit, καὶ τὰ περὶ τὴν ἱεροσκοπίαν (nempe τῶν ἱερείων, victimarum, inspectionem) ἀκριβῶς ἐπιτυγχάνειν νομίζονται.]

ý. 496. ΔΥΣΤΕΚΜΑΡΤΟΝ. Hesych. Δυστέκμαρτον, δυσχερὲς τέλος ἔχον, ἢ μὴ ἔχον τέλος.

[ý. 497. ΦΛΟΓΩΠΑ ΣΗΜΑΤΑ. Apollonius Argonaut. I. 145.

——ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι,

rerum eventus discere ab igne victimæ, et fumo, quod faciebant οἱ ἐμπυρόσκοποι. Ad Virgilianum illud, Æn. X. 175.

Tertius ille hominum Divumque interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, et præsagi fulminis ignes.

V. Cl. Germanus Valens Guellius: "Fortasse hoc ita accipiendum, ut Διὸς σέλας a Sophocl. in Colono, inter omina et signa quæ de cœlo hominibus dantur auspicato, recensetur, sub persona Œdipodis narrantis se Apollinis responsa secutum in Colonum appulisse. ý. 93.

Σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρεγγύα,
Ἢ σεισμὸν, ἢ βροντήν τιν' ἢ Διὸς σέλας;.
Et confirmabant signa mihi horum eventura esse
Vel terræ motum, vel tonitru, vel Jovis fulgur.

Sunt qui putant poetam illud Apollonii respexisse, I. 144.

Λητοΐδης· αὐτὸς δὲ θεοπροπίας ἐδίδαξεν
Οἰωνούς τ' ἀλέγειν ἠδ' ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι.
Apollo: ille autem vaticinia edocuit
Auguriaque observare, atque ignita signa explorare.

Quamvis apud Platonem in legibus, ἔμπυρα σήματα alii signa calentia et calentium victimarum interpretentur: *quam sententiam* φλὸξ ἔμπυρος

et τὰ ἔμπυρα a Sophocle pro victimis posita sunt, sub persona Electræ ℣. 406. —— τῷ φέρεις τάδ' ἔμπυρα;

ΧΡ. Μήτηρ με πέμπει πατρὶ τυμβεῦσαι χοάς.

—— *quo fers ista sacra,*

CHR. *Mater mittit me, ut patris tumulo inferias afferam.*

Et in Antig. ℣. 1221. —— ἐμπύρων ἐγευόμην

Βωμοῖσι παμφλέκτοισιν.

—— *Sacrificia tentavi*

In aris flammantibus.

Quæ et Æschylus in Prometheo φλογωπὰ σήματα vocare videtur." Hæc Guellius.]

℣. 498. ΕΞΩΜΜΑΤΩΣΑ. Aristoph. in Plut. ℣. 635. ex Phineo Sophoclis.

Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

[Ubi Scholiastes. Ἡ δὲ λέξις, ἀντὶ τῦ ἐπιτεταμμένως ὁρᾷ. Ἡ γὰρ ἐξ, ἐπίτασιν δηλοῖ. Etiam alter: ἐξωμμάτωται γὰρ καὶ ἀντὶ τῦ ἐκκέκοπῖαι τὺς ὀφθαλμὺς λέγεται, καὶ ἀντὶ τῦ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφῃρέθη τὸ κάλυμμα. Jul. Pollux Onomast. II. 4. Ἐξομμάτωσιν· νίψιν ὀμμάτων ῥύπυ· *Sordium in oculis elotionem.*]

Ibid. ΕΠΑΡΓΕΜΑ. Hesych. Ἐπάργεμος, ἀποκεκρυμμένος, ἡ νόσος ὀφθαλμῶν· ἐπάργεμα γὰρ λέγεται τὰ ὄμματα ὅταν ᾖ τετυφλωμένα ὑπὸ λευκωμάτων· καὶ πάντα δὲ τὰ τυφλὰ καὶ ἀφώτιστα ὕτως λέγεται. Eodem vocabulo usus est in Agamem. ℣. 1122.

Ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶ.

Et in Choeph. ℣. 663.

Αἰδὼς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν ὐκ ἐπαργέμυς

Λόγυς τίθησιν. ——

Eustath. ad Il. Γ'. p. 427. ἀργὸν, τὸ λευκὸν, ὅθεν καὶ ἐπάργεμον, πάθος ὀφθαλμῦ τὸ κοινῶς λεγόμενον λεύκωμα, ὡς πυ καὶ Αἰσχύλος παραδηλοῖ. Idem ad Odyss. Β'. p. 1430. ἄργεμος, νόσος ὀμμάτων, ἀφ' ὗ ἄργεμα κατὰ Δίδυμον τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ ἐν τῷ —— πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.

℣. 501. ΧΑΛΚΟΝ, ΣΙΔΗΡΟΝ. Alios repertores assignat Plinius VII. 56. *Ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idæi. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis, ut alii, Æacus; Auri metalla et conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem, ut alii, Thoas et Æaclis in Panchaia, aut Sol Oceani filius.*

℣. 504. ΣΥΛΛΗΒΔΗΝ. Hesych. Συλλήβδην, ὁμῦ, συλληπτικῶς, ὡς δι' ὀλίγων πολλὰ εἰπεῖν συντόμως.

[℣. 506. ΜΗ ΝΥΝ ΒΡΟΤΟΥΣ l. μή νυν βροτύς.]

[℣. 508. ΕΥΕΛΠΙΣ ΕΙΜΙ ΤΩΝΔΕ Σ' ΕΚ ΔΕΣΜΩΝ. Schol. Α'. Ὡς λίαν ἐγὼ ἐλπίζω τοῖς λόγοις οἷς λέγεις, τῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ εὔελπίς εἰμι τῶνδε, ἤγυν

τούτων ὧν λέγεις, ὡς καὶ λυθήσῃ τῶν δεσμῶν. Ridicule, τῶν enim pertinet ad τὸ δεσμῶν.]

℣. 511. ΠΕΠΡΩΤΑΙ. Hesych. Πέπρωται, τετύπωται, ὥρισαι· τὸ Εἱμαρμένον ζητεῖν.

℣. 514. ΟΙΑΚΟΣΤΡΟΦΟΣ. Hesych. Οἰακοστρόφος, κυβερνήτης. [Noster in Persis ℣. 769.

Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.]

℣. 515. ΜΝΗΜΟΝΕΣ Τ' ΕΡΙΝΝΥΕΣ. Eodem sensu in Agamemnone Ἐριννὺν ὑστερόποινον vocat, quæ Sophocli ὑστερόπους. De sera numinis vindicta consule Plutarchum. Virg. Æn. I. 4.

——*memorem Junonis ob iram.*

[Etymolog. Ἐρίνυες, θεαὶ τιμωροὶ τῶν πατρικῶν ἀσεβημάτων· παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ ναίειν, ὅ ἐστιν οἰκεῖν ἐν τῇ γῇ. Ἢ, ἡ ἐκ τῆς γῆς ἀνερχομένη, ἐραννὺς καὶ ἐριννὺς, καταχθονία γὰρ ἡ δαίμων. Ἢ, παρὰ τὸ τὰς ἀρὰς ἀνύειν, οἱονεὶ ἀρανύς τις οὖσα καὶ ἐρινύς, ἡ τὰς ἀρὰς ἀνύουσα καὶ ἐκτελοῦσα. Ἢ, παρὰ το ἐρὶ καὶ τὸ ἀνύειν, ἡ μεγάλως ἀνύουσα. Ἢ, παρὰ τὸ ἐλινύειν, τὸ ἡσυχάζειν, γέγονεν ἐλινὺς καὶ ἐρινὺς, ἡ ἡσυχάζουσα, κατὰ ἀντίφρασιν, τουτέστιν ἡ μὴ ἡσυχάζουσα. Quin si admittenda sit postrema etymologia, nihil exigit ut exponatur per antiphrasin; sed potius eodem sensu quo ὑστερόποινος Ἐριννὺς dicitur nostro in Agamemnone ℣. 58, et Horatio, *pede pœna claudo.* Vide et quæ ad Sept. contra Theb. ℣. 797.]

℣. 516. ΤΟΥΤΩΝ ΑΡ' Ο ΖΕΥΣ. Lege cum interrogatione.

℣. 517. ΟΥΚΟΥΝ ΑΝ ΕΚΦΥΓΟΙ. Pythagoreorum opinio, qui Deum Fato subjiciebant; Deum, i. e. Divinam providentiam, vel fortunam. Inde Stoici hanc partem præcipue fovebant. Adi sis Lipsii Manuduct. ad disciplin. Stoicam. Physiol. Stoic. Dissert. XII. Hinc poetica verborum pompa Horat. Od. I. 35.

Te semper anteit sæva Necessitas
Clavos trabales et cuneos manu
Gestans ahena : nec severus
Uncus abest liquidumque plumbum.

Et Od. III. 24.

Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Necessitas
Clavos, non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

[Euripides in Hecuba leges supra Deum statuit. ℣. 795.

Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χ', ὠ κεῖνων κρατῶν
Νόμος.

Et Plato in Protagora Necessitati ne Deos quidem ipsos pugnare asserit.]

ẏ. 525. ΜΗΔΑΜ' Ο ΠΑΝΤΑ. [Ita Herodotus plus semel, μηδάμα et οὐάμα. Demosth. οὐδαμοὶ pro οὐδεὶς.] Garb. *Minime Jupiter omnia administrans indat animo meo vim rebellem.* Quod vix mihi probatur; ut nec metri ratio in Editione Canteri.

[ẏ. 527. ΑΝΤΙΠΑΛΟΝ. Vide quæ ad Sept. Theb. ẏ. 423.]

[ẏ. 528. ΕΛΙΝΥΣΑΙΜΙ. *Cessarim* nos: sed cogita.]

[ẏ. 530. ΠΟΤΙΝΙΣΣΟΜΕΝΑ. Homer. Il. Ι'. 381.

Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχόμενον ποτινίσσεται.]

ẏ. 535. ΜΗΠΟΤ' ΕΚΤΑΚΕΙΗ. Schol. Α'. μηδέποτε πληρωθείη. Sensus videtur requirere μηδέποτε μὴ πληρωθείη.

[ẏ. 539. ΑΛΔΑΙΝΟΥΣΑΝ. Hesych. Ἀλδαίνει. Αὔξει. Noster Sept. Theb ẏ. 12. Βλάστημον ἀλδαίνοντα σώματος πολύν.]

ẏ. 547. ΑΧΑΡΙΣ ΧΑΡΙΣ. Julian. Ægypt. in Anthologia, p. 307.

Ἦ μερόπων ἀχάριστον ἀεὶ γένος, εἴγε Προμηθεὺς
Ἀντ' εὐεργεσίης ταῦθ' ὑπὸ χαλκοτύπων.

[Suidas Ἄχαρι· χαλεπόν, κακόν. Ἀῤῥιανός. Ὁ δὲ πίστιν ἔδωκε τοῖς κατοικοῦσι, μηδὲν ἄχαρι πείσεσθαι ἐκ βασιλέως. Καὶ αὖθις· οὐδὲν πείσεσθαι ἄχαρι πρὸς αὐτῶν. Interpres; Ἄχαρι, *ingratum, i. e. non gratum; injucundum; molestum; malum.* Arrianus. *Ille vero fidem incolis dedit, fore, ut nihil mali a Rege paterentur.* Suidas iterum, Ἄχαρι, λυπηρόν. *Molestum; grave; malum.*]

ẏ. 550. ΟΛΙΓΟΔΡΑΝΙΗΝ. Hesych. Ὀλιγοδρανὸς, ὀλίγον ἰσχύων, ὀλίγον δυνάμενος.

Ibid. ΑΚΙΚΥΝ. Hesych. Ἄκικυς, ἀσθενὴς, ἀδύνατος.

ẏ. 551. ΙΣΟΝΕΙΡΟΝ. Eurip. de imbelli Œdipo, Phœniss. ẏ. 1713.

——— ὡς' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων.

[Videtur Æschylus ex Homer. Il. Χ'. 199. hanc imaginem deprompsisse, quem locum sic reddit Virgil. Æn. XII. 908.

Ac velut in somnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, et in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox nec verba sequuntur.]

[ẏ. 553. ΤΑΝ ΔΙΟΣ ΑΡΜΟΝΙΑΝ. Supplic. ẏ. 1048.]

ẏ. 554. ΠΑΡΕΞΙΑΣΙ. Garb. *prætereunt.* Quod non probo. [No *antevertunt:* sed cogita. Hesiod. Theogon. ẏ. 612.

Ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν.

Noster in Supplic. ẏ. 1056.

Διὸς οὐ παραβατὰ ἐστιν μεγάλα
Φρὴν ἀπέρατος.

Homer. Odyss. Ε'. 103.

'Αλλὰ μάλ' ὅπως ἐςὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτε παρὲξ ἐλθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἀλιῶσαι.]

℣. 557. ΔΙΑΜΦΙΔΙΟΝ ΜΕΛΟΣ. Hesych. Διαμφίδιον μέλος, ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον· ἀμφὶς γὰρ χωρίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. [Nos, *discrepans:* cogita.]

℣. 560. ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΝ. Garbit. *iisdem parentibus prognatam.*

[℣. 561. ΕΔΝΟΙΣ ΗΓΑΓΕΣ ΗΣΙΟΝΗΝ. Sic Apollon II. 237.

Κλειοπάτρην ἕδνοισιν ἐμὸν δόμον ἦγον ἄκοιτιν.

Ἕδνον est opinor, forsan ab אתנן Ethnan, Ebræis Amoris pretium. Hesych. Ἕδνα. φερνὴ, τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα. Hesionen uxorem Promethei præter Æschylum nemo facit.]

IV.

℣. 564. ΕΝ ΠΕΤΡΙΝΟΙΣΙ. Caucasus adeo petrosus ut *scopuli Caucasi* in proverbium abierint.

℣. 565. ΧΕΙΜΑΖΟΜΕΝΟΝ. Seneca in Medea, ℣. 708.

Quæ fert opertis hyeme perpetua jugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.

[℣. 569. ΧΡΙΕΙ. Hesych. Ἔχρισεν· ἱκέτησεν.]

℣. 570. ΓΗΓΕΝΟΥΣ, ΑΛΕΥ' Ω ΔΑ. Deleto hypostigmate leg. γηγενεῦς ἄλευ' ὦ δᾶ. [*O terra spectrum Argi amove.* Vult Ium, non tantum quatenus vacca erat, Œstro, sed et umbra Argi cæsi exagitatam. Ovid. I. 725.

Horriferamque oculis animoque objecit Erinnyn,
Pellicis Argolicæ, stimulosque in pectore cæcos
Condidit, et profugam per totum terruit orbem.

Hesych. Ἄλευε· φύλαξι. Etymolog. 'Αλευάδα, εἴρηται ὡς το φειῶδα. Οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν, δᾶν λέγουσι, καὶ δίαν, ὡς καὶ τον γνόφον, δνόφον· φίυδα ἐν, φιῦ γῆ, οὕτως ἐν καὶ τὸ ἀλευάδα, 'Αλέυ δᾶ, τοῦ δᾶ ἀντὶ τοῦ γῆ κειμένου.]

[℣. 571. ΜΥΡΙΩΠΟΝ ΒΟΥΤΑΝ. Nicephorus in Synes. de insomn. p. 402. Βούταν δὲ καλεῖ τὸν πανόπτην Ἄργον ὁ Τραγικὸς Αἰσχύλος, ἢ ὡς βουκόλον, ὡς ἐπιςατοῦντα καὶ ἑπόμενον τῇ Ἰοῖ τῇ θυγατρὶ τοῦ Ἰνάχου· φέρει γὰρ αὐτὴν λέγουσαν οὕτωσι, φοβοῦμαι τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν. Cæterum mille ei oculos tribuit Æschylus, Ovidius non nisi centum, Metam. I. 625.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Ita et Claudianus, de laud. Stilich. I. 312.

Argum fama refert centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam servasse juvencam.

Vide plura in Supplic.]

[℣. 575. ΚΥΝΗΓΕΤΕΙ. Mox. ℣. 679.

——— πυκνοῖς

Ὅσσοις διδορκὼς τὰς ἐμὰς κατὰ ςίβας.

Inde Scholiastes Homeri. in Od. Κ'. Argum πολυόμματον κύνα vocat.]

℣. 576. ΚΗΡΟΠΛΑΣΤΟΣ ΔΟΝΑΞ. Scholiastes Α'. σύριγγα interpretatur, fide optima. Schol. Β'. αὐλὸν, minus recte. Αὐλὸς enim, *tibia*, unico constabat calamo; σύριγξ, *fistula*, vero e plurimis calamis cera junctis: in tibia tibicen occlusis omnibus aliis foraminibus, unum solum aperit per quod spiritus efflatur; in fistula vero moderator reliquos omnes calamos liberos relinquit et apertos, et illi tantum labra admovet per quem spiritum velit emitti, semperque desultorie ab alio ad alium calamum resilit, prout musices et harmoniæ ratio postulat. Syringis compositionem habemus apud Pollucem IV. 9. et Achill. Tat. Clit. et Leucip. VIII. p. 475. [Virgil Ecl. II. 32.

Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit.]

[Ibid. ΚΗΡΟΠΛΑΣΤΟΣ. Schol. Α'. Ἀλλ' οὐκ ἐμοὶ διὰ τὸ νηςεύειν. Quid hoc? imperfectum videtur.]

[℣. 578. ΠΛΑΝΟΙ. f. Πλαναί. ut postea 587.]

[℣. 583. ΠΑΡΑΚΟΠΟΝ. Geoponicῶν Auctor. XVII. 7. Ὅτι ἄφρονας τὰς βοῦς οἱ μύωπες κεντοῦντες ποιοῦσιν, ἴσμεν]

[℣. 584. ΠΥΡΙ ΦΛΕΞΟΝ Η ΧΘΟΝΙ ΚΑΛΥΨΟΝ. Ritus funerandi.]

℣. 590. ΚΛΥΕΙΣ ΠΡΟΣΦΘΕΓΜΑ ΤΑΣ ΒΟΥΚΕΡΩ ΠΑΡΘΕΝΟΥ. Exigit metri ratio ut legamus,

Κλύεις πρόφθεγμα βουκέρω τᾶς παρθένου;

[℣. 591. ΟΙΣΤΡΟΔΙΝΗΤΟΥ. At Supplic. ℣. 582. Οἰςροδόνητον dicit. Sophocles in Electra, ℣. 5.

Τῆς οἰςροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης.]

[℣. 595. ΕΜΟΥ ΠΑΤΡΟΣ. Ἰνάχου. ℣. 592. Apollodorus II. 1. alios Iasi alios Pirenis, Tragicorum autem plurimos Inachi filiam fuisse velle, significat. Κάςωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν, Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν.]

℣. 600. ΚΕΝΤΡΟΙΣΙ ΦΟΙΤΑΛΕΟΙΣΙ. Moschus Idyll. II. 46. de eadem,

Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἁλμυρὰ βαῖνε κέλευθα.

Hesych. Φοιταλέος, παράκοπος, μανιώδης. Nempe ἀπὸ τοῦ φοιτᾷν, quod inter alia *furere* significat. Idem, Φοιτᾷ, βαδίζει, μαίνεται· unde etiam φοῖτος *furor* est, ut veteres Grammatici notarunt. Eustath. ad Iliad. Ε'. p. 585. Ὡς τὸ ἐνθουσιωδῶς ὁρμᾷν καὶ μαίνεσθαι, φοιτᾷν ἐλέχθη, ὅθεν καὶ φοῖτος ἡ μανία, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. Φοιτᾷν igitur veteribus Græcis *furere*, et φοῖτος *furor*: unde ubi nos legimus in Septem ad Theb. ℣. 667.

Ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν τύφῳ φρενῶν,

legit codex Arund. σὺν φοίτῳ, et expositione interlineari μανίαν reddit. Quidni igitur φοιταλέος *furialis*; et κέντρα φοιταλέα *stimuli furorem excitantes*, furibundam efficientes? Sed et ex hujus significationis vera origine est quod rei præsenti illustrandæ addi potest. Ideo enim φοιταλέοι furibundi dicti, quod qui tales sunt, huc atque illuc frequenter ire, redire, et cum impetu soleant, quod est φοιτᾷν. Homerus de Marte, Iliad. Ε΄. 594.

Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα,
Φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἕκτορος, ἄλλοτ' ὄπισθε.

Ubi notat Eustathius, Homero et Hesiodo φοιτᾷν idem esse quod ὁρμᾷν· et cum furorem simul cum impetu denotet, Marti esse οἰκειότατον, qui adversus Græcos adeo furibunde et cum impetu ferebatur. Planius adhuc id quod volumus expressit Sophocles de Ajace, ℣. 59.

Ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
Ὤτρυνον ——

quibus verbis hominem depingit furiali more grassantem, et huc atque illuc ovium gregem persequentem; qualis Io hæc. Κέντρα igitur φοιταλέα sunt *stimuli dementantes et furorem injicientes*, adeoque furentium more huc atque illuc itare, procedere, regredi, grassari cogentes. Ita Lycophron φοιτάδα dixit ℣. 615.

[℣. 603. ΕΠΙΚΟΤΟΙΣΙ ΜΗΛΕΣΙ ΔΑΜΕΙΣΑ. Sic Nicander Theriac. ℣. 363. —— τὰ δ' ἄλγεα φῶτα δαμάζει.
Et mox, ℣. 382. —— ὑπὸ κρυμοῖο δαμέντων.
Virg Georg. III. 538. —— *acrior illum*
Cura domat.
V. Cl. Germanus Valens Guellius, in Virgilium, hæc annotavit.]

℣. 611. ΟΥΚ ΕΜΠΛΕΚΩΝ ΑΙΝΙΓΜΑΤΙ. An quia prophetiæ ænigmatice reddi solebant? Clem. Strom. V. p. 237. Οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι συνδόκει καὶ Πλάτωνι. Ἐντεῦθεν αἱ προφητεῖαι οἵ τε χρησμοὶ λέγονται δι' αἰνιγμάτων. Ænigma sermo obscurus, intellectu difficilis. Noster Supplic. ℣. 473. Αἰνιγματῶδες τύπος. Hesych. Αἰνιγματωδῶς, δυσχερῶς, ἀσυμφώνως. Plato epist. ad Dionys. II. p. 312. Φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν· ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. Hinc. I. Cor. XIII. 12. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι. בחידה [Non abludit ab hoc loco Virgilianum illud Æn. I. 345.

—— *longa est injuria, longæ*
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.]

[Ibid. ΑΠΛΩι ΛΟΓΩι. Suidas. Ἁπλῷ λόγῳ τῷ χωρὶς προσθήκης· καὶ ἁπλῶς παρὰ Ἀριστοτέλει λέγεται, ὁ χωρὶς προσθήκης λεγόμενος, ἀληθὲς ἐστιν.

Portus, Interpres: Ἁπλῷ λόγῳ. *Simplici oratione: Oratione quæ est sine actione,* conditionis aut rationis alicujus. *Apud Aristotelem vero* ἁπλῶς, *i. e. simpliciter, dicitur, quod sine adjectione dictum, est verum.* Huic opponitur σύνθετος λόγος, ỳ. 687.]

ỳ. 614. Ω ΚΟΙΝΟΝ. Garb. *O adjumentum commune hominibus declarate!*

[v. 616. ΑΡΜΟΙ. Citat hunc locum Tzetzes ad illum Lycophronis ỳ. 106. Θύσησιν ἀρμοῖ μηλάτων ἀπάργματα. Hesych. Ἀρμοῖ· ἀρτίως, ἡσυχῆ, ἐξάιφνης, προσφάτως. Ubi Jos. Hill. "Vox Syriaca aut Dorica existimatur, quam spiritu tenui scribi contendit Theocr. Schol. Idyll. IV. 51.

Ἀρμῶι μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρὸν,

Modo hic me sauciavit sub malleolo.

Schol. Εἰ μὲν ψιλῶται τὸ ἀρτίως καὶ νεωςὶ σημαίνει· ει δὲ δασύνεται, τὸ ἡρμοσμένως."]

ỳ. 619. ΕΝ ΦΑΡΑΓΓΙ. Garbit. *in valle ista.* perperam.

[Ibid. ΩΧΜΑΣΕ. Euripides apud Eustath. Il. Μ'. p. 904.

Μέσον μ' ὀχμάζεις ὡς βάλῃς ἐς Τάρταρον.

Hesych. Ὀχμάζει· συνέχει, κατέχει, πιέζει.]

ỳ. 620. ΒΟΛΕΥΜΑ. Et in Prometheo soluto, interprete Attio, Tusc. Quæst. II. 10.

Saturnius me sic infixit Jupiter,
Jovisque numen Mulcibri adscivit manus.

Apollodor. I. 7. Ὡς δὲ ᾔσθετο Ζεὺς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ προσηλῶσαι.

ỳ. 622. ΤΟΣΟΥΤΟΝ. Garb. *Tantum duntaxat tibi enarrare possum.*

[ỳ. 625. ΤΟ ΜΗ ΜΑΘΕΙΝ. Agamemn. ỳ. 259.

Τὸ δὲ προκλύειν,
Ἐπεὶ γένοιτ' ἂν ἡ λύσις, προχαιρέτω.
Ἶσον δὲ τῷ προστένειν.

Ipsum autem præscire
Cum evitare non liceat, valeat:
Quippe idem est ac ante tempus ingemiscere.

Porro Epicureum esse dogma vult Scholiastes Α'. quo tollitur divinatio.]

ỳ. 626. ΜΕΛΛΩ ΠΑΘΕΙΝ. Phrynichus in eclog. p. 68. Ἔμελλον γράψαι· ἐσχάτως βάρβαρον ἡ σύνταξις αὕτη. et alibi, p. 60. ἔμελλον ποιῆσαι, ἔμελλον θεῖναι· ἁμαρτήματα τῶν ἐσχάτων εἴ τις οὕτω συντάττει. In summo igitur errore versari, et prorsus barbare loqui, putat doctissimus Grammaticus, quisquis infinitivum tale, quale γράψαι, ποιῆσαι, θεῖναι, cum verbo μέλλω conjungit. Quidni igitur barbarus audiat Æschylus noster,

qui μέλλω παθεῖν infinitivo Aoristi temporis dixit? idque contra regulam ab eo Critico clare traditam Τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεστῶτι συντασσόμενον, ἢ τῷ μέλλοντι· οἷον ἤμελλον ποιεῖν, ἤμελλον ποιήσειν· τὰ δὲ συντελικὰ οὐδένα τρόπον ἁρμόσει τῷ ἤμελλον. Post Phrynichum observavit Thomas Magister μέλλω cum Aoristo etiam conjungi posse, sed non sine addita particula ἄν, quæ facit ut præteritum pro futuro sumatur; et cum alios qui sine hac particula scribunt errare doceat, Æschylum tamen hoc loco sine ea usurpantem in hunc modum excusat, εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ διὰ τὸ μέτρον ἀναγκασθεὶς ἐπὶ παρωχημένου ἅπαξ εἶπε, λέγων,

Μή τι με κρύψης τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.

νοουμένου ἔξωθεν τοῦ ἄν. Idem etiam observat et apud Platonem eodem modo usurpatum, quem alio modo excusare conatur, sc. ab errore transcriptorum. Εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῇ τοῦ Σωκράτους ἀπολογίᾳ, Οὐδ' εἰ πολλάκις μέλλω τεθνᾶναι· ὅπερ μοι δοκεῖ ἁμάρτημα τῶν γραφέων εἶναι, διὰ τοῦ, (scribe διὰ τὸ) μηδαμοῦ ἑτέρωθι τῶν αὐτοῦ λόγων τοῦτο εὑρίσκεσθαι. Quod autem Æschylum ita usurpasse velit tanquam metri necessitate coactum, est a veritate alienum, cum metri ratio constiterit si ὅ γ' ἂν pro ὅπερ legas. Quod ad Platonem vero attinet, quem nunquam alibi ita locutum esse asserit, atque inde scribarum errorem esse tradit, aliter nos docet Lecapenus in 'Επιμερισμοῖς nondum editis, μέλλω ποιεῖν, καὶ ποιήσειν· ἀλλὰ καὶ ἀορίστῳ, ὡς παρὰ Πλάτωνι, μέλλω συγγνωσθῆναι· Bis igitur apud Platonem habemus: apud Thucyd. semel, V. 98. τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε, τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε. Ante hos omnes Hesiodus Theogon. ỷ. 475.

Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν.——

[ỷ. 629. ΦΘΟΝΟΣ ΜΕΝ ΟΥΔΕΙΣ. Sept. Theb. ỷ. 242.

Οὔ τι φθονῶ σοι.]

[ỷ. 630. ΜΑΣΣΟΝ ΩΣ. Μᾶλλον ἤ.]

ỷ. 637. ΚΑΣΙΓΝΗΤΑΙΣ ΠΑΤΡΟΣ. Inachus enim Oceani filius.

ỷ. 638. ΩΣ ΑΠΟΔΥΡΕΣΘΑΙ. Forsan ὡς κἀποδύρεσθαι, metri gratia.

[ỷ. 641. ΑΠΙΣΤΗΣΑΙ. Hesych. 'Απιστεῖ· ἀπειθεῖ. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ.]

[ỷ. 645. ΠΡΟΣΕΠΤΑΤΟ. Advolavit, accidit. ỷ. 557.

Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
Τόδ' ἐκεῖνό θ'.]

[ỷ. 646. ΟΨΕΙΣ ΕΝΝΥΧΟΙ. Virg. Georg. I. 477.

——*Simulacra modis pallentia miris*
Visa sub obscurum noctis.

Noster alibi; ὀνείρατα καὶ νυκτίπλαγκτα δείματα.]

ý. 647. ΠΑΡΘΕΝΩΝΑΣ. Παρθενὼν locus est in editiore ædium parte ubi seorsim a viris degebant virgines. Moschus de Europa, II. 6. ——ὑπωροφίοισιν ἐνικνώσσουσα δόμοισι.
Fœminis veteres ὑπερῴους θαλάμους κατεσκεύαζον, inquit Eustathius, p. 272. ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι. Idem θάλαμος· unde παρθένος ἐκ θαλάμου, ἡ μήπω γημαμένη.

ý. 648. ΛΕΙΟΙΣΙ ΜΥΘΟΙΣ. Iliad. Α'. 582.

——ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι. et Β'. 164. Ἀγανὰ ἔπεα.

ý. 649. ΤΙ ΠΑΡΘΕΝΕΥΗ ΔΑΡΟΝ. Eurip. Alcest. ý. 1092.

Τί δ'; οὐ γαμεῖς γὰρ, ἀλλὰ χηρεύσεις μόνος;

Virg. Æn. IV. 32.

Solane perpetua mærens carpere juventa?

[ý. 650. ΙΜΕΡΟΥ ΒΕΛΕΙ. Jul. Pollux, Onomastic. II. 4. Περὶ διαφορᾶς ὀφθαλμῶν. Καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον, ἵμερος. *Quodque ab his defluit, desiderium.*]

[ý. 651. ΣΥΝΑΙΡΕΣΘΑΙ ΚΥΠΡΙΝ. Σεμνῶς, de concubitu. ý. 863.

Τοιαῦθ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς ἔλθοι Κύπρις.]

ý. 652. ΜΗ' ΠΟΛΑΚΤΙΣΗΙΣ. Suidas, Ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, ἀντὶ τοῦ ἀπεσκίρτησεν. Præ Latini sermonis angustia ipsissimam dictionem in versione nostra retinuimus, Plautum secuti Epidic. V. 2.

ý. 653. ΠΡΟΣ ΛΕΡΝΗΣ ΒΑΘΥΝ ΛΕΙΜΩΝΑ. Pind. Schol. Olymp. VII. 60. Ἡ γὰρ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη, κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον. [Quin Ovidius de Ius erroribus, Metam. I. 597.

——*fugiebat enim jam pascua Lernæ*
Consitaque arboribus Lyrcæa relinquerat arva.]

ý. 655. ΟΜΜΑ ΛΩΦΗΣΗΙ ΠΟΘΟΥ. *Oculi sunt in amore duces.* Inde Hesychio, Ὀμματίας πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾷν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾷν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾷν. Amoris etiam sedes. Propert. III. 21.

Crescit enim assidue spectando cura puellæ.

ý. 656. ΠΑΣΑΣ ΕΥΦΡΟΝΑΣ. Εὐφρόνη verbum est Hesiodo in usu, unde argui possit quod ætate inferior fuit Homero. Clemens Alex. Strom. IV. p. 227. Οἱ μοι δοκοῦσιν εὐφρόνην κεκληκέναι τὴν νύκτα, ἐπειδὴ τηνικάδε ἡ ψυχὴ πεπαυμένη τῶν αἰσθήσεων συννεύει πρὸς αὐτὴν, καὶ μᾶλλον μετέχει τῆς φρονήσεως.

ý. 658. ΝΥΚΤΙΦΟΙΤ' ΟΝΕΙΡΑΤΑ. Insomnia Lycophron ý. 225. νυκτίφοιτα δείματα vocat.

[ý. 659. Ο Δ' ΕΣ ΤΕ ΠΥΘΩ, ΚΑΙ ΠΙ ΔΩΔΩΝΗΝ. Scholiastes aliquis anachronismum esse notat; neque enim tunc temporis oracula illa extitisse. Ἀναχρονισμός· οὔπω γὰρ ἦν τὸ μαντεῖον. Homer. Odyss. Τ'. 395.

Τὸν δ' εἰς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.]

qui μέλλω παθεῖν infinitivo Aoristi temporis dixit? idque contra regulam ab eo Critico clare traditam Τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεςῶτι συντατίόμενον, ἢ τῷ μέλλοντι· οἷον ἔμελλον ποιεῖν, ἔμελλον ποιήσειν· τὰ δὲ συντελικὰ ὐδένα τρόπον ἁρμόσει τῷ ἔμελλον. Post Phrynichum observavit Thomas Magister μέλλω cum Aoristo etiam conjungi posse, sed non sine addita particula ἂν, quæ facit ut præteritum pro futuro sumatur; et cum alios qui sine hac particula scribunt errare doceat, Æschylum tamen hoc loco sine ea usurpantem in hunc modum excusat, εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ διὰ τὸ μέτρον ἀναγκασθεὶς ἐπὶ παρωχημένυ ἅπαξ εἶπε, λέγων,

Μή τι με κρύψης τῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.

νοεμένυ ἔξωθεν τῦ ἂν. Idem etiam observat et apud Platonem eodem modo usurpatum, quem alio modo excusare conatur, sc. ab errore transcriptorum. Εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῇ τῦ Σωκράτυς ἀπολογίᾳ, Οὐδ' εἰ πολλάκις μέλλω τεθνᾶναι· ὅπερ μοι δοκεῖ ἁμάρτημα τῶν γραφέων εἶναι, διὰ τῦ, (scribe διὰ τὸ) μηδαμῦ ἑτέρωθι τῶν αὐτῦ λόγων τῦτο εὑρίσκεσθαι. Quod autem Æschylum ita usurpasse velit tanquam metri necessitate coactum, est a veritate alienum, cum metri ratio constiterit si ὅ γ' ἂν pro ὅπερ legas. Quod ad Platonem vero attinet, quem nunquam alibi ita locutum esse asserit, atque inde scribarum errorem esse tradit, aliter nos docet Lecapenus in Ἐπιμερισίαις nondum editis, μέλλω ποιεῖν, καὶ ποιήσειν· ἀλλὰ καὶ ἀορίςῳ, ὡς παρὰ Πλάτωνι, μέλλω συγγνωσθῆναι· Bis igitur apud Platonem habemus: apud Thucyd. semel, V. 98. τὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίυς μεγαλύνετε, τὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε. Ante hos omnes Hesiodus Theogon. ꝟ. 475.

Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν. ——

[ꝟ. 629. ΦΘΟΝΟΣ ΜΕΝ ΟΥΔΕΙΣ. Sept. Theb. ꝟ. 242.

Οὔ τι φθονῶ σοι.]

[ꝟ. 630. ΜΑΣΣΟΝ ΩΣ. Μᾶλλον ἤ.]

ꝟ. 637. ΚΑΣΙΓΝΗΤΑΙΣ ΠΑΤΡΟΣ. Inachus enim Oceani filius.

ꝟ. 638. ΩΣ ΑΠΟΔΥΡΕΣΘΑΙ. Forsan ὡς κἀποδύρεσθαι, metri gratia.

[ꝟ. 641. ΑΠΙΣΤΗΣΑΙ. Hesych. Ἀπιςεῖ· ἀπειθεῖ. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ.]

[ꝟ. 645. ΠΡΟΣΕΠΤΑΤΟ. Advolavit, accidit. ꝟ. 557.

Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
Τόδ' ἐκεῖνό θ'.]

[ꝟ. 646. ΟΨΕΙΣ ΕΝΝΥΧΟΙ. Virg. Georg. I. 477.

——*Simulacra modis pallentia miris*
Visa sub obscurum noctis.

Noster alibi; ὀνείρατα καὶ νυκτίπλαγκτα δείματα.]

ỳ. 647. ΠΑΡΘΕΝΩΝΑΣ. Παρθενὼν locus est in editiore ædium parte ubi seorsim a viris degebant virgines. Moschus de Europa, Il. 6. ——ὑπωροφίοισιν ἐνιχνώσσουσα δόμοισι.
Fœminis veteres ὑπερῴυς θαλάμυς κατεσκεύαζον, inquit Eustathius, p. 272. ὑπὲρ τῦ δυσεντεύκτυς αὐτὰς εἶναι. Idem θάλαμος· unde παρθένος ἐκ θαλάμυ, ἡ μήπω γεγαμημένη.

ỳ. 648. ΛΕΙΟΙΣΙ ΜΥΘΟΙΣ. Iliad. Α'. 582.

——ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι. et Β'. 164. Ἀγανὰ ἔπεα.

ỳ. 649. ΤΙ ΠΑΡΘΕΝΕΥΗ ΔΑΡΟΝ. Eurip. Alcest. ỳ. 1092.

Τί δ'; ὐ γαμεῖς γὰρ, ἀλλὰ χηρεύεις μόνος;

Virg. Æn. IV. 32.

Solane perpetua mærens carpere juventa?

[ỳ. 650. ΙΜΕΡΟΥ ΒΕΛΕΙ. Jul. Pollux, Onomastic. II. 4. Περὶ διαφορᾶς ὀφθαλμῶν. Καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον, ἵμερος. *Quodque ab his defluit, desiderium.*]

[ỳ. 651. ΣΥΝΑΙΡΕΣΘΑΙ ΚΥΠΡΙΝ. Σεμνῶς, de concubitu. ỳ. 863.

Τοιάδ' ἐπ' ἐχθρὰς τὰς ἐμὰς ἔλθοι Κύπρις.]

ỳ. 652. ΜΗ' ΠΟΛΑΚΤΙΣΗΙΣ. Suidas, Ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, ἀντὶ τῦ ἀπεσκίρτησεν. Præ Latini sermonis angustia ipsissimam dictionem in versione nostra retinuimus, Plautum secuti Epidic. V. 2.

ỳ. 653. ΠΡΟΣ ΛΕΡΝΗΣ ΒΑΘΥΝ ΛΕΙΜΩΝΑ. Pind. Schol. Olymp. VII. 60. Ἡ γὰρ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη, κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον. [Quin Ovidius de Ius erroribus, Metam. I. 597.

——*fugiebat enim jam pascua Lernæ*
Consitaque arboribus Lyrcæa relinquerat arva.]

ỳ. 655. ΟΜΜΑ ΛΩΦΗΣΗι ΠΟΘΟΥ. *Oculi sunt in amore duces.* Inde Hesychio, Ὀμματίας πόθος, διὰ τὸ ἐκ τῦ ὁρᾷν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ τῦ γὰρ εἰσορᾷν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾷν. Amoris etiam sedes. Propert. III. 21.

Crescit enim assidue spectando cura puellæ.

ỳ. 656. ΠΑΣΑΣ ΕΥΦΡΟΝΑΣ. Εὐφρόνη verbum est Hesiodo in usu, unde argui possit quod ætate inferior fuit Homero. Clemens Alex. Strom. IV. p. 227. Ἠ μοι δοκῦσιν εὐφρόνην κεκληκέναι τὴν νύκτα, ἐπειδὴ τηνικάδε ἡ ψυχὴ πεπαυμένη τῶν αἰσθήσεων συννεύει πρὸς αὐτὴν, καὶ μᾶλλον μετέχει τῆς φρονήσεως.

ỳ. 658. ΝΥΚΤΙΦΟΙΤ' ΟΝΕΙΡΑΤΑ. Insomnia Lycophron ỳ. 225. νυκτίφοιτα δείματα vocat.

[ỳ. 659. Ο Δ' ΕΣ ΤΕ ΠΥΘΩ, ΚΑιΠΙ ΔΩΔΩΝΗΝ. Scholiastes aliquis anachronismum esse notat; neque enim tunc temporis oracula illa extitisse. Ἀναχρονισμός· ὔπω γὰρ ἦν τὸ μαντεῖον. Homer. Odyss. Τ'. 395.

Τὸν δ' εἰς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βυλὴν ἐπακύσῃ.]

[Ibid. ΠΥΚΝΟΥΣ. Tho. Magister statim laudandus legit συχνὺς.]

[℣. 660. ΘΕΟΠΡΟΠΟΥΣ. Tho. Magister. Θεοπρόπους ἐκάλουν τοὺς δὲ εὐλάβειαν πεμπομένους εἰς τὸ μαντεῖον· ἐφ' ᾧ δέξασθαι μαντείαν ὡς τῷ θεῷ πρέποντας καὶ ἁρμόζοντας, διὰ τὴν προσοῦσαν ἐπιείκειαν. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ. Ἔς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνην συχνοὺς Θεοπρόπους ἴαλλε.]

℣. 662. ΑΙΟΛΟΣΤΟΜΟΥΣ ΧΡΗΣΜΟΥΣ. Oracula obscura. Lycophron. ℣. 3. ——ὁ γὰρ ἥσυχος κόρη

Ἔλυσε χρησμῶν, ὡς πρὶν, αἰόλον στόμα.

[Virgil. Æn. VI. 99.

Horrendas canit ambages, antroque remugit

Obscuris vera involvens.

In quem locum V. Cl. Germanus Valens Guellius: " Σιβυλλιᾶν vocant. Ut autem obscuris vera involvens sic et Epigrammat.

Τοίους γὰρ Πριαμὶς Κασσάνδρη φοίβασε μύθους,

Ἄγγελος ὡς βασιλεῖ ἔφρασε λοξοτρόχις.

Unde et Apollo Λοξίας. Et Eurip. in Oreste, καλοῖς κακοὺς λόγους ἑλίσσων. Sophocl. in Tyr. ποικιλῳδὸν Σφίγγα appellat. Et de Tiresia,

Ἄγαν αἰνικτὰ καὶ ἀσαφῆ λέγεις.

Et Æschylus in Prometheo αἰολοστόμους χρησμοὺς, ἀσήμως δυσκρίτως τ' εἰρημένους. Et Idem in Agamemn. θέσφατ' ἐξ αἰνιγμάτων ἐπάργεμα. Vide etiam quibus verbis Aristoteles III. Rhetor. admonet oratorem, ambiguitatem verborum, ut obscuram, vitare, et vitium ἀμφιβολογίας vatibus familiare." Hactenus Guellius.]

℣. 673. ΔΙΟΣ ΧΑΛΙΝΟΣ. Sic ἀνάγκης λέπαδνον infra in Agamemn. ℣. 226.

[℣. 674. ΕΥΘΥΣ ΔΕ ΜΟΡΦΗ. Aliter narrat in Supplic.]

[℣. 677. ΚΕΡΧΝΕΙΑΣ ΡΕΟΣ. Fluvium Argis Κέγχρην dictum vult Scholiastes Α'. quod cum cæteris quadrat: licet apud nullum meminerim me legisse. Neque enim Κέγχριος fluvius in Ephesiorum regione, (Tacito Annal. III. 61. et Pausan in Achaicis memoratus) hic locum habere possit. Uti nec Κεγχρέας, Corinthiorum navale ad Saronicum Sinum, de quo Ptolemæus et alii.]

[℣. 678. ΛΕΡΝΗΣ ΑΚΡΗΝ. f. κάρην.]

[℣. 679 ΑΚΡΑΤΟΣ ΟΡΓΗΝ. Sic ἄμετρος ὀργὴν, apud Pollucem VI. 29. Totus biliosus, meraco felle iracundus, implacidus animi. Qui fel, χολὴν, habet nullo mitiore humore, ut Phlegmatis, dilutum: Schol. Α'. ὁ μηδὲν ἡμερότητος ἐν ἑαυτῷ φέρων. Inde ἀκράχολος, idem uno verbo, secunda longa.]

[℣. 680. ΟΣΣΟΙΣ ΔΕΔΟΡΚΩΣ. Quod Virgilius, *vestigia lustro.*]

[Ibid. ΣΤΙΒΟΥΣ. Hesych. Στίβος· τρίβος, ὁδὸς, καὶ ἡ ἴχνους ζήτησις. Etymolog: Στίβος· σημαίνει τὴν ὁδόν. Παρὰ τὸ στείβω τὸ περιπατῶ. Eustath.

τὸ δὲ στείβειν εἴη ἂν ταυτὸν τῷ τρίβειν· unde ἡ ἀστιβὴς ὁδὸς idem quod ἄτριπτος. A Græco στείβω fit latinum *stipo*, i. e. *condenso*, quia quæ conculcantur et compinguntur, facile crassescunt. Estque verbum proprium fullonum, qui olim pedibus, nunc vero frequenti trabium appulsu, pannos crassiores et firmiores reddunt. Sic Etymologus εὔστειπτον reddit εὖ πεπλυμμένον, καὶ πεπατημένον. Estque vestium epitheton. Hinc illud Persii de hominibus cogitabundis et meditabundis. Sat. III. 80.

Obstipo capite et figentes lumine terram.

Ubi obstipum caput, sive obstipam cervicem, non intelligit, ut vulgus, dimissam et incurvatam, sed rigidam et immotam, qualis solet esse hominum qui toti sunt in alicujus rei contemplatione, qualemque expressit Virgilius Æneæ, quem cum cogitabundum induceret, inquit, Æn. l. 495. ——*obtutuque hæret defixus in uno.* A στείβω *fit* στίβος *iter tritum et pedibus conculcatum.*]

[ẏ. 682. ΟΙΣΤΡΟΠΛΗΞ Δ' ΈΓΩ. Sophocl. Electr. ẏ. 5.

Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης.]

[ẏ. 685. ΜΗΔΕ ΞΥΝΘΑΛΠΕ ΜΥΘΟΙΣ ΨΕΥΔΕΣΙΝ. Homerus Od. Ξ'. 387. Μηδέ τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο μηδέ τι θέλγε.]

[ẏ. 686. ΝΟΣΗΜΑ ΓΑΡ ΑΙΣΧΙΣΤΟΝ. Euripides, nostrum, ut videtur, imitatus, Phœniss. ẏ. 473.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ
Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος,
Νοσῶν ἐν αὐτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Notissimum est illud Homericum. Iliad. Ι'. 312,

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς αΐδαο πύλῃσιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ βάζει.
Invisus enim mihi ille est, æque ac inferni portæ,
Qui aliud occultat animo, aliud loquitur.

Optime describitur hoc genus hominum a Theophrasto Charactere primo περὶ εἰρωνείας, *De Dissimulatione;* (Sic enim vertendum videtur, non *cavillatio*) quem vide.]

[ẏ. 687. ΣΥΝΘΕΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ. Sensu sequiori, ut Antipho de nece Herodis p. 132 Οὗτοι ἐξ ἐπιβουλῆς συνέθεσαν ταῦτα. Homer Odyss. Σ'. 281.

——θέλγε δὲ θυμὸν
Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα.
——*Mulcebat animum*
Placidis verbis, mens autem ejus alia cogitabat.

Ad quem locum V. Cl. D. Jacobus Duportus in Gnomolog.

Homerica. " Theogn. Ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρεσὶ δ' ἕτερα. *Fistula dulce canit*, &c. Homer Odyss. Ρ'.

Ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον.

Bona loquentes, mala autem in mente profunde cogitabant."

Hæc ille.]

ṽ. 692. ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ ΕΜΑΝ. Eustath. de amore Ismeniæ et Ismenes VII. p. 253. Ὦ ζέσις ψυχῆς ἐκείνης τὰς ἡμετέρας ταύτας παντελῶς καταψύχουσα. Opponitur ibid. p. 238. Ὦ καρδίας παραψυχὴ, καὶ ψυχῆς παραμύθιον.

[Ibid. ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ. *Contristare animum.* Lætantis quippe cor dilatatur, et sic spiritus cum calore moderato et blando in omne sparguntur corpus: quod et ἰαίνεσθαι dicitur, ab ἰάω calefacio, sano, sc. teporari vel intepescere lætitia. Aristot. de animalium incessu. c. 8. Ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τῇ νοήσει καὶ τῇ φαντασίᾳ αὐτῶν θερμότης καὶ ψύξις. Notat hæc V. Cl. Jerem. Hoelzlinus in Apollon. Argonaut. II. 741.]

[ṽ. 694. ΠΡΑΞΙΝ. Hesych. Πρᾶξις, βίος. Interdum, ut hic, pro molesto labore: Vide quæ supra annotata sunt ad ṽ. 49.]

[ṽ. 697. ΤΙ. Cod. Arundel. Τοὶ, quod magis probo ob metri rationem.]

ṽ. 704. ΣΥ Δ' ΙΝΑΧΕΙΟΝ ΣΠΕΡΜΑ. Sophocles, in Ajace Mastigoph. ṽ. 1402. Σπέρμα Λαρτίου· et ṽ. 1302. Ἀτρέα δ' ὅς σ' ἔσπειρε. Eurip. Phœniss. ṽ. 22. Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα. Hunc locum citat Stephanus Byzant. in voce Ἰναχία, ubi perperam legitur Οἵ τε pro Σὺ δ'.

[ṽ. 705. ΘΥΜΩι ΒΑΛ'. Homericum. Virgil: Eclog. III. 54.

Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.]

[ṽ. 706. ΠΡΩΤΟΝ. Hic incipit secunda pars peregrinationis Ius. Notanda est insignis hallucinatio viri longe doctissimi Josephi Scaligeri, in notis Eusebianis p. 258. Ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Σώθεως. Σῶθιν inquit, τὴν Ἰὼ Ἰνάχου *vocabant Ægyptii, item* Σωθιακὴν περίοδον, Ἰοῦς *sive Isidis peregrinationem, quæ etiam refertur a Prometheo apud Æschylum. Videntur Ægyptii annorum suorum certissimam epocham* ἀπὸ τῆς Σωθιάκης περιόδου *petivisse, ut manifeste colligitur a Clemente Alexandrino; neque dubito* τὴν Σωθέως βίβλον τοῦ Μανέθου *ab eodem initio regum suorum Dynastias deduxisse; apud Vettium Valentem Antiochenum* Σὴθ *ex libris Petosiris non* Σῶθις *dicitur.* Hæc ille. Sed vehementer errat vir magnus: Quippe Sothiaca periodus nihil aliud est quam Cyclus canicularis; Σῶθις canis stella: Porphyr. de antro Nymph. Πρὸς γὰρ τῷ Καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν Κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνες φασί. Orus Apollo, c. III. Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν, ἀστὴρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος

Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστρονόων. Atque hinc in veteri inscriptione apud Diod. Sic. I. 27. Isis de se ipsa ait Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. Quin ut redeamus ad rem. Ionem ferebant antiqui totam τὴν οἰκουμένην peragrasse. Ovid. Metam. I. 727.

——*profugam per totum terruit orbem.*

Clem. Alexandr. Strom. I. p. 139. Ἴσιν δὲ τὴν καὶ Ἰὼ φασὶν, διὰ τὸ ἰέναι αὐτὴν διὰ πάσης τῆς γῆς πλανωμένην. Atque ita sane peregrinatio isthæc describitur Æschylo. Ex Argis ubi degebat Inachus progressa est ad Cenchrem ✝. 677, Argiæ, ut Scholiastæ A'. placet. Inde ad Lernam fontem ✝. 683, in Laconica regione. Exinde, in Epirum, nempe, ad Molossiam, ✝. 828, Dodonam ✝. 829, Thesprotiam, ✝. 830; atque hinc ad Rheæ sinum, ✝. 836; qui ex eo tempore dictus est Ionius, ✝. 839. Dein retrovaga, ✝. 837, per Illyridem progeditur (Apollodorus II. 1. Διὰ τῆς Ἰλλυρίδος πορευθεῖσα) Hæmum transcendit (Apollod. ibid. Καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβάλλουσα) et ad extremas Europæas partes, versus Septemtrionem, ubi vinctus erat Prometheus, ✝. 1, pervenit. A quo, itineris quod reliquum erat edocta est, ✝. 705. Mox versus ortum iter deflectens, ✝. 706; accessit ad Scythas Nomadas; ✝. 708; quibus tamen, ex Promethei monitu, evitatis, ✝. 711; ut et Chalybibus, ✝ 714; qui ad sinistrum habitabant, ✝. 713; pervenit ad Araxin Europæ fl. quem tamen non transgressa est, erat enim eo loci difficilis vadatu, ✝. 712; donec ad Caucasum pervenisset, ✝. 718; a quo defertur iste fluvius, ✝. 719; et monte transcenso, versus meridiem contendens, appulit ad Amazonas, ✝. 721. Quæ postea Themiscyram Ponti regionem, ad Thermodontem fluvium, et Salmydessium sinum incoluere, ✝. 723. A quibus deducta, ✝. 727; ad lacum Mæotidem, et Isthmum Cimmericum tandem pervenit, ✝. 728; angustias Mæoticas transiit, quæ inde Bosporus dictæ, ✝. 730; et ex Europa penetravit in Asiam, ✝. 733. Cum trajecisset Bosporum Cimmericum in Scythiam Asiaticam delata est, ad quam omnino pertinere videtur Cisthene vel Scythine illa cujus mentionem facit Æschylus, ✝. 792; licet Phorcydes et Gorgones ibi collocet, ✝. 793; et, ✝. 798. De hac etiam Scythia Apollodorum interpretor, qui ait, II. 1. διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θράκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης, Βόσπορον· (quod tamen falsum, nam de Bosporo Cimmerico, non Thracio, consentiunt auctores, vide quæ ad ✝. 731.) Ἐπελθοῦσα δὲ εἰς τὴν Σκυθίαν, καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν κ. τ. λ. Sunt enim Cimmerii, Ptolemæo et Herodoto, circa Colchidem in Scytharum regione. In Asiatica itidem Scythia degebant Arimaspi, et Gryphes a quibus Ionem ut caveret monuit Prometheus, ✝. 803, 804; habitantes

juxta Plutonis laticem aurifluum. Qui tamen fluvius Geographis nondum innotuit. Ad Asiam Minorem tandem deflexisse discimus ex alia Æschyli fabula, nempe ad Phrygiam, Supplic. ℣. 557; Mysiam, ℣. 558; Lydiam, ℣. 559; Ciliciam, ℣. 560; Pamphyliam, ℣. 561; mox ad Phœniciam, ℣. 564; atque ita ex Syria in Africam. In Africam perveniens, ad Æthiopas contendit, Prometh. ℣. 807; et ad fluvium cognominem, qui Æthiops vel Niger dictus, ℣. 808. Hujus juxta ripas progressa donec ad ultimum cataractum pervenisset, ℣. 810; ubi Niger Nili nomen obtinere incipit, ℣. 811; juxta Nilum contendens ad Delta pervenit, ℣. 812; denique ad Canobum, ℣. 845.]

℣. 707. ΣΤΡΕΨΑΣΑ ΣΑΥΤΗΝ. Namque ad extremas partes Septentrionis pervenisse supponitur.

Ibid. ΑΝΗΡΟΤΟΥΣ ΓΥΑΣ. Herodotus, IV. 19. οὔτε τι σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀρῶντες.

℣. 708. ΟΙ ΠΛΕΚΤΑΣ ΣΤΕΓΑΣ ΝΑΙΟΥΣ'. Herodotus φερεοίκους appellat, IV. 46. Strabo ἁμαξοίκους XI. p. 492. Hor. Od. III. 20.

Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.

[Herodotus tamen locat Scythas νομάδας ad orientem proximos Scythis γεωργοῖς.. Strabo etiam in prima Asiæ parte ad Septentrionem ponit Σκυθῶν νομάδας τίνας καὶ ἁμαξοίκους. Quin Nomades seu Hamaxobios in Sarmatia Europæa, non Asiatica statuit Ptolemæus, quod cum Æschylo nostro potissimum quadrare videtur. Mela tamen II. 1. *Sauromatas, qui, quia pro sedibus plaustra habent, Hamaxobii dicti*, Mæotidem ambire affirmat. Ut in utraque Sarmatia ab eo statuantur. Porro ita describuntur Scythæ Europæi ab Herodoto IV. 46. Τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες, ἔωσι ἱπποτοξόται Sunt autem πλεκταὶ στέγαι *Casæ*. Isidorus Origin XV. 2. *Casa est agreste habitaculum palis, virgultis, arundinibusque contectum.* Auctor Pervigilii Veneris. ℣. 6.

Implicat casas virentes de flagello myrteo.]

℣. 709. ΝΑΙΟΥΣ' *habitant.* Tertull. contra Marcion. I. 1. *Gentes ferocissimæ inhabitant, si tamen habitatur in plaustro.*

[Ibid. ΟΧΟΙΣ. Hesiodus apud Strabonem VII. p. 302.

Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν, ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων

Huc referenda proverbialis illa locutio apud Tertullianum contra Marcionem, I. 1. *Hamaxobio instabilior.* Porro et alterum illud de Scythis proverbium, de quo supra, ℣. 2. Σκυθῶν ἐρημία, huc videtur trahi a nonnullis. Mich. Apostol. XVII. 47. Σκυθῶν ἐρημία. Παρόσον οὐκ εἰσὶ γῆς ἐγκρατεῖς, ἀλλ' ἀεὶ φεύγουσι τὴν οἰκείαν. *Propterea quod dominio terram non possideant, sed semper propriam fugiant.*]

[*v*. 710. ΤΟΞΟΙΣΙΝ ΕΞΗΡΤΗΜΕΝΟΙ. Schol. A'. τοὺς ὤμους δηλονότι. Suppar Hellenismus aut Synechdoche, Horat. Sat. I. 6.

Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto.]

[*v*. 711. ΑΛΙΣΤΟΝΟΙΣ. *Fluctuum verberatione resonantibus*. Vox a Lexicographis prætermissa.]

[*v*. 713. ΣΙΔΗΡΟΤΕΚΤΟΝΕΣ. Apollonius Argonaut. II. 374.

——— μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν,
Ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεια ἔργα μέλονται.

Ubi interpres Græcus. Οἱ δὲ Χάλυβες ἔθνος Σκυθικὸν, μετὰ τὸν Θερμώδοντα, οἱ μέταλλα σιδήρου εὑρόντες μοχθοῦσι περὶ τὴν ἐργασίαν. Apollon. Argonaut. II. 1003.

Νυκτὶ δ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων παρὰ γαῖαν ἵκοντο,
Τοῖσι μὲν οὔτε βοῶν ἄροτος μέλει, οὔτε τις ἄλλη
Φυταλιὴ καρποῖο μελίφρονος, οὐδὲ μὲν οἵγε
Ποίμνας ἑρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν·
Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες,
Ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον, οὐδέ ποτέ σφιν
Ἠὼς ἀντέλλει καμάτων ἄτερ, ἀλλὰ κελαινῇ
Λιγνύϊ καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσι.]

v. 715. ΑΝΗΜΕΡΟΙ. Valer. Flaccus, Argonaut. IV. 610.

Non ita sit metuenda tibi, sævissima quamquam,
Gens Chalybum. ———

[*v*. 716. ΥΒΡΙΣΤΗΝ ΠΟΤΑΜΟΝ. Flumen hoc Araxem appellatum fuisse, utpote cui, ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν nomen inditum, quem ὑβριστὴν οὐ ψευδώνυμον dicit Æschylus, in Paronomasiis valde frequens, consentiunt omnes. Cum vero Araxis nomen a veteribus varie acceptum fuerit, et diversis fluminibus attributum, quo fit ut maximam Geographiæ obscuritatem adtulerit, dum locis valde inter se distantibus describatur, quis sit iste Araxes quem velit Æschylus, difficillimum est asserere. De Araxi, insigni illo Armeniæ fluvio, qui Artaxata præterfluit, nullo modo intelligi potest. Eustathius in Dionysii Periegesin, *v*. 739. de Araxi Massagetico accipit; τοῦ δὲ Μασσαγετικοῦ τούτου Ἀράξου inquit, μέμνηται καὶ Αἰσχύλος, καὶ ἀρέσκεται καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν καλεῖσθαι αὐτόν. Araxem Massagetarum terminum faciunt Dionysius, et qui primus fluvium Araxim descripsit, Herodotus; unde quod per Araxem, Oxum intellexerit Herodotus, licet eum ab Oxo perperam distinguat Dionysius, observat vir doctissimus Is. Vossius in Melam. III. 5. Sed neque de Oxo qui Bactrianam a Sogdiana dirimit, commode accipi potest Æschylus, cum nondum in ἤπειρον Ἀσιάδα penetrasse Ionem constat ex iis quæ

dicuntur, ℣. 734. Investigandum itaque erit flumen aliquod cui nomen Araxes, cujus et fontes in Europa, et mons aliquis Europæus cui nomen Caucasus, ex quo flumen illud oriri credebatur. Sic enim poeta,

Ἥξεις δ' ὑβριστὴν ποταμὸν ὐ ψευδώνυμον,
Ὃν μὴ περάσῃς· ὐ γὰρ εὔβατος περᾷν,
Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν
Ὕψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
Κροτάφων ἀπ' αὐτῶν.

Riphæos montes ὄρεα Καυκάσια dictos fuisse constat ex Dionysio περιηγητῇ. Quippe cum Tanaim fluvium plerique veterum (Ptolemæus, III. 5. Plin. IV. 12. Mela I. 20, &c.) putarunt ex Riphæis montibus oriri, ille, eandem proculdubio sententiam secutus, sic expressit, ℣. 663.

——πηγαὶ μὲν ἐν ὔρεσι Καυκασίοισι.

Videntur sane hujus opinionis assertores, Ceraunios, et reliquos omnes Sarmaticos montes, a Caucaso proprie dicto ad Riphæos usque porrectos, sub communi Caucasiorum montium appellatione comprehendere. Sicut *Taurum Riphæis jugis se annectere* affirmat Plinius, V. 27. et Solinus c. 41. quod de Caucaso quidem, quem Tauri partem habent, verius, *a quo orti montes longo sejuga, et donec Riphæis conjunguntur, exporrigunt,* teste Mela. I. 20. et Plinio VI. 5. Habemus itaque Caucasum Europæum, Riphæos sc. montes; ad Araxem Europæum quod spectat, notandum est, quod cum Aristoteles, Tanaim profluere ex Araxe, et Herodotus Araxem XL ἐκτροπὰς habere, asserant, neutrum verum esse potest, nisi de Rha, sive Volga fluvio, intelligamus. Fontes enim hujus fluminis in Hyperboreis montibus oriri credebat antiquitas; inde ad Tanaim propius accedit, mox in Septentrionem longo cursu regyrans, post multos flexus in Caspium mare descendit. Atque hinc forsan est, quod postquam Io ad evitandum Scythas Nomadas et Chalybas, versus meridiem descendisset, intercepta est cursu regyrante fluvii, adeo ut necesse fuerit ei versus ipsum fluminis fontem iter repetere, ubi ut angustius, ita minus profundum, et vadatu esset facilius. Enimvero Istrum ex Hyperboreis et Riphæis montibus deferri tradit Æschylus noster in Prometheo Soluto, cui astipulatur Apollonius, Argonaut. IV. 285.

——πηγαὶ γὰρ ὑπὸ πνοιῆς Βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρυσιν.

Ubi Scholiastes. Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι, καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρέων· ὕτω δὲ εἶπεν ἀκολυθῶν Αἰσχύλῳ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τῦτο.

Hinc V. Cl. Gaspar Barthius, de Istro hic etiam intelligendum esse Æschylum arbitratur. Verum cum ipse Æschylus flumen illud non Araxem sed Istrum, proprio sc. nomine, in altera tragœdia appellaverit; nec apud ullum alium, quod sciam, Ister Araxis nomen sortiatur, ἐπέχω.]

ϔ. 718. ΟΡΩΝ ΥΨΙΣΤΟΝ. De Caucasi altitudine Aristoteles Meteor. I. 13.

[ϔ. 719. ΚΡΟΤΑΦΩΝ. Virg. Georg. I. 108. pari metaphora,

Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit.]

Eustath. in Iliad. Ι'. Ὅτι δὲ μυριαχοῦ εὕρηνται πηγαὶ, οὐ μόνον ἁπλῶς κατὰ πετρῶν χέουσαι ὕδωρ, ἀλλὰ καὶ κατὰ ὀρέων κορυφῶν, δῆλον· καὶ ἱστορεῖ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ.

ϔ. 720. ΑΣΤΡΟΓΕΙΤΟΝΑΣ ΔΕ ΧΡΗ ΚΟΡΥΦΑΣ. Serv. in Virg. Ecl. VI. 43. de Caucaso verba faciens, *hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus.* Cic. somn. Scip. c. 6. *Ex his ipsis cultis notisque terris num aut tuum aut cujusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis transcendere potuit, vel illum Gangem tranare?* recte *Caucasum hunc* et *illum Gangem*, quia Caucasus, utpote mons altissimus, propior erat cœlo, ubi tum degebat, et unde hæc dicebat Africanus, Ganges autem remotior, ut qui fluvius esset, et per humiliora laberetur. [Eustath. in Odyss. Α'. 18. Καὶ ὁ ποιητὴς δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς, τὸν τῆς Σκύλλης σκόπελον οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνειν φησὶ, καὶ Αἰσχύλος δὲ ἀστρογείτονας τὰς τοῦ Καυκάσου λέγει κορυφάς.]

[ϔ. 722. ΑΜΑΖΟΝΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝ. In Europa prope Tanaim fluvium habitasse olim Amazones testis est Sallustius. Fragm. inc. p. 135. *Dein,* inquit, *Campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quamobrem, digressæ.* Quin Caucasiorum in radicibus montium eas olim degisse perhibent Metrodorus et Hypsicrates, apud Strabonem XI p. 504. Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτὰς φασὶν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια.]

[ϔ. 723. ΘΕΜΙΣΚΥΡΑΝ. Strabo I. p. 52. Περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα καὶ τὸν Ἶριν ὅλη Θεμίσκυρα τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον. Idem XI. p. 505. Τὴν δὲ Θεμισκύραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη, ἅπαντα Ἀμαζόνων καλοῦσι, καί φασιν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε. Virg. Æn. IX. 659.

Quales Threiciæ cum ad flumina Thermodontis
Pulsant et pictis bellantur Amazones armis.

Apollonius Argonaut. II. 370.

—— ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.

'Ενθάδε Δοίαντος πεδίον, σχεδόθεν δὲ πόληες
Τρισσαὶ 'Αμαζονίδων.]

℣. 724. ΚΑΤΟΙΚΙΟΥΣΙΝ. Garbitius, *incoluerunt:* male.

℣. 725. ΣΑΛΜΥΔΗΣΣΙΑ ΓΝΑΘΟΣ. Monet Casaubonus quod in dextro Ponti latere Salmydessum constituit, cum Strabo hoc nomine sinistrum Ponti latus a Cyaneis ad Andriacum designari tradat. VII. p. 319. Plinius ejusdem nominis urbem in illo tractu memorat. Sunt qui fluvium esse volunt, ut Sophoclis et Lycophronis Interpretes. Γνάθον dicit Æschylus eodem sensu quo Apollonius de Scylla IV. 830.

Μήπως σμερδαλέοισιν ἐπαΐξασα γένυσσιν.

[Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico, " *Salmydessia maxilla*, Σαλμυδησσία γνάθος, circa Thermodontis fluminis ostia: Scopulus navigantibus infestus, est apud Æschylum in Prometheo, et Sophoclis Scholiastem in Antigonen. *Salmydessum sinum* habet ibidem Stephanus." Jul. Pollux Onomast. IX. 5. Περὶ τῶν κατὰ θάλατταν μερῶν, *De partibus maritimis.* Φιλοτιμουμένῳ δὲ ἔξεστιν εἰπεῖν, Σαλμυδυσσὸς, Καφηρεὺς, καὶ ὅσα ἐν θαλάττῃ δύσμικτα καὶ ἄξενα χωρία. *Affectatori autem dicendum est, Salmidysus, Caphareus, et quæcumque alia in mari sunt inaccessibilia et horrenda loca.*]

℣. 726. ΕΧΘΡΟΞΕΝΟΣ ΝΑΥΤΗΣΙ. Pontum Euxinum Strabo VII. p. 298. refert καλεῖσθαι ἄξενον, διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτούντων, καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δὲ Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν 'Ιώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων. Lycophroni ℣. 1286. κακόξεινος κλυδὼν dicitur.

℣. 728. ΙΣΘΜΟΝ Δ' ΕΠ' ΑΥΤΑΙΣ. Tauricam Chersonesum intelligit: [intra Carcinitem fl. et Bycen paludem, interclusam. Ptolem. III. 5. Μεθ' ἃς τοῦ διορίζοντος 'Ισθμοῦ τὴν Ταυρικὴν χερσόννησον, τὸ μὲν πρὸς τῷ Καρκινίτῃ κόλπῳ πέρας ἐπέχει ξ, γ, μη, γ· τὸ δὲ πρὸς τῇ βύκῃ λίμνῃ πέρας, ξ, λ, μη, λ. Minus recte Scholiastes A'. ipsum fretum intelligit, nempe Cimmericum Bosporum, quem mox αὐλῶνα Μαιωτικὸν dicit Æschylus.]

℣. 730. ΑΥΛΩΝ'. Hesych. Αὐλῶνες, οἱ ἐπ' εὐθείας τόποι, Αἰσχύλος. [Idem. Αὐλὼν, στενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος. Strabo XI. p. 494. Αὕτη δ' ἐστὶν τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπὸς, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος. Est vero angustissimus trajectus oris Mæoticæ paludis, eodem auctore, XX circiter stadiorum.]

[Ibid. ΛΙΠΟΥΣΑΝ. Non vitando, sed transeundo, ulterius progrediens.]

℣. 732. ΒΟΣΠΟΡΟΣ. Cimmericus: aliter vero Apollonii Scholiastes ad Argonaut. II. 167. Βόσπορος, inquit, ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν 'Ιὼ βοῦν οὖσαν διαπορεύεσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα σταδίων ἐστὶ τοῦτον τὸν τόπον. *

ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσαν. Æschylum sane in mente non habuit. Bosporus secundum Hesychium primo Scythicum designat, dein Thracium: quasi posterior ad exemplum prioris id nomen sortitus fuerit: constat enim maris et fluminum partes minus profundas et vado transeundas βοσπόρους vocari. [Stephanus περὶ πόλεων. Βόσπορος· πόλις Πόντου, κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων. Καὶ πορθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλούμενος. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ,

Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται.

Aliter vero Apollodorus, qui de Bosporo Thracio hoc idem refert. II. 1. Διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης, Βόσπορον. Ut et Scholiastes Apollonii, supra jam citatus.]

[v. 734. ΗΠΕΙΡΟΝ ΗΞΕΙΣ ΑΣΙΑΔ'. Hactenus igitur in Europa erraverat. Æschylus Europam ad Phasin usque pertingere censuit. Vide quæ ad v. 789.]

[v. 738. ΓΑΜΩΝ. Σεμνῶς. Quo sensu Petronius et Apuleius sæpius, *nuptias facere.* Quin omnino vide Chorum v. 892. et v. 898.]

v. 745. ΠΕΛΑΓΟΣ ΑΤΗΡΑΣ ΔΥΗΣ. Eurip. Hippol. v. 822. κακῶν πέλαγος· et Oreste, v. 341.

Ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων κατέκλυσε,
Δεινῶν δὲ πόνων ὡς πόντου
Λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι.

Ita distinguendum: ubi diu frustra se torsit interpres Græcus. Est vero Hebraismus: Hieremias in Threnis, II. 13. *Magna est sicut mare tribulatio tua.*

[Ibid. ΑΤΗΡΑΣ. Hesych. Ἀτηρόν· βλαβερόν.]

[v. 746. ΤΙ ΔΗΤ' ΕΜΟΙ ΖΗΝ ΚΕΡΔΟΣ. Homer. Od. Μ'. 350,

Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι,
Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.

Ex quo adumbrari videtur hic locus Æschyli; ut ex Æschylo ille Sophoclis, apud Stobæum Tit. CXXII.

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

Eurip. Troad. v. 632. Τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.

Idem in Alcestide, v. 963.

——τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι
Κακῶς κλύοντι καὶ κακῶς πεπραγότι;

Et in Medea, v. 145. ——τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;

Theogn. v. 343. Τεθναίην δ' εἰ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν Εὑροίμην.

Menander apud Strabon. X. p. 486.

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐϛι, Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, ὐ ζῆ κακῶς.

Apud Ceos quippa lex invaluit ut senes sexagenarii cicutam bibent, utpote ὐκέτι δυνάμενοι καλῶς ζῆν.]

ṽ. 749. ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΓΑΡ ΕΙΣΑΠΑΞ. Antigone apud Sophoclem, ṽ. 470. Ὅϛις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
Ζῆ, πῶς ὅδ' ὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;

Claudianus, de Bell. Gildon. ṽ. 451.

Nonne mori satius quam vitæ ferre pudorem?

[V. Cl. D. Jacobus Duportus, ad Homericum illud Iliad Ο'. 512.

Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι,
Ἢ δηθὰ ϛρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι,

post citatum hunc Æschyli locum, subdit et aliorum testimonia nempe Philem. apud Stob.

Θανεῖν ἄριϛόν ἐϛιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Soph. Ajace,

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή.

Lys. Orat. II. Ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρείττων ἀλύπως ἐϛὶ, διπλασίῳ λυπυμένῳ.]

ṽ. 752. ΟΤΩι ΘΑΝΕΙΝ. Etenim Jupiter immortalite eum donaverat, Chironis vice, cui exoptatior mortalitas. Apollodorus. II. 5. [Ausonius, huc forsan respiciens, Idyll. XV. 21.

——*Sic Caucasea sub rupe Prometheus,*
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
Incusare Jovem, data quod sit vita perennis.

Virg. Æn. XII. 879.

Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio?]

ṽ. 759. ΩΣ ΤΟΙΝΥΝ ΟΝΤΩΝ. Hoc, ut et Scholiastes interpretatur, velle videtur Prometheus, quæ de Jove dixerat, tam certa esse quam si jam præsentia essent; et ad fidem faciendam sufficere quod ipse, vates, ita fore prædixisset.

[ṽ. 760. ΣΚΗΠΤΡΑ ΣΥΛΗΘΗΣΕΤΑΙ. Quod τὸ σκῆπτρα non recti sed quarti sit casus, constat ex sequentibus,

Αὐτὸς πρὸς αὐτῦ κενοφρόνων βυλευμάτων.]

[ṽ. 767. ΦΕΡΤΕΡΟΝ ΠΑΤΡΟΣ. Themis apud Pindarum Isthm. VIII. 67. ——Πεπρωμένον ἦν φέρ-
-τερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν.

Eadem apud Apollonium Argonaut. IV. 801.

Ὡς δή τοι πέπρωτο ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο
Παῖδα τεκεῖν.

Ipsa Thetis apud Nonnum, Dionys. XXXIII. 356.

Ζεύς με πατὴρ ἐδίωκε καὶ ἤθελεν ἐς γάμον ἕλκειν,
Εἰ μή μιν ποθέοντα γέρων ἀνέκοπτε Προμηθεὺς,
Θεσπίζων Κρονίωνος ἀρείονα παῖδα φυτεῦσαι.

Quod argumentum erat tertiæ tragœdiæ Æschyleæ, nempe Προμηθέως λυομένου.]

℣. 771. ΤΩΝ ΣΩΝ ΤΙΝ' ΑΥΤΟΝ. De Promethei solutione duplex veterum sententia. Sunt qui a Jove solutum tradunt, postquam ei Prometheus ob explicatam Themidos de Thetide prophetiam in gratiam redierit: Alii Herculem eum a vinculis exemisse invito Jove tradunt. Priori sententiæ aliquoties favere videtur Æschylus, ut ℣. 523. —— τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ,

Δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

Hic vero posteriorem sententiam se omnino amplexum ostendit; neque dubium est quin et nomen Herculis, quod apud nonnullos MSS. personis hujus Fabulæ adnumeratur, ad Prometheum λυόμενον pertinuerit.

℣. 773. ΤΡΙΤΟΣ ΓΕ ΓΕΝΝΑΝ. Garbitius, *Tertius genere et insuper alia prognatione:* prorsus male: accipit δέκ' ac si esset δὲ καὶ, cum nihil aliud sit quam δέκα· facit quidem liberatorem Promethei ab Io quartum, qui fuit decimus tertius. Schol. Α'. ad ℣. 563. Μαντεύεται Προμηθεὺς αὐτῇ (Ἰοῖ) τὰ μέλλοντα γενέσθαι, ὥσπερ ἀπ' αὐτῆς ἔσαι τρισκαιδέκατος κατὰ γενεὰν ὃς αὐτῷ ὕστερον τῷ χρόνῳ ποτὲ ἐπαμυνεῖ. Schol. Β'. in hunc locum, τρισκαιδέκατος.

[℣. 786. ΓΕΓΩΝΕΙΝ. Γεγωνεῖν est μέγα καὶ ἐξάκουστον βοᾶν, interprete Hesychio; unde, apud Philonem λόγος γεγωνὼς opponitur λόγῳ ἐνδιαθέτῳ.]

℣. 788. ΜΝΗΜΟΣΙΝ ΔΕΛΤΟΙΣ ΦΡΕΝΩΝ. Et Supplic. ℣. 187.

—— Φυλάξαι τἀμ' ἔπη δελτουμένας. lege δελτούμενα.

Tabellæ ad scribendum aptæ antiquitus triangulares, et libri eodem modo compacti, ad imaginem literæ Δ. inde δέλτοι dicebantur. Eustath. Iliad. Γ'. p. 421. Ἀπὸ τῶν δελτωτῶν βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῶν κατὰ δέλτα πτυσσομένων γραφῶν. Potuit alludere Prometheus ad notitias itinerarias tabulasque Geographicas. Æschylum ejus rei peritissimum loquitur hæc Fabula, et quæ periit, Προμηθεὺς λυόμενος, sic Homero similem, quem Strabo primum auctorem facit. Hujusmodi notitiarum libros Græcis in usu fuisse docet Aristot. Rhetor. I. 4. Πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι· ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἔστι τοὺς τῶν ἐθνῶν νόμους. Πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς συμβουλίας αἱ τῶν περὶ τὰς πράξεις

γραφόντων ἱστορίαι. [V. Cl. Petrus Victorius, Var. Lect. IX. 13. « Quod Cicero in mente insculpere dixit pluribus locis, Græci boni poetæ γράφειν ἐν φρέσιν dixerunt, id est, *condere in animo quippiam*, atque illic firmiter collocare, ut ea quæ literis consignamus. Æschylus in Prometheo vincto,

Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

Pindarus quoque, cum significare vellet ita se quempiam *in animo insculptum habere*, ut inde non posset deleri; nec ullum futurum tempus, quo penitus memoria ejus extingueretur, quamvis tunc oblitus foret; ita locutus est initio X. Odæ Olympiorum, mandans musis, quæ id sciebant, ut legerent. Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι Ἀρχεστράτου παῖδα πόθι φρενὸς Ἐμᾶς γέγραπται. Expressisse autem hunc quoque Terentium in Andria, his verbis apparet; *Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis*. Contra Catullus, *in vento et aqua scribere* dixit, de rebus quæ subito dissipantur; nec stabilitatis aliquid, aut constantiæ habent. Quod Græci homines pervulgata voce, quæque vim proverbii obtinuerit, intelligentes, aiebant εἰς τέφραν γράφειν. Cinis enim ipse quoque levi vento impellitur; nec quod impressum in eo fuerit diu retinet." Hæc ille.]

[Ibid. ΔΕΛΤΟΙΣ. Hesych. Δέλτος· πινακίδιον, ἢ πλάκες. Idem διφθέρα· δέρμα, βύρσα, δέλτος, γραμματεῖον. " Vides vocare δέλτον et γραμματεῖον, id est, codicem, quam βίβλον vocavit Herodotus quia διφθέρα eundem usum Ionibus præstaret, quam aliis δέλτος et βίβλος, dum ex pellibus et codices conficerent, et volumina." Salmas. de modo usurarum, p. 413. Suidas, Δέλτος. Πινακίδιον, πιττάκιον, σχεδάριον. Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, Κλεάνθην τὸν αὐτοῦ διάδοχον ἀφωμοίου ταῖς σκληροκήροις δέλτοις· αἳ μόλις μὲν γράφονται, διατηροῦσι δὲ τὰ γραφέντα. Interpres: *Tabellæ: Libellus, pugillares, chartulæ. Zeno Cittiæus, Cleanthem suum successorem comparabat duram-ceram-habentibus tabellis, quæ difficulter quidem scripturam admittunt, sed scripta diu conservant.*]

[v. 789. ΟΡΟΝ. *Terminum, finem*. Plin. N. H. II. Procem. *Termini amnes Tanais et Nilus*. Idem IV. 12. *Novissimum inter Asiam Europamque finem*. Ovid. Epist. ex Ponto. IV. 10.

Quique duas terras, Asiam Cadmique sororem
Separat, et cursus inter utramque facit.

Alicubi vero, nempe in Prometheo soluto, Æschylus Phasin fluvium ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας dixit, referente Æliano in Periplo Ponti Euxini. Porro licet Scholiastes A'. Τὸν Τάναϊν ποταμὸν per hæc verba Æschyli designari velit, ego tamen ipsum Bosporum Cimmericum omnino significari puto; id enim fluentum erat quod pertransiit Io, cum ex Europa in Asiam pervenerit, v. 732.]

[℣. 791. ΕΣ Τ' ΑΝ ΕΞΙΚΗι. Mox. ℣. 809. Ἕως ἂν ἐξίκῃ.]

[℣. 792. ΠΡΟΣ ΓΟΡΓΟΝΕΙΑ ΠΕΔΙΑ ΚΙΣΘΙΝΗΣ. Mathias Garbitius Cisthenem civitatem esse ait Libyæ, cui assentitur magnus Geographus Abrahamus Ortelius, *nam Gorgones,* inquit, *in Libya ad Atlanticum mare habitare constat.* Errat vero uterque, quippe de Asia præsens est sermo, nempe a ℣. 734.] Quod ad Scythiam pertineat hæc Cisthine ex sequentibus liquet: Ubi, inquit, transieris Tanaim ad ortum, iter deflectas ut evites Phorcydas, Gorgonas, Grypas, et Arimaspos: dein in longinquam terram Æthiopiam recta via progrediare. Nugantur itaque omnino qui de Lybica aut Æthiopica urbe interpretatam velint: imo potius sequendi MSS. qui legunt Σκυθίνης. [Atque hanc lectionem olim secutum fuisse Natalem Comitem observo, Mytholog. VII. 12. de Gorgonibus. *Hæ,* inquit, *habitarunt in Scythia,* &c. *quod videtur significare ita Æschylus in Prometheo,*

Πόντυ περῶσα πλοῖσβον, ἔς τ' ἂν ἱκάνῃ
Πρὸς Γοργόνεια πεδία Σκυθίνης, κ. λ.
Pontum sonorum transiens, ut veneris
Ad Gorgonæos terminos Scytharum, ubi
Sunt Phorcydes.]

Apud Scholiastem A'. in hunc versum pro Ἀσθενῶ videtur legi debere ἡ Σθενώ. Consule Apollodorum II. 4. Palæphatum, c. 32. et Joan. Diaconum. Hesych. Σθενώ, Zenob. Στενώ.

℣. 793. ΔΗΝΑΙΑΙ ΚΟΡΑΙ. *Puellæ vetulæ.* [Apollodoro Φορκυάδες quia pater Φόρκυς vel Φόρκυν, qui Zenobio Φόρκος. Hesych. Φορκίς. μονοφθάλμος. Etymolog. Φόρκυς, δαίμων θαλάσσιος· παρὰ τὸ φέρεσθαι ὠκέως. Zenob. I. 41. Ἦσαν δὲ αὐταὶ γραῖαι ἐκ γενέτης. *Fuerunt autem hæ vetulæ a nativitate.*] Hesiod. Theog. ℣. 270.

Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπάρηος
Ἐκ γενετῆς πολιάς· τὰς δὲ Γραίας καλέουσιν
Ἀθάνατοί τε θεοὶ, χαμαὶ ἐρχόμενοί τ' ἄνθρωποι,
Πεφρηδώ τ' εὔπεπλον Ἐνυώ τε κροκόπεπλον.

Hinc forsan κυκνόμορφοι dictæ, quia canæ.

[℣. 794. ΚΟΙΝΟΝ ΟΜΜ' ΕΚΤΗΜΕΝΑΙ. Ovid Metam. VI. 4.

Phorcydes unius sortitas luminis usum.

Fabula notissima, de qua Palæphatus c. 32.]

℣. 795. ΑΣ ΟΥΘ' ΗΛΙΟΣ ΠΡΟΣΔΕΡΚΕΤΑΙ. Quippe subterraneæ habitabant.

[Ibid. ΜΟΝΟΔΟΝΤΕΣ. Zenob. I. 41. Ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς, καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον, καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἀλλήλαις ἤμειβον.]

[v. 797. ΚΑΤΑΠΤΕΡΟΙ. Zenob. I. 41. Καὶ πτέρυγας δι' ὧν ἐφέροντο. Nempe aureas; Apollodor. II. 4. Πτέρυγας χρυσᾶς δι' ὧν ἐπέτοντο.]

v. 798. ΔΡΑΚΟΝΤΟΜΑΛΛΟΙ. Apollod. II. 4. Εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων. Et Zenob. I. 41.

[v. 799. ΕΞΕΙ ΠΝΟΑΣ. Lapis enim factus est. Apollodorus, II. 4. Τοὺς δὲ ἰδόντας λίθους ἐποίει. Et Zenobius iisdem verbis, I. 41.]

[v. 800. ΦΡΟΥΡΙΟΝ. Hesych. Φρούριον· περιφύλαγμα, περιφυλακτήριον. Hic vero φρούριον quod vites sc. Scholiastes A'. καταγωγὴν, ἣν ὀφείλεις φυλάξασθαι.]

v. 802. ΖΗΝΟΣ ΑΚΡΑΓΕΙΣ ΚΥΝΑΣ ΓΡΥΠΑΣ ΦΥΛΑΞΑΙ. Solin. c. 15. *In Asiatica Scythia terræ sunt locupletes, inhabitabiles tamen: nam cum auro et gemmis affluant, Grypes tenent universa, alites ferocissimæ et ultra omnem rabiem sævientes, quarum immanitate obsistente ad venas divites accessus difficilis ac rarus est; quippe visos discerpunt, veluti geniti ad plectendum avaritiæ temeritatem.*

v. 803. ΤΟΝ ΤΕ ΜΟΥΝΩΠΑ ΣΤΡΑΤΟΝ. Arimasporum historiæ tres libros carmine composuit Aristeas Proconnesius, quem, ni supposititium opus fuerit, prout sentit Dionysius Halicarnassensis, et suspicari videtur Longinus περὶ Ὕψους c. 8. secutus est in hisce describendis Æschylus: extat enim haud absimile fragmentum ex Arimaspeis apud Joannem Tzetzem Chil. VII. 144.

Ἰσσηδοὶ χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι ταναῇσι,
Καί σφας ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὁμούρους
Πρὸς Βορέω, πολλούς τε καὶ ἐσθλοὺς, κάρτα μαχητὰς,
Ἀφνειοὺς ἵπποισι, πολύρρηνας, πολυβούτας·
Ὀφθαλμὸν δ' ἓν ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ,
Χαίτῃσι λάσιοι, πάντων στιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Plinius etiam *uno oculo in fronte media insignes* tradit. A. Gellius IX. 4. *Item esse homines sub eadem regione cœli unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi; qua fuisse facie Cyclopas poetæ ferunt.* Et Strabo Cyclopum fabulam hoc arrepto argumento e Scythia in Græciam delatam putat I p. 21. Eustathius prodit in Dionys. Περιηγ. v. 31. quod inter sagittandum alterum oculum solebant claudere, tandem vero consuetudo in naturam devergit: ex hoc vitio nomen; Ἄριμα lingua Scythica *unum* significat, σπου *oculum*, teste Herodoto IV. 27. Eustathius aliter, nempe ἀρι *unum* et μασπὸς *oculum*: cui accedit Scholiastes noster B'. Quicquid vero de Arimaspis dicitur in dubium revocat Herodotus III. 116 quippe cum id Issedones Scythis, Scythæ Græcis communicarint, IV. 27. Imo de iis nihil tradi præter fabulas Strabo

probat XI. p. 507. [Jul. Pollux. Onomastic. II. 4. Postquam vocem ἑτερόφθαλμος adduxisset, subdit eos qui natura sunt unoculi, ut Cyclopes et Arimaspi, μονοφθάλμους Herodoto nominari. Τὸ δὲ μονόφθαλμος, inquit, παρὰ Ἡροδότῳ, ἐπὶ τῶν ἐκ φύσεως ἕνα ἐχόντων ὀφθαλμὸν, οἷοι Κυκλώπων καὶ Ἀριμασπῶν. *Unoculus apud Herodotum, de his qui natura unum tantum oculum habent, ut Cyclopes et Arimaspi.* Atque ita quidem distinguunt Ammonius, Thomas Magister, et Moscopulus, nempe ἑτερόφθαλμον eum dici proprie cui alter oculus effossus sit, μονόφθαλμον eum qui unum tantum oculum natura habet.]

ỷ. 804. ΟΙ ΧΡΥΣΟΡΡΥΤΟΝ. Auro abundare plagas illas septentrionales præter Solinum c. 15. asserit Herodotus, III. 116. Πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ τοι πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών. Caute tamen subdit, ὅκως μὲν γινόμενος οὐκ ἔχω οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι. Hinc Lucanus, III. 289.

——auroque ligatas
Substringens Arimaspe comas.——

Hujus causa gryphes cum Arimaspis assidue pugnare, ex Aristea refert Pausanias in Attic. c. 24. Gryphes *e cuniculis eruunt* Plin. VII. 2. et *servant*, unde χρυσοφύλακες dicti, Herodot. IV. 13. rapiunt Arimaspi.

[Ibid. ΙΠΠΟΒΑΜΟΝ. Aristophanes ῥήμαθ' ἱπποβάμονα, de Æschylo, Ran. ỷ. 839. Vide vero quæ ad Supplic. ỷ. 292.]

[ỷ. 805. ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΝΑΜΑ. Abrahamus Ortelius, in Thesauro Geogr. "*Plutonis* fluvium auriferum habet in Lybia Æschyli Prometheus."]

[ỷ. 806. ΤΟΥΤΟΙΣ ΣΥ ΜΗ ΠΕΛΑΖΕ. Vult ut veniat in Æthiopiam per dispendia, ne incidat in pericula ferarum gentium; quod a Virgilio imitatum monet V. Cl. la Cerda. Æneid. III. 429.

Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos et circumflectere cursus,
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam; &c.]

[Ibid. ΤΗΛΟΥΡΟΝ ΔΕ ΓΗΝ. In Supplicibus peregrinationem Ius describit Æschylus, quæ hic prætermissa.]

[ỷ. 807. ΟΙ ΠΡΟΣ ΗΛΙΟΥ ΝΑΙΟΥΣΙ ΠΗΓΑΙΣ. In quibus Sol seipsum et equos suos abluit. Noster in Prometheo Soluto.

Λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων,
Ἵν' ὁ παντόπτης ,
Ἥλιος αἰεὶ χρῶτ' ἀθάνατον
Κάματόν θ' ἵππων θερμαῖς ὕδατος
Μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

Ibi et Euripides κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ καὶ τῷ Ἡλίῳ,

teste Strabone, I. p. 33. quem vide.] Veteres, Æthiopas ad extremitates terræ collocatos censebant, non solum versus meridiem, sed et versus orientem et occidentem: etenim monet Strabo I. p. 33. Τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι· cujus rei testem adducit Æschylum in Prometheo λυομένῳ. Veteres sequitur Ptolemæus; εἰσὶ δὲ ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν Ζωδιακὸν οἰκοῦντες ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χρόας Αἰθίοπες. Inde πρὸς ἡλίου πηγαῖς positi. Virgil. Æn. IV. 480.

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus est. ——

Macrobius I. 33. Homericum illud proferens,

Ζεὺς ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸν ἔβη μετὰ δαῖτα,

Jovis, inquit, *appellatione Solem intelligi Cornificius scribit, cui unda Oceani velut dapes ministrat.*

℣. 808. ΕΝΘΑ ΠΟΤΑΜΟΣ ΑΙΘΙΟΨ. A colore hoc nomen adeptus. Solin. c. 24. *Ultra adhuc amnis qui atro colore exit per intimas et exustas solitudines, quæ torrente perpetuo et sole nimio plusquam ignito nunquam ab æstu vindicantur.* Inde etiam Niger vel Nigris dictus, ut et Æthiopes Nigritæ.

℣. 809. ΤΟΥΤΟΥ ΠΑΡ' ΟΧΘΑΣ ΕΡΦ'. Niger cum ad ultimum cataractarum pervenerit Nilus dicitur. Solin. c. 32. *demumque a Cataracte ultimo tutus est, ita enim quædam claustra ejus Ægyptii nuncupant; relicto tamen hoc post se nomine quo Nigris vocatur.* Mire hallucinatur interpres Græcus qui de Catabasmo nescio quo monte somniat.

℣. 810. ΒΥΒΛΙΝΩΝ ΟΡΩΝ ΑΠΟ. Byblinos montes ita dictos a papyro et calamis monet Scholiastes; nec absimile: namque et Niger perinde ac Nilus *papyro viret et calamo prætexitur*, Solin. c. 30. [Schol. A'. ἡ δὲ βίβλος πόλις ἐστὶν Αἰγύπτου. Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico. " Byblii, Βίβλιοι Scythica gens Stephano: Est et urbs munitissima in Nilo, eidem." Hesych. in βίβλιοι· καὶ πόλις Φοινίκης βίβλος.]

℣. 811. ΕΥΠΟΤΟΝ ΡΕΟΣ. Achill. Tat. Clit: et Leuc: IV. p. 269. de aqua Nili, γλυκὺ δὲ πινόμενον ἦν, καὶ ψυχρὸν ἐν μέτρῳ τῆς ἡδονῆς. Et paulo post, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἄκρατον ὁ Αἰγύπτιος πίνων οὐ φοβεῖται, Διονύσου μὴ δεόμενος. Huc pertinet Pescennii dictum ad milites, *Nilum habetis, et vinum quæritis?* Plura de dulcedine aquæ Niloticæ Spartianus in Pescennio Nigro.

℣. 812. ΤΡΙΓΩΝΟΝ ΕΣ ΧΘΟΝΑ. Δέλτα innuit, quod Ægyptiis teste Stephano Πτίμυρις, Græcis Δέλτα, ob figuram qua Siciliam imitatur. Diodor. I. 34. Extenditur, referente Herodoto II, 15.

secundum mare, ἀπὸ Πέρσεως σκοπιῆς μέχρι ταριχείων τῶν Πηλουσιακῶν, (legerim βαράθρων, sic enim loca circa Pelusium vocari solita ex Strabone constat, XVII. p. 802.) a mari, μέχρι Κερκασώρου πόλιος, καθ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, ἔς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωβον.

[ϗ. 826. ΟΧΛΟΝ ΛΟΓΩΝ. C. Barthius Adversar. XXXIII. 12. " *Populum* quamvis multitudinem significare facit Apuleius: estque Græca imitatione; Æschylus,

Ὄχλον μὲν ἂν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων.

Sic *populum stellarum* dixit Seneca in Naturalibus." Hæc Barthius.]

[ϗ. 828. ΔΑΠΕΔΑ. Nota priorem longam, q. d. γῆς πέδα; ut ϗ. 1. χθονὸς πέδον.]

ϗ. 829. ΙΝΑ ΜΑΝΤΕΙΑ ΘΩΚΟΣ Τ'. Strabo VII. p. 328. Ἡ Δωδώνη τοίνυν τὸ παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἦν, καὶ τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν· καὶ οἱ Τραγικοί τε, (an hunc innuit locum?) καὶ Πίνδαρος, (Æschylo coævus,) Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην.

[ϗ. 836. ΚΟΛΠΟΝ ΡΕΑΣ. Apollonii, quem citat Schol. Α'. locus extat Argonaut IV. 327. Ubi interpres, τὸν Ἀδρίαν φησὶν, ἐνταῦθα γὰρ τὸν Κρόνον κατῳκηκέναι. Omnino rejicienda est viri doctissimi Samuelis Bocharti, tum Hesychii, tum Scholiastæ Euripidis importuna correctio, qui τὴν Ἀδρίαν dici malit. Proverb. Vatic. append. Ῥέας πόντος. Ἰόνιος κόλπος περὶ Ἀδρίαν, ἔνθα τιμᾶται ὁ Βόσπορος. *Rheæ pontus: Ionius sinus est juxta Hadriam; hic colitur Bosporus.*]

ϗ. 839. ΙΩΝΙΟΣ ΚΛΗΘΗΣΕΤΑΙ, ΤΗΣ ΣΗΣ ΠΟΡΕΙΑΣ ΜΝΗΜΑ. Ionium mare latius a Poetis extenditur quam Geographis, qui partem Adriatici faciunt. Servius ad Æneid. III. 211. *Sciendum Ionium sinum esse immensum ab Ionio usque ad Siciliam; et hujus partes esse Adriaticum, Achaicum, Epiroticum:* et ulterius adhuc Plin. N. H. IV. 11. *Græci et Ionium dividunt in Siculum et Creticum, ab insulis: et Icarium, quod est inter Samum et Myconem:* et Thucydides, dum gentes omnes enumerat quæ Atheniensibus contra Syracusanos se adjunxerant, non tantum Corcyræos, Cephallenses, Zacynthios, Acarnanasque, sed et Cretenses et Rhodios cum nominasset, concludit, καὶ οἵδε μὲν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ὁριζόμενοι. Denique notarunt veteres pro toto maris tractu quo navigavit Io, usurpatum Ionium; prout apud Æschylum nostrum. Hinc et Nonnus Dionys. III. 266.

Γυιοβόρῳ δὲ μύωπι χαρασσομένη δέμας Ἰὼ
Ἰονίης ἁλὸς οἶδμα κατέγραφε φοιτάδι χηλῇ.

Hoc ergo Ionium, Maroni *magnum*, Nasoni *capax*, Statio *ingens*, per quod Io in Ægyptum, Chorus Phœnissarum apud Euripidem

in Græciam navigavit. Ita enim veteres aliquos isthunc locum interpretatos, Phœniss: v. 210.

Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν
Ἰόνιον κατὰ πόντον, κ. τ. λ.

qui adhuc extant testantur. Οἱ δέ φασιν Αἰσχύλῳ αὐτὸν ἐπιεσθαι οἰομένῳ πάντα τόπον Ἰόνιον λέγεσθαι ὃν ἀλωμένη ἐπῆλθεν ἡ Ἰώ.

[v. 840. ΜΝΗΜΑ ΤΟΙΣ ΠΑΣΙ ΒΡΟΤΟΙΣ. Plutarchus de Herodoti malignitate p. 856. Καὶ καταλιπεῖν ὄνομα πολλαῖς μὲν θαλάττaις, πορθμῶν δὲ τοῖς μεγίστοις ἀφ' αὐτῆς διὰ τὴν δόξαν. Eustathius in Dionysii Periegesin v. 94. Λέγεται δὲ Ἴονες, ὡς καὶ τῷ Λυκόφρονι δοκεῖ καὶ τῷ Αἰσχύλῳ, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς· διενήξατο γὰρ ἐκείνη βοῦς γενομένη κἀνταῦθα.]

v. 845. ΚΑΝΩΒΟΣ ΕΣΧΑΤΗ ΧΘΟΝΟΣ. Eustath. in Odyss. Α'. p. 1386. l. 12. Τὴν Κάνωβον ἐσχάτην χθονὸς λέγει, ὡς κειμένην βορειοτάτην ἐν τοῖς πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρεσιν Αἰγύπτου. et in Odyss. Δ'. p. 1509. l. 34. Ὁ δ' αὐτὸς (Apion) λέγει καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὰ πρὸς ὠκεανὸν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τῇ κατὰ Νεῖλον θαλάσσῃ· καθὰ καὶ Αἰσχύλος εἰπὼν, Ἐστι πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός· πᾶσα γὰρ ἀγχίαλος, ἐσχάτη χθονός. [V. Cl. Germanus Valens Guellius, ad Virgilianum illud Georg. IV. 287.

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

"Canopum oppidum in Egypto, hoc cognomentum a Canopo gubernatore traxisse, auctor est Tacitus Annal. II. 60. his verbis: *Sed Germanicus nondum comperto profectionem eam incusari, Nilo subvehebatur, orsus oppido a Canopo.* Condidere id Spartani, ob sepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempestate Menelaus Græciam repetens, diversum ad mare terramque Libyam delatus." Hæc ille.]

[v. 846. ΠΡΟΣΧΩΜΑΤΙ. Strabo I. p. 30. de Nilo: καὶ τὸν περὶ τῶν στομάτων πόρον, ἅτε ἤδη προσχώσας τῇ ἠπείρῳ προσέθηκεν.]

[v. 847. ΤΙΘΗΣΙΝ ΕΜΦΡΟΝΑ. Sic Eumenid. v. 14.

Ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην, i. e. ποιοῦντες.

Servius ad Æneid. X. 629. *Ponere, facere:* sicut Lucilius Homerum secutus, ἄλγε' ἔθηκεν. Hesych. Ἔθηκεν· ἐποίησεν. Idem Θεῖναι· ποιῆσαι. Euripides Oreste, v. 1166,

Στένωσι δ' οἵπερ κἀμ' ἔθηκαν ἄθλιον.]

[v. 848. ΕΠΑΦΩΝ. Moschus, Idyll. II. 50. ἐπαφώμενος ἤρεμα χειρί. Nonnus, χερσὶν ἐρωμανέεσσι. Vide quæ ad Supplic. v. 46.]

[v. 849. ΓΕΝΝΗΜΑΤΩΝ. Video legisse virum eruditum θιγημάτων. Vide Supplic. sed improbanda videtur conjectura.]

[v. 850. ΤΕΞΕΙΣ ΚΕΛΑΙΝΟΝ ΕΠΑΦΟΝ. Ita complures. Apollodorus, II. 1. Τελευταῖον ἧκεν εἰς Αἴγυπτον· ὅπου τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα

℣. 6. ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΩΝ ΔΕΣΜΩΝ ΕΝ ΑΡΡΗΚΤΟΙΣ ΠΕΔΑΙΣ. Ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Med. Salvin. legit πέδησ' ἐν. Ἀδαμαντίναις πέδαισιν Ask. A. Πέδησιν Ask. D. Cant. 1. sed suprascripto αι. Ἀδαμαντίνοις Cant. 2. Deest ἐν Ar. Ἀῤῥήκτοις πέτραις Cant. 1. 2. Ultimum verbum erasum in Guelph. Ἀδαμαντίναις πέδαις ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Rob. Ἀδαμαντίνης πέδησιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Ven. 1. Ἀδαμαντίναις πέδησιν ἀῤῥήκτοις πέτραις Ven. 2. Ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις Ald. Turn. Garb. et H. Steph. qui hæc in notis. "Alii πέδαις· et elegantior quidem versus cum πέδησιν quam cum πέδαις, sed erit anapæstus in quarta sede ut in prima. At is qui scripsit Scholia in Aristophanem ita legit totum versum, ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις. Quam lectionem sequi fortasse maluerit aliquis offensus repetitione dativi tam vicini πέτραις. Nam duriusculum est revera ὀχμάσαι πρὸς πέτραις ὑψηλοκρήμνοις ἐν ἀῤῥήκτοις πέτραις. In illa autem altera lectione illud πέδαις δεσμῶν non videbitur insolens iis qui χθονὸς πέδον apud hunc poetam, et σκάφη νεῶν, et συμφορὰ πάθους multaque hujusmodi apud alios legerit. Ego tamen quamvis plurima hujus tragœdiæ exemplaria scripta mihi videre contigerit, in omnibus memini me ita legere ut in contextu excudimus. Sed et in Petri Victorii codice, qui solus omnium instar esse potest ita legitur; quare ἐπέχω." Hactenus H. Steph. Optimam procul dubio lectionem exhibet Canterus, et post eum Stanleius, cujus elegantem in notis conjecturam in textum recepit Brunck. eam tamen recte Schutzius veritatis insignibus carere arbitratur.

ỳ. 7. ΑΝΘΟΣ. Αὐτὸς Marg. Ald. quod friget.

Ibid. ΣΕΛΑΣ. Σέβας Gilb. Wakefield. ingeniosius quam verius.

ỳ. 8. ΩΠΑΣΕΝ. Deest ν Colb. 2. Cant. 1. ut sæpe, Cant. 2. Ar. hic vero contra metrum.

Ibid. ΤΟΙΑΣΔΕ ΤΟΙ. Τοίας δὲ Colb. 2. Τοιᾶσδ' Rob. omisso τοι.

ỳ. 9. ΣΦΕ. Scholiastes monuit τὸ χ διὰ τὸ σφὶ, h. e. in codice suo voculam σφὶ signo χ notatam fuisse; hoc aliquis fecit vel propter insolentiam, quod nesciret idem quod αὐτὸν esse, vel quod spurium existimaret; vel quod tantum in σφὶ mediam literam φ expungendam, et σὶ legendam censeret, ita ut in his verbis τοιᾶσδε—— δοῦναι δίκην ad Prometheum oratio converteretur. SCHUTZ.

ỳ. 12. ΣΦΩΪΝ. Rogat Pauwius cur non pro σφῶϊν scribimus σφῶιν sine diastola, vel σφῶν ubi versus monosyllabum requirit. Et vero rectius forte scribetur σφῷν post Brunck. Schutz. Pors. Hoc vero obiter monemus, ubicunque Pauwium aut Heathium laudamus deformitatem illam vocum nudarum accentibus sedulo nos vitasse. Apices igitur appinximus ad quos ipsis Pauwio Heathioque, ut infra docebimus, plus semel confugere necesse fuit. Cf. ỳ. 790.

ỳ. 14. ΘΕΟΝ. Θεῶν Colb. 1. Sed recte θεὸν, suam enim cognationem mox agnoscit Vulcanus, ỳ. 39.

ỳ. 15. ΠΡΟΣ. In Cod. Med. suprascriptum τῇ, quod et contra metrum recepit in textum Rob.

ỳ. 16. ΠΑΝΤΩΣ. Deest hic versus Lips. 2.

Ibid. ΤΩΝΔΕ ΜΟΙ. Τῶνδ' ἐμοὶ Brunck. Schutz.

Ibid. ΤΟΛΜΑΝ. Τόλμα Ox. Mendose.

ỳ. 17. ΕΞΩΡΙΑΖΕΙΝ. Præfigitur obelus in Pors. 2.

ỳ. 19. ΑΚΟΝΤΑ Σ' ΑΚΩΝ. Ἄκοντ' ἄκων σε Colb. 1. quod repugnat metro. Sic tamen Ald. Rob.

ỳ. 20. ΠΡΟΣΠΑΣΣΑΛΕΥΣΩ. Προσπατταλεύσω Colb. 2. Ask. A. Ox. Rob. Morell. sed apud Tragicos semper usurpatur σσ. Προσπεπατταλευμένον tamen habet Menander, cujus locum in notis ad Fragmenta excitavimus.

Ibid. ΠΑΓΩι. Τόπῳ Med. quod languidius.

ỳ. 21. ΤΟΥ. Πῦ Barth. Advers. VII. 11.

Ibid. ΜΟΡΦΗΝ ΒΡΟΤΩΝ. Μορφὴν θεῶν Ask. A. B. D. Ven. 1. 2. Colb. 1. 2. sed in Colb. 2. recte suprascriptum βροτῶν, hoc enim auget calamitatem, quod nec colloquio nec aspectu quidem hominum pro quibus tot mala perpessus esset, frui liceret. Βροτῶν μορφὴν inverso verborum ordine Rob. In Ven. 2. τοῦ etiam ante φωνὴν legitur.

ỳ. 22. ΣΤΑΘΕΥΤΟΣ. Στατευτὸς Ald.

ỳ. 26. ΑΕΙ. Αἰεὶ Guelph. quod minus Atticum.

ỳ. 27. ΑΠΗΥΡΩ. Alii ἐπηύρω. Eustathius tamen non hanc sed illam lectionem agnoscit. H. STEPH. Etymologus in voce Ἀπηύρας· Ἔστιν αὐρῶ τὸ ἀπολαύω, unde non sine causa ἀπαυρῶ æque ac ἐπαυρῶ significant *fructum aufero, capio.* Euripides etiam, Androm. ỳ. 1028. φόνον πρὸς τέκνων ἀπηύρα, *A filiis cædem consecuta est.* GIAC.

Ibid. ΤΡΟΠΟΥ. Distinguunt Ox. et Ar. post θεὸς, sublato puncto post τρόπου, ut sit sensus, *talia ob benevolentiam in genus humanum consecutus es, Deus quamvis existens.* Altera vero loquendi forma Tragicis usitatior, Æschylo præcipue qui πολύπτωτον amat. Vide ℣. 19. et ℣. 218.

℣. 29. ΥΠΟΠΤΗΣΣΩΝ. Ὑποπτύσσων Turneb. et Grot. in Excerpt.

℣. 30. ΠΕΡΑ. Πέραν Ar.

℣. 31. ΑΝΘΟΥΝ. Ἀνθῶν Cant. 1. 2.

℣. 32. ΚΑΜΠΤΩΝ. Κάμπτων Ven. 2.

℣. 33. ΠΟΛΛΟΥΣ Δ'. Deest δ' Ox. Male. Mox ἀρωφιλεῖς Ven. 2.

℣. 34. ΦΘΕΓΞΗι. Rectius Pors. φθέγξει, quam formam secundæ personæ in præsentibus et futuris vulgo in ν terminatis ubique servat, quin et ubi per metrum licet, ξὺν pro σὺν semper scribit et simpliciter et in compositis, et γιγνώσκω, γίγνομαι, quod semel monitum sufficiat. Porsonum sequitur Schutz. in editione secunda, imitator ejus studiosissimus, ac non raro *tacitus* quidem.

℣. 35. ΑΝ. Αὖ Cant. 1. fons erroris in aperto est.

Ibid. ΝΕΟΝ. Alii νέος. Utrumque de Jove dici potest; quia νέον ἐκράτει, id est νεωστὶ, et νέος erat. Unde dixit ℣. 95. Τοιόνδ' ὁ νέος Ταγὸς μακάρων ἐξεῦρ' ἐπ' ἐμοὶ Δεσμὸν ἀεικῆ. Et ℣. 149. Νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου. Et ℣. 310. Νέος γὰρ καὶ τύραννος ἐν θεοῖς. Sed ℣. 389. habes de eodem Jove, Ἡ τῷ νέον κρατοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας; adeo ut utraque lectio testimonio ipsius poetæ confirmari possit. H. Steph. Νέω Ald. quod emendavit vir doctus in margine in νέος. Νέως Marg. MSti apud Morell. Νέον vero elegantius et magis Græcum.

℣. 36. ΚΑΤΟΙΚΤΙΖΗι. Κατοικτίζεις Lips. 2. Quod librario forte debetur qui Atticum κατοικτίζει in archetypo suo minus intellexit.

℣. 38. ΠΡΟΥΔΩΚΕΝ. Deest ν in Med. Guelph. sed abesse nequit.

℣. 39. ΤΟ ΣΥΓΓΕΝΕΣ ΤΟΙ. Τὸ συγγενές τι Ask. D. Deest τοὶ in Ar. et τὸ habet Marg. MS. apud Morell.

℣. 41. ΟΙΟΝ ΤΕ ΠΩΣ. In quibusdam veteribus libris interrogationis nota posita est et post οἷόν τε et post πῶς; ut sit, meo quidem judicio hic sensus, ἆρα νομίζεις δυνατὸν εἶναι ἀνηκουστεῖν τῶν τοῦ πατρὸς λόγων; πῶς; sub. εἴη ἂν δυνατόν; Sunt et qui interrogationis nota post οἷόν τε posita, πῶς deinde cum sequentibus jungant. Ego Scholiasten nostrum secutus sum, qui ea verba quibus locum hunc illustrat πῶς ἂν ἔπειτα Ὀδυσῆος λαθοίμην ex Homero sumpsit. Est autem versus integer illic πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην Iliad. Κ'. 243. et Odyss. Α'. 65. reperitur enim duobus his in locis idem versus: quod erroris causam cuidam antiquo scriptori præbuisse nuper animadverti. H. Steph.

℣. 42. ΑΙΕΙ ΤΕ ΔΗ. Αἰεί τοι δὴ Guelph. Lips. 1. Colb. 1. Ven. 1. Αἰεί τι δὴ Ask. B. Utrumque Cant. Αἰεί τοι δὴ Rob. Vera est lectio Brunck. Αἰεί γε δὴ, et sic Schutz. Pors.

Ibid. ΘΡΑΣΟΥΣ. Θάρσους Rob. sed præstat Iambum retinere ubi commode fieri possit.

Ibid. ΠΛΕΩΣ. πλέος Guelph. quod minime recipiendum.

℣. 43. ΤΟΝΔΕ. Τῶνδε Med. Contrarium errorem mox errat Guelph. legendo χειρωναξία.

℣. 48. ΕΜΠΑΣ. Dorica hæc forma Tragicis placuit, non ἔμπης, quod legitur tamen in Soph. Ajac. ℣. 122. sed ibi etiam ἔμπας scribendum ex Scholiastæ observatione, Ἴωνες ἔμπης φασίν· Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας καὶ ἔμπα. Brunck.

Ibid. ΑΛΛΟΣ ΩΦΕΛΕΝ ΛΑΧΕΙΝ. Ὤφιλε Ar. Ald. Turn. Ὤφειλε Guelph. Lips. 2. Et inverso verborum ordine ὤφιλε λαχεῖν ἄλλος Rob.

℣. 49. ΑΠΑΝΤ' ΕΠΡΑΧΘΗ. Ἅπαντα πραχθῇ, *omnia fiant, præterquam imperare Diis*, h. e. fac quod velis, illud modo cave ne pro deorum rege te geras, Pauw. sed illud Græce dici non potest. Nec vero felicius Heath. Ἅπαντ' ἐπράχθη 'ν, h. e. ἐπράχθη ἄν, *omnia fieri potuerunt præterquam Diis imperare*, q. d. *Non impossibile fuit tibi aliam quamcunque sortem tibi magis gratam obtinere, modo sortem Diis imperandi excipias, ea enim soli Jovi competit.* Loco difficili ita subvenit Abresch. ut antiquam lectionem fuisse ἐπράθη existimet. Fidem illi facit utriusque Scholiastæ interpretatio, qui verbum quod legerunt sic explicant, ἐκ μοιρῶν δέδοται, ἐγγένει ἐκ μοίρας. Vulgatæ tamen lectioni favet, quod sit nimis docta quam ut ab imperito librario proficiscatur; duasque olim fuisse hujus tragœdiæ editiones ab ipso auctore arbitratur, quarum in altera dederit ἐπράθη, in altera, quod nunc legimus, ἐπράχθη. Adeant, qui velint, prolixam ejus annotationem, Animadv. in Æsch. I. 2. Ἐπράχθη cum obelo legitur in Pors. 2.

℣. 50. ΕΓΚΡΑΤΕΙ ΣΘΕΝΕΙ. Ἐγκράτει, σθένε, ut sint verba in modo imperativo adhibita, Gilb. Wakefield. Sed ita scriptum ab Æschylo non hodie credam, et in vulgatis et codices MSSti et editiones impressæ ad unam omnes consentiunt. Vitandum igitur κακόζηλον illud emendandi studium, quo sæpe adducuntur viri docti ut loca sarta tecta præ mera conjectandi prurigine corrumpant.

℣. 51. ΤΟΙΣΔΕ. Obelum habet præpositum in Pors. 2.

℣. 52. ΟΥΚΟΥΝ. Οὐκοῦν Ar. sed male.

Ibid. ΔΕΣΜΑ ΤΩΙΔΕ. Τῷδε δεσμὰ uterque Cant. sed ingrata est reduplicatio ejusdem syllabæ δε.

Ibid. ΠΕΡΙΒΑΛΕΙΝ. Περιβάλλειν Cant. 2. solenni errore, ut mox ψάλλια.

℣. 53. ΕΛΙΝΥΟΝΤΑ. Ἐλινύοντα Guelph. Brunck. Schutz.

Ibid. ΠΡΟΣΔΕΡΧΘΗι ΠΑΤΗΡ. Interrogationis notam posui post πατὴρ, licet ex veteri codice non adnotatam, quia sine ea præferrent verba contrarium sensum illi quem habere debent. Quam interrogationem qui non admittere volet legat ἑκὼν necesse est, non ἄκων. H. Steph.

℣. 54. ΨΑΛΙΑ. Ψάλλια uterque Cant. Ald. Rob. Steph. Ψέλλια habet in textu Colb. 2. sed vox est paululum erasa in ιλ. in margine vero scribitur ψάλλια κυρίως τὰ χαλινὰ τῶν ἵππων, ἐνταῦθα δὲ τὰ ἐγκαλεῖα τῆς βαναύσου τέχνης. Ψέλια Guelph. Ar. Turn. Garbit.

ỳ. 55. ΛΑΒΩΝ ΝΙΝ ΑΜΦΙ ΧΕΡΣΙΝ. Stanleius, βαλὼν νιν ἀμφὶ χερσίν. Vix possum assentiri: nam νιν pro αὐτὰ perquam durum est, et νιν πασσάλευε πρὸς πέτραις de ipso Prometheo longe convenientissimum. Locus est paulo intricacior, quem ita forte legere et distinguere oportebit. Λαβὼν, νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει Ῥαιστῆρι θείνων, πασσάλευε πρὸς πέτραις. Λαβὼν ad ψάλια se refert, una cum ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει ῥαιστῆρι θείνων, et νιν πασσάλευε πρὸς πέτραις sic commode cohæret. PAUW. Non assentior, nec fieri possit, quod vult Pauwius, ut νιν tanto intervallo a verbo πασσάλευε disjungatur. Et satis recte vulgata se habent, sive νιν ad catenas brachiales, quod præstat, sive ad ipsum Promethea referri placuerit.

ỳ. 56. ΘΕΙΝΕ. Θείνων Marg. Ald.

Ibid. ΠΑΣΣΑΛΕΥΕ ΠΡΟΣ ΠΕΤΡΑΙΣ. Alii πασσάλευ' ἐῤῥωμένως. Atqui ỳ. 65. repetitum esse diceremus idem hemistichium; unde quum aliquis illa verba transtulisset, et hic ad marginem adnotasset, fuisse temere recepta in contextum existimo. Sic in principio Eumen. ỳ. 15. pro Μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεὼς, habes alicubi scriptum, Μολόντα δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα, nimirum repetito per errorem fine præcedentis versus, πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα. H. STEPH.

ỳ. 58. ΑΡΑΣΣΕ ΜΑΛΛΟΝ. Μᾶλα Rob. credo pro Μάλα, sed vitiose.

ỳ. 59. ΠΟΡΟΝ. Aristophanis enarrator πόρους legit, hunc versum citans in commentario in Equites, ubi ait Poeta, ad hunc Æschyli Iambum alludens, Ποικίλος γὰρ ἀνὴρ, Κὰκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμηχάνους πορίζων. Ubi observa et ipsum Aristophanem pluraliter dixisse πόρους. Quidam tamen Græcus auctor huc et ipse respiciens, πόρον dicit, in his πολλοῖς γὰρ αὐτὸν περιπεσόντα κινδύνοις καὶ παῖδας τοὺς ἐκείνου διέσωσεν, ἐξ ἀμηχάνων πόρον ἐς σωτηρίαν παρασχών. Sic πόρον κακῶν dixit Euripides. H. STEPH. Τρόπον Ar. Cant. 1. Τρόπων Guelph. Sed recte habet πόρους Schutz. quam lectionem tuetur, citatis μόχθων τέρματα ỳ. 100. et ποινὰς ἀμπλακημάτων ỳ. 112, ut ostendat Æschylo familiare esse pluralia pluralibus jungere. Sic Pors.

ỳ. 62. ΜΑΘΗι. Μάθοι Guelph.

Ibid. ΔΙΟΣ ΝΩΘΕΣΤΕΡΟΣ. Νωθέστερος Διὸς, ut solet, contra metrum, Rob.

ỳ. 63. ΠΛΗΝ ΤΟΥΔ'. Πλὴν τοῦτ' Rob.

ỳ. 64. ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΥ κ. τ. λ. Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον Στέρνον κ. τ. λ. Garbit.

ỳ. 67. ΣΥ Δ' ΑΥ. In quibusdam exemplaribus legitur σὺ δ' οὖν· sed melius σὺ δ' αὖ· quia jam semel dixerat Vulcanus, Ἐγὼ δ' ἄτολμος εἰμὶ κ. τ. λ. Apposui autem interrogationis notam hic quoque, licet in veteri libro non adscriptam; ut sit sensus, *Tun' etiamnum lentus es ad exequenda Jovis jussa? cave, cave ne* &c. At si interrogationem sustuleris multum de vehementia orationis amiseris. H. STEPH. Σὺ δ' οὖν habent Colb. 1. et 2. a secunda manu, quod prius erat eraso.

Ibid. ΥΠΕΡ-ΣΤΕΝΕΙΣ. Post στένεις pro virgula σίγμα τέλειον habet

Rob. Ὕπερ σένους divisim legit H. Steph. in edit. quam supra memoravimus ann. 1567. et sic Guelph. Grot. in Excerpt. Morell. Brunck. Schutz. Pors. Omnino recte, abstinendum enim, ut monet Pauw. in Iambis a voce in duas partes dispertita. Quare et in versu præcedente ὕπερ σένω Pauw. Morell. Schutz. quod minus bene, nam præpositiones cum casibus suis postponuntur plerumque claudunt senarium.

ỷ. 68. ΟΙΚΤΙΕΙΣ ΠΟΤΕ. Σκόπει additur post ποτὲ in Guelph. Lips. 2. ex glossa.

ỷ. 69. ΟΜΜΑΣΙΝ. Vidi exemplar in quo post ὄμμασιν interrogationis nota posita erat. Idem erit sensus, sive pronuntiative sive interrogative hunc versum enunties. H. STEPH. Præstat vero legi sine interrogatione.

ỷ. 71. ΒΑΛΕ. Βάλλε Rob. ex solito errore librarii.

ỷ. 73. ΚΑΠΙΘΩΥΞΩ ΓΕ ΠΡΟΣ. Κἀπιθωύξω δὲ πρὸς Colb. 1. Guelph. Κἀπιθωύξω γέ σε πρὸς Ven. 2. Κἀπιθώξω σε πρὸς Ask. C. Κἀπιθωύξωσι πρὸς Rob. Deest πρὸς Lips. 2. Sed particulam γε hic minime otiosam esse docet Pors. ad illud Eurip. Phœn. ỷ. 619. Καὶ κατακτενῶ γε πρὸς, ubi legitur etiam κατακτενῶ σε, minus bene.

ỷ. 72. ΚΙΡΚΩΣΟΝ. Κρίκωσον Colb. 2. Ask. A. Ar. Guelph. uterque Cant. Lips. 2. Totum versum sic legit Rob. Χώρει, κάτω δὲ σκέλη κρίκωσον βίᾳ.

ỷ. 75. ΠΟΝΩι. Χρόνῳ Ask. A. Rob. quam lectionem probaverim. Indicat enim Vulcanus se ad mandatum τοῦ Κράτους exequendum jam non segnem esse; Schutzius autem vulgatam prætulit, ut facilitatem laboris, non celeritatem Vulcanus significet.

ỷ. 76. ΠΕΔΑΣ. Πόδας Lips. 2. Rob. sed e contextu legendum πέδας non πόδας; observat cl. Schutz. "ut enim ỷ. 55. ψάλια, ỷ. 64. σφηνὸς γνάθον, ỷ. 71. μασχαλιστῆρας, ỷ. 74. κίρκους memoravit sic h. l. pedicarum mentionem fieri consentaneum est. Unde ipsa verborum copia qua delectatur Æschylus ad reperiendam lectionis veritatem proderit."

ỷ. 78. ΓΗΡΥΕΤΑΙ. Γαρύεται Ask. D. Ven. 1. Guelph. sed tales Dorismi non nisi choris conveniunt. Totum versum sic legit Ald. Ὁ μοι ἀμορφῇ γλῶσσά σου γυρύεται, quem sic in Marg. emendat vir doctus, Οἴμοι, ἃ μορφὴ γλῶσσά σου γηρύεται. Ingeniose, sed vulgata procul dubio vera est.

ỷ. 80. ΤΡΑΧΥΤΗΤΑ. Θρασύτητα Cant. 1. 2. Lips. 2. invito metro. Βαρύτητα Guelph. quod perinde metro repugnat.

Ibid. ΠΙΠΛΗΣΣΕ. πίπλησσε subscripto μ et σ, ut sit πίμπλησσε Colb. 2.

ỷ. 83. ΤΙ ΣΟΙ. Punctum post σοὶ in Ar. Male.

ỷ. 84. ΑΠΑΝΤΛΗΣΑΙ. Ἀπαλλάξαι Ask. A. alterum, quia doctius, tenendum.

ỷ. 86. ΔΕΙ. Δεῖν Guelph.

ỷ. 87. ΤΥΧΗΣ. Alii τέχνης. Sed melius meo quidem judicio τύχης. Ut in ỷ. 103, et 106, dicit πῆμα et τύχας. Quinetiam Prometheus, quod nunc illi Κράτος dicit, ipse de seipso dicens utitur

voce πημονὴ, ỳ. 469. αὐτὸς ὐκ ἔχω σόφισμ' ὅτῳ Τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ. H. Steph. Cui astipulatur Morell. Τέχνης habent Colb. 1. Ask. B. C. D. Ar. Lips. 2. Cant. 2. Ven. 1. 2. Guelph. Ald. Turn. Nec spernenda lectio quæ tot Codicum auctoritate nititur et verbis ἐκκυλαφθήσῃ et προμηθέως convenit. Τέχνη enim h. l. significant *compages artificiose fabricatas atque adstrictas*, ut apud Attium, *qua miser solertia transverberatus*, unde et eum h. l. τέχνης legisse existimo.

ỳ. 88. ΔΙΟΣ. Διὸς Ald. Rob. quod falsum esse e metro patet. Præterea, ut monet Schutz. incommodum esset et a Prometheo minime exspectandum, Jovis nomen initio statim orationis memorari.

ỳ. 89. ΠΟΝΤΙΩΝ ΤΕ. Abest τε a Guelph. 2.

ỳ. 90. ΓΕΛΑΣΜΑ. Suprascriptum κίνημα in Cod. Guelph. quod est tantum glossa interlinearis. Imaginem pulcherrimam fœdavit Pauw. ex mera conjectura reponens ἀνήριθμόν γ' ἴλασμα, quod ab ἰλάω deducit, ut a γελάω γέλασμα, atque undarum ductus apte exprimere affirmat. Nobis tamen tum ob conjecturæ licentiam, tum ob otiosum γὲ, tum ob exilitatem imaginis, nec Græcum videtur esse nec poeticum.

ỳ. 91. ΠΑΝΟΠΤΗΝ. Πανόπτης, *omnia cernens*, h. l. multo aptius est, ut monet Schutz. quam quod Stanleius voluit, πάνοπτος, *omnibus visus*.

Ibid. ΚΥΚΛΟΝ ΗΛΙΟΥ. Ἡλίω κύκλον Guelph. et sic sane suavius decurreret versus, nisi sequeretur καλῶ a κ etiam incipiens.

ỳ. 93. ΑΙΚΙΑΙΣΙ. Legendum αἰκίαισιν ob metrum, et sic Brunck. Pors. Schutz. 2. Ἀιίαισι habent Guelph. Lips. 2. Gud. apud Schutz. 2. et Rob. Hoc vero systema sic ordinat Th. Morellus,

Δέρχθηθ' οἵαις αἰκίαισιν
Διακναιόμενος τὸν μυριετῆ
Χρόνον ἀθλεύσω· τοιόνδ' ὁ νέος
Ταγὸς μακάρων ἐξεῦρ' ἐπ' ἐμοὶ
Δεσμὸν ἀεικῆ· αἶ αἶ, τὸ παρὸν,
Τό, τ' ἐπερχόμενον πῆμα στενάχω.
Πῆ ποτε μόχθων
Χρὴ τέρματα τῶνδ' ἐπιτεῖλαι.

Nimirum magnum quiddam sibi lucratus videbatur v. cl. quod basin quam vocant anapæsticam, ex medio systemate sublatam ante versum finalem posuisset. Idem vero propter cæsuram quæ in versibus anapæsticis post primum monometrum obtinet, et συνάφειαν qua ultimæ versus syllabæ indifferentia tollitur, in omnibus anapæstorum systematibus ubique fieri possit. Jam vero si quis me rogat an id ubique faciendum fuerit, minime vero respondeo. At quidni? Causam afferam quam potero brevissime. Initium cujusque versiculi spiritu paulo pleniore, finem ejusdem remissiore proferre solemus. Hinc suavius decurrit versus et concinnius, si unam sententiam, vel membrum seu particulam sententiæ amplectatur: sin eadem sententia duobus absolvatur

versibus perinde est, nec multum interest si partes ejusdem sententiæ per plures versiculos continuentur, quanquam id eruditis auribus nonnunquam paulo accidit ingratius. Id vero asperrimum, absoluta sententia novam in medio versiculo inchoari. Quanquam haud is sum qui id nusquam factum affirmem, id tantum moneo quod sæpius fit, quodque auribus jucundius et naturæ rectæque adeo rationi maxime consentaneum est. Itaque hujusmodi monometros non temere movendos esse statuimus, et ut aliquando, sed parcius mutari posse concedimus, ita plerumque multo tutius manebunt, nonnunquam etiam loco suo cedere omnino nolunt. Duobus, quæ omnium instar esse possunt, exemplis hanc rem illustrabimus. In fine hujus tragœdiæ, ỷ. 1079. seqq. occurrunt versus anapæstici quatuordecim, quorum *secundus, ut sæpe fit, monometer est et sententiam absolvit, vel saltem colo claudit*, cæteri omnes, excepto ultimo qui est parœmiacus sunt dimetri. Satis suaviter, ut nunc sunt, decurrunt, at possunt etiam ita mutari ut omnes sint dimetri exceptis duobus ultimis, quorum primus erit monometer, alter parœmiacus. At illud si factum fuerit, ut fecit Morell., ita non habebis suaves et molliter euntes versiculos ut nihil scabrum magis aut asperum excogitari possit. Ex. gr.

Καὶ μὴν ἔργῳ κοὐκέτι μύθῳ
Χθὼν σεσάλευται· βρυχία δ' ἠχὼ
Παραμυκᾶται βροντῆς, ἕλικες
Δ' ἐκλάμπουσι στεροπῆς ζάπυροι,
Στρόμβοι δὲ κόνιν εἱλίσσουσι·
Σκιρτᾷ δ' ἀνέμων πνεύματα πάντων
Εἰς ἄλληλα στάσιν ἀντίπνουν
Ἀποδεικνύμενα· ξυντετάρακται
Δ' αἰθὴρ πόντῳ. Τοιάδ' ἐπ' ἐμοὶ
Ῥιπὴ Διόθεν τεύχουσα φόβον
Στείχει φανερῶς. Ὦ μητρὸς ἐμῆς
Σέβας, ὦ πάντων αἰθὴρ κοινὸν
Φάος εἱλίσσων,
Ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω.

Cuivis patebit nihil hic tangendum fuisse cum systema vulgatum multo sit numerosius. Addo aliud, versum systematis secundum sæpissime monometrum esse, et nunquam movendos esse istiusmodi monometros ubi sententiam claudunt. Jam vero exemplum dabimus ubi si quis ordines mutare maluerit, non valde repugnabimus. In Suppl. ỷ. 20. seqq. pro vulgatis legi possit,

Τίνα γοῦν χώραν εὔφρονα μᾶλλον
Τῆσδ' ἀφικοίμεθα, σὺν τοῖσδ' ἱκετῶν
Ἐγχειριδίοις
Ἱεροστέπτοισι κλάδοισιν;

Nimirum post ἀφικοίμεθα commate tantum, non plene, distinguitur; sed et hoc forte tutius intactum stabit.

ỳ. 95. ΑΘΛΕΥΣΩ. Ἀθλεύσω contra metrum Ask. D. Ven. 2. Guelph. Cant. uterque, Ar. Rob.

ỳ. 97. ΔΕΣΜΟΝ ΑΕΙΚΗ. Aug. Matthias in Obss. Critt. c. I. θεσμὸν legendum proponit, idque confirmat ex ỳ. 150. Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως (sic ille) κρατύνει, et ỳ. 402. Ἀμέγαρτα γὰρ τάδε Ζεὺς Ἰδίοις νόμοις κρατύνων κ. τ. λ. ingeniose, sed nulla fretus codicum auctoritate, et repugnat titulus tragœdiæ. Ἀεικεῖ Ar. Ἀεικῆ Ald.

ỳ. 98. ΑΙ ΑΙ. Alii φεῦ φεῦ, ἀντὶ τῦ αἶ αἶ· quæ particulæ idem valent et æque sunt in usu. H. Steph. In edit. Canteri versus hic male in duos dispescitur; nam monometri anapæstici ita sese non excipiunt. Pauw. Φεῦ φεῦ recte habent Med. Colb. 1. Ask. A. Cant. 2. Ar. Guelph. Pors. Schutz. 2. at mox male post παρὸν puncto τελεῖν distinguunt Med. Colb. Ask. A.

ỳ. 99. ΠΗ. Πῇ Colb. 1. 2. Ask. D. Cant. 2. Ven. 2. Ar. Ox. Guelph. Rob. Πεῖ Ald. mendose, forte pro πῆ. Sed infra ỳ. 183. rursum πᾶ· quod et hic quoque servandum.

ỳ. 100 ΤΕΡΜΑΤΑ. Alii τέρμα. Quæ lectio convenit cum illo loco, ỳ. 183, Πᾶ ποτε τῶνδε πόνων χρή σε τέρμα κέλσαντ' ἐσιδεῖν. H. Steph. Τέρμα Colb. 1. 2. Ask. A. D. Cant. 2. Ar. Ox. Guelph. Lips. 2. Ven. 1. Ald. Rob.

Ibid. ΕΠΙΤΕΙΛΑΙ. Ἔτι τεῖλαι Colb. 2.

ỳ. 102. ΣΚΕΘΡΩΣ. Τορῶς Ask. A. sed est tantum glossa.

Ibid. ΜΕΛΛΟΝΤ'. Μέλλοντα Guelph. Ald. Rob. Turn. H. Steph. mendose, sed in delectu tragœdiarum supra memorato ab H. Steph. edito, μέλλοντ'.

Ibid. ΟΥΔΕ ΜΟΙ. Οὐδέν μοι Colb. 2. metro repugnante. Οὐδ' ἐμοί, Brunck. et Schutz. qui ita semper scribunt, ut rursus monere haud opus fuerit.

ỳ. 103. ΤΗΝ ΠΕΠΡΩΜΕΝΗΝ ΔΕ ΧΡΗ. Τὸ χρὴ in proximum versum rejiciunt Ald. Rob. Has autem argutias non semper posthac proferendas statui, sed tantum ubi locus aut res postulet. Obiter vero monemus Robortelli editionem Turnebiana priorem esse, cum Aldina sæpissime conspirantem, quod collatis utriusque varietatibus patebit. Aliter visum Fabricio.

ỳ. 104. ΓΙΝΩΣΚΟΝΘ'. Formam Atticam γιγνώσκονθ' habent Brunck. Schutz. et sic semper in γιγνώσκω et γίγνομαι Pors. quod semel monitum sufficiat.

ỳ. 105. ΑΝΑΓΓΚΗΣ. Sic in edit. Stanl. ex errore typographi duplicato γ, quem nos, præ nostra ἀβλεψίᾳ in impressis continuavimus.

ỳ. 107. ΓΕΡΑ. Γέρας Ask. A. Cant. 2.

ỳ. 108. ΥΠΕΖΕΥΓΜΑΙ. Alii ἐνέζευγμαι· quæ lectio convenit cum illo loco ỳ. 580. Τί ποτε ταῖσδ' ἐνέζευξας εὑρὼν Ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖσιν; Nec tamen ὑπέζευγμαι non quadrat. H. Steph. Ἐνέζευγμαι Med. Guelph. Ἐπέζευγμαι Ask. A. Colb. 2. Lips. 2. Ven. 1. Vulgatum aptius.

ỳ. 109. ΘΗΡΩΜΑΙ. Videtur scribendum Θηράσας. Canter. Non assentior: nam sic tautologia inducitur vix tolerabilis, nunc

παρθενοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι cum suis asseclis non incommoda præcedentium est ἐπεξήγησις. PAUW.

ỷ. 110. ΠΗΓΗΝ. Παγὴν Lips. 2. sed suprascripto η.

ỷ. 111. ΠΑΣΗΣ ΒΡΟΤΟΙΣ. Alii πᾶσι βροτοῖς. Mihi magis arridet illud πάσης τέχνης, ut conveniat cum illo quod dictum fuit ỷ. 7. hujus tragœdiæ· παντέχνου πυρὸς σέλας. H. STEPH. Πᾶσι βροτοῖς Ald. Rob. Alterum ornatius, atque ad augendum Promethei beneficium efficacius, quin et metro convenientius. Βροτοῖσι habet Ven. 2.

Ibid. ΠΕΦΥΚΕ. Πέφηνε Cant. 1. 2. Med. Lips. 2. Guelph. Ask. A. B. C. γρ. πέφην' supra in Colb. 2. Ox. ubi et βροτοῖσι legitur. Et quidem πέφηνε ignis inventioni aptissimum est et ornatius quam πέφυκε, idque receperunt Brunck. Schutz. Pors.

ỷ. 112. ΤΟΙΑΣΔΕ ΠΟΙΝΑΣ. Stanleius τοιῶνδε scribit quia θηρῶμαι retinuit, non video nexum. PAUW. Τοίασδε τοί ποινάς Ask. D. quod nonvult metrum. Τοιῶνδε ποινὰς post Stanl. Brunck. et qui ab eo rarissime discedit Schutz. Recte ut videtur, cum non sine amarissima ironia dicatur τοιῶνδε ἀμπλακημάτων, alterum vero, τοίασδε ποινὰς humile quoddam sonat. Mox ἀπλακημάτων dedit Pors.

ỷ. 113. ΠΑΣΣΑΛΕΥΤΟΣ ΩΝ. Πασσαλευμένος Med. Ask. C. Ar. Ald. Πασσαλευόμενος Cant. 2. Deest ὢν in Colb. 1. 2. Lips. 2. Ask. A. Ven. 1. Cant. 1. Ox. quod sine Græcitatis et metri dispendio abesse nequit. Δεσμοῖσι πεπασσαλευμένος Rob. quod metro item obest.

ỷ. 114. Α, Α, ΕΑ ΕΑ. Deest hic versiculus, et qui proxime sequitur, cum verbo etiam θεόσυτος in ỷ. 116. Lips. 2.

ỷ. 115. ΤΙΣ ΑΧΩ. Hæc mirifice quod ad metrum attinet turbata sunt. Omnes hi versus Iambi adnumerantur et Prometheo adscribuntur; prius falsum esse liquido constabit unicuique versus hos ferienti. Inveniet enim primum versum esse Bacchiacum tetram. acat. tertium ex asynartetis constare, ex Dactyl. monom. et Iamb. monom. sed tres reliqui sunt Iambici senarii. Quoniam vero hi versus omnes non sunt Iambici, cæteris adjungi non possunt; videntur igitur illa τίς ἀχὼ —— δύσποτμον θεὸν ab Iambicis segreganda, iisque superadscribendum ΣΥΣΤΗΜΑ. Hæc sunt quæ de hujus loci metro dicere lubet. Jam personæ quo pacto ordinandæ sunt perpendamus. Conjiciebam ante τίς ἀχὼ ponendum esse ΧΟΡΟΣ, et ante ἵκετο ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ: et quidem ob hanc rationem, quod optime Choro conveniant quæ ei attribuimus verba: audito enim Promethei ejulatu, Ἆ, ἆ, ἔα ἔα in has erumpit voces Τίς ἀχὼ κ.τ.λ. Prometheus autem conspecto Choro mox inquit, Ἵκετο κ.τ.λ. *Venit ad ultimum montem spectator meorum laborum, aut aliquid volens.* Dein Chorum ipsum alloquitur his verbis, *Videte me deum infelicem* saxo *alligatum.* Aliquod pondus præter dictas rationes nostræ distinctioni personarum addit quod in his quæ Choro tribuimus verbis sit ὀδμὰ, vox pura puta Dorica, pro vulgari ὀσμὴ, pro qua tamen etiam apud Atticos scriptores reperies ὀδμὴ; Dorismus vero extra Chorum in dramaticis raro

locum habet. ARNALDUS. Versibus Iambicis hic alios intertexit ejulans Prometheus: fallitur enim Arnaldus, qui τίς ἀχὼ ——— κικεραμένη tribuit Choro; nam ubi mox dicunt Nymphæ κραιπνοφόροι αὖραι illisque indicant se auris secundis advenisse, satis evidenter constat ὀδμὴν illam a Prometheo ad Nymphas, non a Nymphis ad Prometheum dimanasse. Ad hæc Prometheo articulate lugenti vix convenit ἀχὼ, ut convenit certe Nymphis aërem alis percutientibus; et ipsam illam vocem respiciunt et explicant sequentia Promethei Φεῦ φεῦ, τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω ——— ὑποσυρίζει· prope scil. aderant tunc, et antea paulo erant remotiores; quare hic ἀχὼ ibi istis convenienter utitur. Ordo est bonus, et ipsa metri mutatio etiam bona ad exprimendum animi motum. Sed de ea videamus paulo pressius. Ut versus ordinantur hic ordinati etiam sunt a Turn. Steph. Cant. Et sic 1. erit Iamb. dim. brachyc. 2. Bacchiac. tetram. acat. 3 Iamb. trim. acat. 4. Dactyl. hepthem. proceleusmatico sumpto pro Dactylo; Asynartetum enim, de quo Arnaldus, non probo, quia est incertus et vagus. Aliter Aldus et Rob. et quidem ita:

1. Ἆ, ἆ, ἔα ἔα· τίς ἀχὼ τίς ὀδμὰ
2. Προσέπτα μ' ἀφεγγὴς, θεόσσυτος,
3. Ἦ βρότειος, ἢ κικραμένη.

In qua τάξει 1. est ἄμετρος. 2. Antispast. dim. hyperc. θεο in unam syllabam contracto; vel Antispast. trim. brachyc. θεο manente dissyllabo, et Iambis pro antispasto adhibitis. 3. Troch. dim. hyperc. Atque hanc τάξιν ego certe præferrem, si versus primus non obstaret; nam in altera mutatio est satis exilis, vixque adeo ob eam hic ab Iambis videtur discessurus fuisse poeta. Visne suspicionem? versum primum in duos versiculos separo,

1. Ἆ ἆ, ἔα ἔα·
2. Τίς ἀχὼ τίς ὀδμά.

Sic primus est Iamb. alter Antispasticus dim. brachyc. neque metri difficultas ulla in hoc loco. Sed restat aliud quod non prætereundum: quid est θέωρος, ubi ἀχὼ et ὀδμὰ præcedunt? An ad alterutrum recte refertur θέωρος. Non puto equidem aut alius putabit Græce doctus. Si autem cum Arnaldo, ℣. 115, et 116. Choro, sequentes tribuas Prometheo, et verba erunt scabra, et sententiam dabis pessum. Nam istis præmissis, non poterat mox dicere Prometheus, τί ποτ' αὖ κινάθισμα κ. τ. λ. hoc vident omnes, et illam personarum distinctionem etiam aperte refellit. Ut breve faciam scribendum opinor plane,

Ἦ βρότειος, ἢ κικραμένη;
Ἵκετο τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον
Πόνων ἐμῶν θέωρος, ἢ τί δὴ θέλων;

Vocula τις facile excidit, eaque adjecta versus Dactyl. hepthem. fit Dactyl. tetram. acat. interventu cæsuræ. PAUW. Puto Pauwium contrarium prorsus ejus quod dicit dicere voluisse, nempe a Nymphis ad Prometheum, non a Prometheo ad Nymphas odorem dimanasse. Nimium hic etiam se circa metrum

torquet; omnia bene se habent in edit. Stanl. nisi quod in ℣. 117. vocem τὶς quam et sententia requirit recte inseruit Pauw. Versus autem non Dactylicus est, sed Anapæsticus; cæsuram enim in Dactylicis Hexametro brevioribus, vim brevem syllabam producendi habere, nunquam, ut puto, evincet vir doctus. Tragicos autem veteres, cum animi motus exprimendus esset, ob mutationem adeo exilem ac hæc est ab Iambis discedere non dedignatos probat vel unum exemplum e Sophoclis Electra, ℣. 1116—1168. sumptum, quanquam et plura non desunt. Heath. Hos versus ita constituit Brunck., satis eleganter:

1. Ἆ, ἆ, ἰὼ, ἰώ· τίς ἀχὼ
2. Τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής;
3. Θεόσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη;
4. Ἵκετο τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον;
5. Πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;

Ubi 1. est Iamb. dim. hyperc. 2. Antisp. dim. hyperc. cæteros jam mensi sunt Pauw. et Heath. Et sic Schutz. qui Brunckio semper resonat in edit. 1., Porsono in edit. 2., tanquam imago voci. Sed forte in Stanleianis acquiescendum, nisi quod vel τὶς cum Pauwio Heathioque legendum sit, unde versus fit potius Anapæsticus quam Dactyl. vel forte, excluso ἐπὶ legendum Ἵκετο τερμόνιον τόνδε πάγον, unde Anapæsticum habes certiorem. Τόνδε autem facillime excidere potuit post τερμόνιον, nec facile exemplum reperies ubi vel τὶς interrogativum verbo suo ita postponatur, vel indefinitum substantivo suo ita præcedat.

Ibid. ΘΕΟΣΥΤΟΣ. Θεόσσυτος Ask. A. D. Cant. 1. 2. Ald. Rob. Turn. Steph. Canter. Primus emendavit in Θεόσυτος Barth. Advers. VII. 11. qui tamen licentiam Æschylo sine causa imputat. Obelum habet præfixum in Pors. 2. Θέορτος post Eustath. legit Is. Casaub.

Ibid. ΠΡΟΣΕΠΤΑ Μ' ΑΦΕΓΓΗΣ. Προσέπτα τ' ἀφεγγὴς Colb. 1. Προσέπτ' ἀφεγγὴς Ask. A.

℣. 116. ΚΕΚΡΑΜΕΝΗ. Κεκραμμένη Ar. Ald. Rob.

℣. 117. ΙΚΕΤΟ. Ἵκοιτο Ask. D.

℣. 119. ΘΕΟΝ. Θεῶν Colb. 1. quod suprascriptum in Lips. 2. Sed δεσμώτην θεὸν argumento fabulæ magis convenit.

℣. 120. ΘΕΟΙΣ. Θεοῖσι Ald. Rob. quod metro repugnat.

℣. 122. ΕΙΣΟΙΧΝΕΥΣΙ. Εἰσιχνεῦσι Ar. Lips. 2. Cant. 2. Colb. 1. et 2. sed in Colb. 2. suprascriptum οι. Rob. Εἰσοιχνεῦσιν ob metrum Morell. et editt. recentiores quod habet etiam Lips. 2.

Ibid. ΛΙΑΝ. Nota λίαν in priore productam. Sic Eurip. ℣. 929. Iph. Aul. ℣. 304. Aristoph. Eccles. ℣. 580. Homer. Il. Α'. 553. f. scribendum λείαν. Brevis est ℣. 1030. Eurip. Iph. Aul. ℣. 378. 517. Hom. Iliad. Ζ'. 486. Morell. Importuna est emendatio, est enim prior vocalis in hac voce longa natura sed corripitur ut fert occasio ante vocalem, solita poetarum licentia quam etiam in diphthongis admittunt tragici, Soph. Electr. ℣. 1030.

Ἄσκει τοιαύτη καὶ δι' αἰῶνος μένειν.

Sed auctoritatibus, ut in re notissima, supersedendum.

Ibid. ΦΙΛΟΤΗΤΑ ΒΡΟΤΩΝ. Φιλότητα τῶν βροτῶν, repugnante metro, Colb. 2. et sic Ven. 1. Ar. Ox. Ald. Rob. φιλότητα τῶν, omisso βροτῶν, Lips. 2.

Ibid. ΦΕΥ ΦΕΥ. Si libri dedissent, φεῦ φεῦ, τί ποτ' αὖ monometer non displiceret; quia sic basis esset ante parœmiacum. Quin et hæc abruptio, ut dicam, in consternationem Promethei non male conveniret. Morell. Vide nos ad ỳ. 93. Αἲ αἲ habet Ask. A. Has interjectiones nulla metri ratione habita promiscue usurpant librarii. Mox pro αὖ, ἂν habet Colb. 1. υ et ν scil. sæpe confunduntur.

Ibid. ΚΙΝΑΘΙΣΜΑ. Κινάθισμα pro κίνημα παραγώγως dictum putant. Hesych. in Lexico, Κινάθισμα, κίνημα πλήθους, παραγώγως, ἐξ οὗ πλῆθος παραγίνεται, ὑπακούεται. Pro quo hic rectius in Scholiis κίνημα πλήθους παραγώγως ἐξ οὗ πλῆθος παραγίνεσθαι ὑπακούεται. Dubito, quia sic ambigua est vocis mensura: nam prima in κίνημα producitur, ut notum. Probabilius κινάθισμα vocem esse fictam a sono: κιναθίζειν, κινάθισμα. Hesych. Κιναθίζειν, ἰλιάζειν, ἀποθησαυρίζειν κατὰ μικρὸν συλλέγοντα· ἔνιοι μινυρίζειν καὶ κινεῖν. Illud μινυρίζειν etiam a sono: sic Anapæstum habemus certum et κινάθισμα κλύω οἰωνῶν cum ἐπεξηγήσει sequente non deterius sane est. Pauw. Κινάτισμα Cant. 2. Κινάθυσμα Ald. nimirum ι et υ, præcipue cum scribantur quasi per diastolen, ut fit in MStis plurimis, sæpissime confundi solent.

ỳ. 128. ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ. Ita hæc dicuntur, recte, nam duæ Strophæ et duæ Antistrophæ sibi respondent. Sed alia est quæstio; an eas stans et quiescens cecinerit Chorus, an vero locum mutans, et a dextra ad sinistram per Stropham, a sinistra ad dextram per Antistropham sese convertens. Prius ego fere malo, quia inter Strophas et Antistrophas Chori interponuntur Anapæstica Promethei, et sic conversionis ordo interrumpitur. Si tu vero, Lector, cum interprete Græco posterius malis, dicendum est Chorum post Stropham ad dextram Promethei substitisse, donec ille Anapæstica sua recitaverat, et dein per Antistropham sese convertisse ad Promethei sinistram: ubi similiter substitit, donec per Stropham et Antistropham iterum se moveret. Metra vero ut explicemus, 1. est Choriamb. trim. hyperc. 2. Iamb. hepth. 3. Ion. trim. brachyc. ἀνακλώμενος. Ἀνάκλασις est in πατρῷ et ἴδω, cum postrema sit indifferens. 4. Choriamb. dim. acat. 5. Asynartet. ex Dactyl. dim. et monom. Troch. Vel Choriamb. dim. hyperc. cum syzygia Iamb. ἑπτασήμῳ. 6. Choriamb. trim. hyperc. 7. Antispast. trim. acat. 8. Iamb. trim. hyperc. De antithetico 6. vide suo loco. Pauw. 3. De ista indifferentia dubito, audi enim Alvarem:

Syllaba cujusvis erit ultima carminis anceps:
Hinc tantum excipias anapæstica carmina, quæque
Nomine Ionica sunt ἀπ' ἐλάσσονος, in quibus est mos,
Ut versus finem semper det syllaba longa,
Donec claudatur sententia, pausaque fiat,

MORELL. Nimis negligenter hic, ut semper, versus ferit Pauw.; nam 1. est Asynartet. ex Iamb. penth. et Iamb. hepth. 2. Iamb. hepth. 5. Dactyl. Logaœdicus. 7. Asynart. ex Iamb. dim. brachyc. et Choriamb. dim. cat., vel potius ex Iamb. dim. cat. et Iamb. penth. vide suo loco. 8. Epichoriamb. h. e. Prosodiacus trim. cat. vel potius Asynart. e Dochmiacis.

Ibid. ΦΙΛΙΑ ΓΑΡ ΗΔΕ ΤΑΞΙΣ. Anacreonticus dimeter, cujus levitatem temperabat, et ad luctus gravitatem conformabat Iamb. monom. hypercat. Μηδὲν φοβηθῇς, quæ una constituunt versum Choriambicum. PAUW. Mallem dicere Epichoriambicum, vel sit Asynartet. e duobus Iambis, penth. et hepth. Ita sane omnes libri, nec Pauwii ratio displicet; meam tamen aurem, si disjunctim legeretur, Μηδὲν φοβηθῇς et Λεύσσω Προμηθεῦ, non minus delectaret dim. Anacreont. φιλία γὰρ ἥδε τάξις hic, quam in sequenti versu φοβερὰ κ. τ. λ. Quippe ut mihi videtur in pronuntiatione, quam secundum temporis rationem *Largo* vel *Adagio* vocant musici, aliquid ponderis etiam huic metro dari possit. MORELL. Haud male f. Morellus versum hunc divisim legit, et sic diserte Cant. 1. ut etiam in Antistrophico.

℣. 131. ΜΟΓΙΣ. Deest Ask. D. Μόλις Rob. et sic Guelph. Lips. 2. sed in utroque suprascriptum γ. γ vero et λ facillime confunduntur.

℣. 132. ΚΡΑΙΠΝΟΦΟΡΟΙ ΔΕ Μ' ΕΠΕΜΨΑΝ. Κραιπνοφόροι δ' ἔπεμψαν Colb. 1. Δ' ἐμ' ut solent Brunck. Schutz.

℣. 133. ΔΙΗΙΞΕΝ ΑΝΤΡΩΝ. Pro ἀΐσσω Atticos semper ᾄσσω seu ᾄττω aut ᾅσσω dissyllaba pronuntiare docuit Piersonus ad Mœrin Atticist. p. 301. ut Abreschii dubitatione facile careamus, qui prolixa ad h. l. observatione efficere studuit, διῆξε potius legendum, idque aut a διήκω aut a διάττω derivandum esse. In aliquot codicibus certum est abesse iota subscriptum; quis autem sola codicum auctoritate de unico puncto, rectene positum sit an secus decernere audeat. SCHUTZ. Διῆξ' ἄντιων Ask. A. legendum est ἄντρων inquit collator: quin facile confundi possunt ι et ρ in MStis. Διήκει reperio in Cant. 1. Ἄντρων μυχὸν legunt Schol. β'. Ask. A. Ven. 1. 2. Cant. 1. 2. Lips. 2. Guelph. Ald. Rob. Steph. quod omnino rectum, ut patet ex metro antithetici. Διῆξε μυχὸν Turn. Fontem diversitatis quærit Pauw. ex librorum varietate, quorum in aliis διῆξεν μυχῶν in aliis διῆξεν ἄντρων scriptum erat. Brunck. autem imperito librario ascribit, cui διήκειν aut διάσσειν non alium quam quartum casum adsciscere videbatur, cum διῆξεν ἄντρων idem sit quod ἦξε δι' ἄντρων. En, lector, criticorum sagacitatem!

℣. 134. ΘΕΡΜΕΡΩΠΙΝ. Nos θεμερῶπιν: alii θερμερῶπιν. Quam lectionem adnotat etiam Scholiastes et mihi magis probatur: existimo enim ab ὢψ ὠπὸς, et θερμὸς factum esse θερμερῶπις, quum talem παραγωγὴν, qualis est in θερμερὸς a θερμὸς, alibi observarim. H. STEPH. Notum est jam a multis sæculis morem invaluisse apud Græcos, ut eodem sono efferrentur αι et ε, ει et ι. Tam captiosa pro-

nuntiatio mendis infinitis libros opplevit: ut Malalam, p. 47, et 49. τῷ υἱῷ τῦ Αἰχίονος τῷ Πειθεῖ, pro Ἐχίονος. Et e diverso, p. 49, et 55. ὄρος Κιθερώνιον pro Κιθαιρώνιον, et p. 106. Ἀντίωνι pro Ἀνταίῳ. Et non pauca alia extant ex eo genere. Sic p. 212, et 171. Τῦ Ὕακος υἱῦ τῦ Ναυπλίυ pro Οἴακος, et Σχυνίως, p. 169. pro Σχοινέως. In codicibus manu notatis promiscuus fere est horum vocabulorum usus. Hoc diligenter animadverso, deploratissimos locos emendabit nullo negotio qui ingenium et judicium in numerato habuerit. Plutarchus de Iside et Osiride: Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν, φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις δὲ ἁρμονίαν καλεῖσθαι μέροπι· τὴν δὲ χείρονα, νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. Frustra hic Plutarchus per annos ducentos criticorum auxilium imploravit. Tu verte αι in ε, et lege, Ἁρμονίαν καλεῖ θεμερῶπιν. Possum excitare ipsum Empedoclem testem hujus correctionis, apud Plutarch. περὶ Εὐθυμίας·

Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη ἱμερῶπις,
Καλλιστώ τ' Αἰσχρή τε, Θόωσά τε Δηναίη τε
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

Ubi libenter legerim Δηναίη τε ut contraria inter se comparentur. Scio nunc quid in animo tute tecum volutes: sed illud tibi confirmare possum, syllabam primam verbi ἱμερῶπις esse productam atque longam. Primus id reposuit Henricus Stephanus ex conjectura, quantum ego ex re ipsa conjecturam facio. Veteres editiones repræsentant καὶ Ἁρμονίη γε μερῶπις. Itaque hic quoque legendum est Ἁρμονίη θεμερῶπις. Hesych. Θεμερῶπις, ἱεροσμία, ἀγχίνοια. Lege ἱεροσμία Ἁρμονίη, auctoritate Empedoclis, nisi si mavis ἱεροσμία αἰσχύνη ex Æschyli Prometheo: Ἐκ δ' ἔπληξέ μυ τὴν θεμερῶπιν αἰδῶ. Αἰδὼς est αἰσχύνη. Perperam huic lectioni Scholiastes et Etymoligici auctor θερμερῶπιν, vocem nihili anteponunt, tanquam θερμαίνουσαν τὴν ὦπα. Atqui eo pacto θερμῶπις esset dicendum: neque enim vel fando auditum est θέρμερος. Pollux tamen VI. 40. τὸ δὲ θερμερύνεσθαι καὶ κιχλιδᾷν κωμικά. MSS. χλιδᾷν vel κυχλοιδᾷν, lege θεμερύνεσθαι καὶ χλιδᾷν, vel χλοιδᾷν, vel κυλοιδᾷν. Hesych. Θέμερον, σεμνόν, ἀφ' ὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι, θεμερύνεσθαι. Θεμερή, βεβαία, σεμνή, εὐσταθής. Θεμερόφρονας, συνετυς, σώφρονας. Sed ut planissime constet, opus est ut Strophen et Antistrophen inter se conferamus: in quibus hi versus respondent ex adverso,

Ἐκ δ' ἔπληξέ μυ τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ.
Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατύνει.

Ubi pro ἀθέσμως ex necessitate metri conjeci legendum esse ἀθέτως. Quam conjecturam firmavit Hesych. Ἀθέτως, ἀθέσμως, ἢ συγκατατιθεμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ Δεσμώτῃ. Lege ὀ συγκατατεθειμένως, *sine consensu et approbatione reliquorum deorum*. Respexit ad hunc locum; neque enim alibi in ea fabula occurrit. Plane jam imperitus sit oportet aut de invidentia laboret, qui de θεμερῶπιν contra veniat. BENTLEIUS in Epistola ad Mill. p. 75.——Αἰδῶ θερμερῶπιν, *pudorem qui faciem rubentem et flammeam efficit*. Θέρμη θερμερὸς, ut βλάβη βλαβερὸς, τρύφη τρυφερὸς, et alia multa: nihil ana-

logicum magis. A θερμερὸς est θερμερύνεσθαι apud Pollucem, quod κωμικὸν dicit, et tale est indole sua. Θερμερῶπιν respuit metrum; id apparet jam, et ignorarunt hactenus eruditi. In Antistropha versus est justo longior, et suo παραλλήλῳ non respondet. Scribe ἄθιτα. —θιτα κρατύνει Antispastus quinque-syllabus, Trochæo vel Iambo resoluto in Tribrachyn. Bentleius ad Malelam ἀθίτως metrum non intelligens. PAUW. Quod ad sententiam attinet parum refert utrum θερμερῶπιν an θερμερῶπιν legas, quod ad metrum plurimum; voce enim priore admissa Ionicum erit, altera Antispasticum. Cum vero terminatur versus Ditrochæo, vel Epitrito secundo propter ἀδιάφορον, quorum pedum uterque cum metro Ionico συμπάθειαν, cum Antispastico ἀντιπάθειαν habet, celeberrimi Bentleii sententiæ accedo legentis θερμερῶπιν, ut versus sit Ionicus a majore, trim. acat. constans ex Ditrochæo (cui in Antistropha respondet Ionicus, fit enim synizesis in voce νεοχμοῖς) Ionico, et iterum Ditrochæo. Non igitur satis causæ est quare viro se longe longeque eruditiori insultet Pauwius metri ignorantiam ei exprobrans, nec sibi tantopere gratuletur, quasi rem ab eruditis hactenus ignoratam primus explicuerit, metrum θερμερῶπιν respuere audacter pronuncians. Sed ita scil. comparati sunt homini mores. Sententiæ autem Bentleianæ confirmandæ non parum confert, quod apud nullum scriptorem Græcum reperitur θέρμερος. Non enim omnia quæ non prorsus respuit analogia statim sunt arripienda, nisi accedat scriptorum etiam auctoritas. Verbum quidem θερμερύνεσθαι apud Pollucem legitur VI. 40. sed corruptum esse videtur, et reponendum θερμερύνεσθαι auctoribus codice Falkenburgiano et Hesychio, apud quem verbum hoc exponitur per σπουδάζεσθαι sensu qui loco isti Pollucis apprime convenit. HEATH. Nimis fastidiose Pauw. Quidni enim in hunc modum Pauwianum etiam Antispasticum servantes metiamur,

Νεοχμοῖς δὲ | νόμοις Ζεὺς ἀθί | τως κρατύνει.

Ultima Epitriti primi pro Antispasto soluta. Plura potui, sed non tali eget defensore Bentleius. Cum vero Antispasticus secundis Epitritis sive Ditrochæis abhorreat, posui Antispasticum trim. hypercat. ex duobus Antispastis et Epitrito tertio; in Stropha vero Epitritum quartum, pro Antispasto (vid. Eurip. Hec. ℣. 422. 943. Phœniss. ℣. 196.) indifferentiam enim primæ syllabæ nihil moror, et versum sic lego,

Ἐξέπληξε δέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ.

Θεμερῶπιν habent Turn. Steph. Θερμερῶπιν fortasse magis arrideat; sed cum nec hanc nec illam vocem agnoscant lexicographi, et ut hoc colon suum παράλληλον tam rotundum, tam sonorum, quod idcirco cum Pauwio nollem turbare æquis ducat pedibus, non possum non illam præ hac amplecti. Ἐξέπληξε δὲ pro ἐκ δ' ἔπληξε eodem nomine veniam deposcit. Si denique retinendæ sint voces θερμερῶπιν et ἀθίσμως, necesse erit hoc vel alio modo disponere;

Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν | θερμερῶπιν αἰδῶ.
Νεοχμοῖς δ' ἀθέσμως | Ζεὺς νόμοις κρατύνει.

Asynartet. ex Antispast. dim. brachyc. et Ithyphallico. Morell. —— Hæc sunt virorum clarissimorum inter se digladiantium certamina, quibus Lectorem fraudatum nolui, ut vera illa ac sana Critica ex Magni Bentleii annotatione, et emendatione Porsoni mox proferenda, suo splendore elucesceret. Moneo tamen, ne semper speret has a me cupedias, quas cum manifesto nihil proficiant, ac non nisi tædium vel potius nauseam faciant, in breve coarctari ac tantum non a me intercidi æquo animo ferat. Quin ut vineta egomet cædem mea, et importune conjicientium ardorem, si forte, comprimam, moneo quod mihi olim evenit, me scilicet, donec Bentleii annotationem legissem, quovis pignore contendere solitum fuisse, legendum hic esse θαλερῶπιν, juxta illud Agathiæ in Antholog. III. 24. θαλερώπιδος Ἠριγενείης. Sed istam emendandi pruriginem iterum atque orati, juvenes ingenui deponite, et ad saniorem illam criticam animos revocate.——Θερμερωπὴν hic habet Ask. C. Θερμῶπιν Colb. 1. Θεμιῤῥῶπιν Turn. Morell. Θεμιρῶπιν Steph. Brunck. Schutz. Pors. qui totum locum sic feliciter ad sanitatem redegit:

Κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρων
Μυχὸν, ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμιρῶπιν αἰδῶ.

ϔ. 135. ΑΠΕΔΙΛΟΣ. Ἀπέδιλος Colb. 2. Hic versus minime pro Iambico est habendus, cum sedem secundam obtineat Anapæstus: revera Prosodiacus est trim. cat. quod metri genus interdum Iambicis syzygiis terminari testis est Schol. ad Hephæst. p. 52. Heath.

ϔ. 136. ΑΙ ΑΙ ΑΙ. Cum versu proximo in Ald. Rob. Turn. Steph. et Canter. conjungitur. Sexies repetitur in Cant. 1. bis tantum in Ven. 2. Colb. 1. 2. Ask. A. Cant. 2. Guelph. Lips. 2. Ald. Rob. Turn. Quater habent, post Heathium, Brunck. Schutz. Pors. ut sit basis Anapæstica. Extra versum esse voluit Morell., sin vero desideretur basis ante parœmiacum, legendum hic Αἶ αἶ αἶ αἶ· τῆς πολυτέκνου, vel mox Πατρὸς Ὠκεανοῦ, pro Monometro accipiendum monet Morell. Malim potius Αἶ αἶ hic esse extra versum, basin vero ante parœmiacum non desidero. Cf. systemata ante Strophas α'. β'. Antistrophen β'. quæ nullam basin habent, itaque hic etiam basin rectius abesse arbitror. Conf. supra ad ϔ. 93.

ϔ. 138. ΕΙΛΙΣΣΟΜΕΝΟΥ. Ἑλισσομένου Ald. Rob.

ϔ. 140. ΕΣΙΔΕΣΘ'. Εἰσίδεσθέ μ' Med. Ask. A. ἰσίδεσθέ μ' Ask. C. Ven. 1. 2. Cant. 1. Ald. Rob. ἰσίδεσθέ μοι Colb. 2. Cant. 2. Ar. Ox. ἰσίδεσθέ μου Guelph. Lips. 2. Obelum præfixum habet in Pors. 2. De ista pronominis adjectione plura dicemus ad ϔ. 176.

ϔ. 141. ΠΡΟΣΠΟΡΠΑΤΟΣ. Πρὸς πατρὸς Med. sed e regione recenti manu προσπορπατός. Προσπαρτὸς Ox. Προσπατὸς Guelph.

ϔ. 142. ΣΚΟΠΕΛΟΙΣ ΕΝ ΑΚΡΟΙΣ. Σκοπέλων Lips. 2. Ἄκραις Ald. Si jungas utramque lectionem commodum sensum efficies sed poeta vix dignum.

℣. 145. ΟΜΙΧΛΗ ΠΡΟΣΗΙΞΕ. Hos versus ita exhibet edit. Ald.

Ὁμίχλη προσῆξε πλήρης δακρύων σὸν δέμας
Δακρύων σὸν δέμας εἰσιδοῦσῃ πέτρᾳ
Προσαναινόμενον ταῖς ἀδαμαντοδέτοις λύμαις.

Error in aperto est. Προσῆξε sine ι subscripto Ald. Rob. Turn.; sed vide quæ ad ℣. 133. Ὁμίχλα Ar. Ven. 2.

℣. 146. ΕΙΣΙΔΟΥΣΗι. Εἰσιδοῦσα Med. Εἰσιδοῦσι Colb. 2. Cant. 1. sed in utroque suprascriptum η, ut sit dativus. Εἰσιδοῦσᾳ Turn.

℣. 147. ΠΕΤΡΑΙΣ. Πέτρα f. pro πέτρᾳ Colb. 2. Πέτρᾳ Ask. C. Ven. 1. 2. Cant. 1. 2. Πέτρᾳ Brunck. Πέτρα προσαβαινόμενον Ar. υ et β scil. in codicibus sunt simillima.

Ibid. ΠΡΟΣΑΥΑΙΝΟΜΕΝΟΝ. Λύμαις cum participio arctius cohæret, quare emendatius legeretur πέτραις πρὸς αὐαινόμενον. PAUW. Immo, cur non conjunctim ut supra, ℣. 133. Δινῆξιν.

℣. 148. ΤΑΙΣΔ'. Ταῖς Colb. 1. 2. Ask. D. Cant. 1. Ven. 2. Ar. Guelph. Lips. 2. Turn.

Ibid. ΑΔΑΜΑΝΤΟΔΕΤΟΙΣΙ. Deest ι in fine Cant. 1. καμαντοδέτοις Ven. 2. Guelph. Lips. 2. An ut ℣. 426. ubi malim tamen ἀδαμαντοδέτοις.

℣. 149. ΟΙΑΚΟΝΟΜΟΙ ΚΡΑΤΟΥΣ'. Οἰακονόμοι κρίτουσ' Ald. quod in κραίνουσ' emendavit in margine vir doctus, lectionem sane haud spernendam, cum et metro conveniat et vitetur tautologia κρατοῦσι —— κρατύνει.

℣. 150. ΝΕΟΧΜΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ. Νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Med. Colb. 1. 2. Ask. A. Ven. 1. 2. Cant. 1. 2. Ar. Ox. Ald. Rob. Pors. Schutz. 2. verissime. Νεογμοῖς Ox. Νεοχμοῖς δὴ νόμοις Lips. 2.

Ibid. ΑΘΕΣΜΩΣ. Bentleii lectionem ℣. 134. recepit Brunck. Pauwius conjecit ἄθετα vel ἄθεσμα. Ob vitandam tautologiam in κρατοῦσι —— κρατύνει Schutz. 1. sic legit, Νεοχμοὺς δὲ νόμους Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει, at in edit. 2. Porsonum sequitur, legentem Νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει, quod unice verum est.

℣. 151. ΠΡΙΝ ΔΕ. Πρὶν γὰρ Guelph.

℣. 152. ΝΕΡΘΕΝ. Ἔρθεν Guelph. omisso ν ob γῆν in eandem literam desinentem.

℣. 154. ΗΚΕΝ. Ἧκε Guelph. Lips. 2. Ald. Rob. Turn. Ἧκ' ἂν Wakefield.

℣. 155. ΑΓΡΙΩΣ. Alii ἀγρίοις· quod epithetum habes et ℣. 175. ubi ait πρὶν ἂν ἐξ ἀγρίων Δεσμῶν χαλάσῃ. Adjungi adjectiva duo uni substantivo apud Græcos poetas novum non est. Legitur et μήποτε pro μήτε, et versu sequenti ἐπεγεγήθει. H. STEPH. Ἀγρίοις Med. Ask. A. Colb. 1. sed in eo suprascriptum ω. Obelum habet ἀγρίως in Pors. 2.

Ibid. ΩΣ. Ὡς pro ὅπως voluit Pauw., quod sine apicibus vix erat intelligendum.

Ibid. ΜΗΤΕ ΘΕΟΣ. Verbum ἐπεγήθει particulam ἂν comitem necessario requirit: legendum igitur μήτ' ἂν θεὸς voce θεὸς in monosyllabam contracta. HEATH. Duriusculum hoc videtur, quin et particula ἂν nonnunquam etiam in modis verbalibus deest.

Vid. Bos. MORELL. Minime audiendus Heathius, reponens ὡς μήτ' ἂν θεός. Legitimam particularum ὡς, ὅπως, ἵνα, significantium *ut*, cum imperfecto vel aoristo indicativi constructionem, licet non rara sint illius exempla, ignoravit vir doctus, metri quam linguæ peritior; nunquam sine naufragio ad hunc scopulum navem appulit. Infra, ℣. 756. ubi ait Io,

Ὅπως πέδῳ σκήψασα τῶν πάντων πόνων
Ἀπηλλαγήν——

ut liberarer, contra librorum fidem emendat ἀπαλλαγείην. In Soph. Œd. Tyr. ℣. 1391.

Ἰὼ Κιθαιρὼν, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
Ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε
Ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς;

Quid acceptum me statim non interfecisti, ne ostenderem. Electr. ℣. 1134, ὅπως θανὼν ἔκεισο. Quæ loca etiam perperam sollicitat. Noster Choeph. ℣. 193,

Εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον' ἀγγέλου δίκην,
Ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην.

Vide Musgrav. ad Eurip. Phœniss. ℣. 216. Valcken. ad Hippol. ℣. 928. et Diatrib. Eurip. p. 149. Cum futuro etiam indicativi ὡς et ὅπως elegantius quam cum subjunctivo construuntur. In Soph. Electr. ℣. 1427. e duobus codicibus edidi,

——μηκέτ' ἐκφοβοῦ
Μητρῷον ὥς σε λῆμ' ἀτιμάσει ποτέ.

Vulgo legitur ἀτιμάσῃ. Sic etiam Antig. ℣. 329. Med. ℣. 173. Œd. Tyr. ℣. 1518. et alibi passim. BRUNCK. Μήποτε θεὸς Colb. 2. Ask. A. B. C. Cant. 1. Ox. Lips. 2. Ven. 1. 2. Guelph. Ald. Rob. invitis contextu et metro.

℣. 156. ΕΠΕΓΗΘΕΙ. Ἐπιγεγήθει Ask. D. Ἐπιγήθει Guelph. Ἐπιγεγήθῃ Rob. Ἐπιγεγήθει Ven. 2.

℣. 157. ΚΙΝΥΓΜ'. In quibusdam libris scribitur κήνυγμα per η. Eustathius legit per ι, exponens αἰώριον εἴδωλον, et a κινύσσω deducit: quare et in Choeph. ℣. 194. ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ κινυσσόμην, reponendum esset ι pro η, contra fidem tamen veterum librorum. H. STEPH. Κήνυγμ' Turn. et sic legendum esse acriter contendit Pauwius, negat enim Prometheum clavis validissime rupi affixum motaculum fieri posse. Sed de lana caprina rixa est. Rem ipsam expressit nostras ille poeta divinus, Par. Amiss. II. 181.

Each on his rock transfix'd, the sport and play
Of racking whirlwinds.——

Et bene monet Heathius quicquid in altum attollitur, ut spectari possit, quia ventis expositum ab iis perpetuo agitatur, ideo κίνυγμα dici posse.

℣. 158. ΕΠΙΧΑΡΤΑ. Ἐπίχαρμα Colb. 1. Lips. 2. Ask. D. Ven. 1. 2. Ox. et in Cant. 1. suprascriptum a secunda manu. Sic Ald. Rob. qui et ἐχθροῖσιν habet contra metrum. Ἐπιχάρματα Ask. C.

℣. 159. ΣΤΡΟΦΗ β'. 1, 2, 3. omnes sunt Iamb. dim. acat. 4. Iamb. trim. acat. 5. Iamb. dim. acat. vide suo loco. 6. Pros-

odiacus dim. hyperc. ἀνακλώμενος. De hiatu nunc constat. 7. Dactyl. tetram. acat. Οὐδὲ λῆ amphimacer est pro dactylo. 8. Dactyl. pent. hypercat. λῆ τις ἂρ etiam amphimacer est. PAUW.! 6. Nulla in hoc versu fit ἀνάκλασις, perperam igitur ἀνακλώμενος a Pauwio appellatur. Hinc etiam constat Pauwium quid sit ἀνάκλασις prorsus ignorasse. 7. Metrum Dactylicum nuspiam nisi in versus terminatione Creticum admittit. Non Dactylicus igitur sed Epionicus est hic versus, constans ex epitrito secundo, Ionico a minore pentasyllabo, et καταληκτικὴ Trochaica. 8. Iterum errat Pauwius. Versus est Dactylicus logaœdicus, constans ex quatuor dactylis et syzygia Trochaica. HEATH. Generalius vero est Asynartet. ex Dactyl. tetram. et Iamb. penth. anacreont. et hoc nomine in duos dividatur. MORELL. Male Morell., λωτον et μυθον pro spondeis videtur habuisse. Si cui versus justo longior videtur, refingat velim,

Ἢ παλάμᾳ τινι
Τὰν δυσάλωτον ἕλῃ τις ἀρχάν·

et similiter in opposito.

ý. 161. ΞΥΝΑΣΧΑΛΑ. Ξυνασχαλεῖ Lips. 1.

ý. 162. ΤΕΟΙΣΙ. Τοῖσι Lips. 1.

Ibid. ΔΙΧΑ ΓΕ ΔΙΟΣ. Δίχα γ' ἰὸς Colb. 1. ubi suprascriptum Καὶ Διός.

Ibid. Ο Δ' ΕΠΙΚΟΤΩΣ ΑΕΙ. Ὠπίκοτος Colb. 1. suprascripto ἐπικότως. Αἰεὶ Ar. Cant. 1. et inverso ordine αἰεὶ ἐπικότως Cant. 2.

ý. 163. ΘΕΜΕΝΟΣ. Τιθέμενος Pauw. Schutz. sed aor. 2. magis placet.

Ibid. ΑΓΝΑΜΠΤΟΝ ΝΟΟΝ. Ἄγναπτον Cant. 1. Ar. Ἄγναμπτον τὸν νόον Arnald. Τὸν ἄγναμπτον νόον Morell. Sed cum displiceret articulus h. l. tentavimus μάλ' ἄγναμπτον· quod non mordicus tenemus tamen. Cf. Sept. Theb. ý. 409. Notat Wass. ad Thucyd. III. 58. hunc morem scribendi a Platonis temporibus in desuetudinem abiisse, et pro γναμφθῆναι καμφθῆναι scribi solitum, pro ἄγναμπτος, ἄκαμπτος, κ. τ. λ.

ý. 164. ΔΑΜΝΑΤΑΙ. Δαμνᾶται Colb. 2.

Ibid. ΟΥΡΑΝΙΑΝ. Οὐνίαν Lips. 1. 2. Guelph. quod monui ut præclaræ emendationi Askevianæ ad Eumen. ý. 570. meum quoque calculum adjiciam. Sic ý. 205. Ὀνῶ Guelph. Lips. 2. Mox λήξῃ habet Lips. 1.

ý. 165. ΚΟΡΕΣΗι ΚΕΑΡ. Κορέσῃ τὸ κέαρ Lips. 1. Guelph.

ý. 166. ΤΑΝ —— ΑΡΧΑΝ. Dorismum non recipiunt Colb. 2. Cant. 2. Ald. Rob.

ý. 167. ΕΤ' ΕΜΟΥ. Ἀπ' ἐμοῦ Med.

ý. 168. ΓΥΙΟΠΕΔΑΙΣ. Γυοπέδαις γ' Cant. 2. γυιοπέδοις Lips. 1. contra analogiam; sed α et ο, inter se, et cum οι, sæpissime confunduntur.

ý. 170. ΤΟΦ' ΟΤΟΥ. Ἐφ' ὅτῳ Ask. D.

ý. 171. ΣΚΗΠΤΡΟΝ ΤΙΜΑΣ Τ'. Σκῆπτρόν τι τιμάς τ' Lips. 1.

ý. 172. ΚΑΙΤΟΙ Μ' ΟΥ. Καί μ' ἤτοι Med. Colb. 1. Ask. D. Rob. Καί τοι μ' ὅτι Ald. Καί μ' ὅτι Colb. 2. Ven. 1. 2. Cant. 1. 2. Lips. 2. Ox. Pors. Schutz. 2. quæ verior lectio, cum secunda in μελιγλώσσοις corripi vix possit. Vid. Dawes. Misc. Crit. p. 196.

Ibid. ΜΕΔΙΓΑΩΣΣΟΙΣ. Μιλιγλώσσοις Ask. A. Lips. 1. 2. Altera lectio præplacet.

ỷ. 173. ΕΠΑΟΙΔΑΙΣΙ. Recte , addunt omnes post Pauw. Ἐπαοιδαῖς Rob. ἐπ' ἀοιδαῖσι Lips. 2.

ỷ. 176. ΔΕΣΜΩΝ. Θεσμῶν tentavit Gilb. Wakefield, frustra. Vide quæ ad ỷ. 97.

Ibid. ΠΟΙΝΑΣ ΤΕ ΤΙΝΕΙΝ. Ποινάς τε μοὶ τίνειν Cant. 1. Ven. 1. 2. Ar. Ald. Rob. Steph. τ' ἐμοὶ τίνειν Cant. 2. Lips. 1. 2. Guelph. Nimirum solent pronomina sæpissime in textum irrepere e glossis interlinearibus, vide supra ad ỷ. 140.

ỷ. 177. ΤΗΣ ΑΙΚΙΑΣ. Τῆσδ' αἰκίας καὶ μαςίξεως Colb. 1. quod manifestum est glossema. Αἰτίας Rob.

ỷ. 178. ΚΑΙ ΠΙΚΡΑΙΣ ΔΥΑΙΣΙΝ ΩΝ. In Marg. edit. Ald. a viri docti emendatione reperio κἂν quod probo, nec tamen ut ille, versum sic legerim, Σὺ μὲν θρασύς τε κἂν πικραῖς δύαισιν ὤν, quanquam, si pro οὐδὲν legatur ὢν οὐκ e quatuor prioribus hujus Strophæ versibus tres trimetri nullo negotio conficiantur, quales Pauwio placent.

ỷ. 179. ΕΠΙΧΑΛΑΙΣ. Ὑποχαλᾷς Lips. 1.

ỷ. 181. ΗΡΕΘΙΣΕ. Ἐρέθισε Turn. Pauw. sed temere augmentum abjiciunt.

ỷ. 182. ΣΑΙΣ ΤΥΧΑΙΣ. Σὰς τύχας Ven. 1. Ox. quod et in suis Codd. Brunckius, suprascriptum repperit. Γὰρ hic obelum præfixum habet Pors. 2.

ỷ. 183. ΠΑ ΠΟΤΕ. Ὄπα Colb. 1. Cant. 1. 2. Ask. B. Ὅπη ποτὶ Colb. 2. Ven. 1. 2. Ald. Ox. et Ar. Ὅποι Ask. D. In Ask. A. Ὅποι ποτε χρή σε τῶνδε πόνων τέρμα κιλσάντα, unum conficiunt versum, et sic Ald. Rob. nisi quod illi κιλσάντ'. Ὅπᾶ ποτε χρῆ σε τῶνδε πόνων Lips. 1. 2. Guelph. κιλσάντα habet etiam Ven. 2.

ỷ. 184. ΕΣΙΔΕΙΝ. Εἰσιδεῖν Colb. 2. Lips. 2. Ἐπιδεῖν Ask. D.

ỷ. 185. ΑΠΑΡΑΜΥΘΟΝ. Οὐ παράμυθον Ask. D. Ven. 1. Ox. Turn. Lips. 1. Guelph. metro forte concinniori, sed in polysyllabis α privativum sæpe produci notissimum est, et vocem ipsam παράμυθον frustra opinor quæras apud Lexicographos. Παραμυθικὸν tamen habet Schol. Apoll. Rhod. II. 624. Contra ἀπαράμυθον apud Euripidem etiam legimus Iph. Aul. ỷ. 620. Φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν, ubi tamen prima corripitur, aliter enim anapæstus erit in tertio loco.

ỷ. 186. ΟΤΙ ΤΡΑΧΥΣ ΤΕ. Ὡς θρασὺς Colb. 1. θρασὺς etiam Ven. 1. 2. Ask. C. errori per se facili ansam quoque dederit forte ỷ. 178. unde illud τε, quod omittunt Colb. 1. Turn. et editt. recentiores procul dubio fluxit. Θραχὺς habent Lips. 2. Rob. Turn. ex vera et falsa lectione conflatum.

ỷ. 187. ΑΛΛ ΕΜΠΑΣ ΟΙΩ. Ita omnes libri, sed cum aperta etiam versus jactura; nam ultra dim. acat. excurrere non debet. Libri olim discreparunt, et in his ἔμπας, in illis οἴω scriptum fuit: quod ad marginem annotatum fefellit imperitos: utrumque bonum, et ἀλλ' οἴω et ἀλλ' ἔμπας, sume quod placet. Pauw. Οἴω non

agnoscunt Giac. Brunck. Schutz. Pors. Ἔμπας rejecit Morell., quod potius retinendum fuit.

ỷ. 188. ΜΑΛΑΚΟΓΝΩΜΩΝ. Basin hic esse negat Morell. quam ante parœmiacum esse mavult. Esto hic ut lubet, quanquam hic etiam vulgata mihi suavius videntur decurrere. Vide nos ad ỷ. 93.

ỷ. 189. ΕΣΤΑΙ ΠΟΘ' ΟΤΑΝ. Τόθ' habet Ask. A. satis bene, sed præstat indefinitum. Τ et Π sæpissime confunduntur inter se et cum Γ. Ὅτ' ἂν Rob.

Ibid. ΡΑΙΣΘΗι. Ῥαιχθῇ Ask. A. Ῥιχθῇ Ar. Ask. C. ubi et ταυτὶ legitur, quæ vox Comicorum est.

ỷ. 190. ΣΤΟΡΕΣΑΣ. Στορέσας τ' Rob.

ỷ. 191. ΑΡΘΜΟΝ. Ἀριθμὸν Cant. 1. 2. Lips. 1. 2. Guelph. Ald. Rob.

ỷ. 195. ΑΙΚΙΖΕΤΑΙ. Punctum hic non agnoscit Ald.

ỷ. 197. ΕΣΤΙΝ. Ἐστὶ Ven. 1. 2.

ỷ. 198. ΔΥΣΠΟΤΜΑ. Δύσποτμος Ask. C.

ỷ. 201. ΕΔΡΑΣ. Ἕδρης Colb. 2. Ar. Guelph. Lips. 2. Ald. Brunck. Schutz. f. melius.

ỷ. 202. ΑΝΑΣΣΟΙ. Ἀνάσσῃ Ven. 2. Cant. 1. 2. Ar. Lips. 2. male.

ỷ. 203. ΑΡΞΕΙΕΝ. Male ι omittitur in Lips. 2. Ven. 2. Guelph. Turn.

ỷ. 204. ΕΝΤΑΥΘ'. Ἐντεῦθ' Ask. B. Ἐντεῦθεν Lips. 2. neutrum bene.

Ibid. ΤΑ ΛΩιΣΤΑ. Τἄριστα Colb. 1. Ask. B. Guelph. quod interpretamentum est.

ỷ. 205. ΧΘΟΝΟΣ. Ar. Γῆς, glossa est aperta.

ỷ. 206. ΑΙΜΥΛΑΣ. Suprascriptum αἱμύλους Colb. 2. Ask. C. Αἱμύλας δέ μου μηχανὰς Rob. vide quæ ad ỷ. 176.

ỷ. 209. ΕΜΟΙ ΔΕ. Ἐμὴ δὲ Colb. 1. Cant. 2. et Colb. 2. sed ibi suprascriptum ἐμοί· et mox ἀλλὰ καὶ Γαῖα Ven. 1. quod habet Ald.

ỷ. 210. ΚΑΙ ΓΑΙΑ κ. τ. λ. Locus contortus et implicitus, quicquid boni comminiscantur interpretes. Periti vident, et verba perdere non necesse. Scripserim lubens, Ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ, νόμον Θέμις, καὶ Γαῖα, κ. τ. λ. νόμον pro κατὰ νόμον *Legum et juris respectu Themis:* μήτηρ, νόμον Θέμις, καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία οὐχ ἅπαξ προὐτεθεσπίκει. Pauw. Nihil in hujus loci constructione nisi simplicissimum, nihil contorti aut impliciti video, quicquid bonus comminiscatur Pauwius. Heath. Magna quidem difficultas, a nemine adhuc, quod meminerim, observata, ex hoc versu oritur. Primum enim Æschylus ipse in principio Eumenidum, quod Stanleium ad h. l. non fugit, diserte Themin a Γαίᾳ distinguit, illamque hujus filiam nominat, in quo ei cum Hesychio et Apollodoro convenit. Deinde, ỷ. 874. Themin Titanida appellat, ex quo denuo intelligitur, tragicum nostrum ab hac genealogia non discessisse. Titanides enim sunt, Apollodoro teste, Cœli et Terræ filiæ, Titanum sorores, Tethys, Rhea, Themis, Mnemosyne, Phœbe, Thea. Aperte igitur sibi Æschylus in eadem tragœdia repugnaret, si Themida eandem et Terram

esse illi. diceret, cum tamen, ỳ. 874. illam inter Titanidas, h. e. inter Terræ filias, retulisset. Accedit quod, ỳ. 205. Prometheus Titanas Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα, Cœli et Terræ filios nominat. Jam si eadem Χθὼν sive Γαῖα ipsius quoque mater fuisset, cur Titanas non potius fratres suos appellaret? Aut cur Themis, si eadem et Γαῖα fuisset, non item reliquis filiis Titanibus, sed soli Prometheo quæ in fatis essent prædixisset? Quæ cum ita sint, totum hunc versum spurium, Æschylo plane indignum, atque ex glossa marginali, seu Grammatici interpretatione intrusum esse censeo. SCHUTZIUS. Mihi tamen, si liceat a viro de Æschylo optime merito discedere, hic versus pro genuino habendus est. Primum enim, in tantis fabularum erroribus, non semper ab iisdem eadem traduntur. Sic Virgilio, Georg. I. 6. Liber et Ceres eadem habentur numina quæ Sol et Luna; Sol etiam apud Macrob. Sat. I. 18. non solum Liber et Διόνυσος, sed Jupiter, Mars, Mercurius, Hercules. Luna item Diana et Proserpina, hæc tamen Cereris, illa Latonæ filia perhibetur. Deinde nihil est quod, ỳ. 874. Themin Titanida appellaverit, si enim proxime sequenti versiculo poeta hoc dixisset, argumento Schutzii pondus accederet; quod vero tanto intervallo et ibi et Eumen. ỳ. 2. et 6. illam Terræ filiam nominaverit, id illi, de causis quas supra memoravi condonandum est. Tertium argumentum quo Schutzius innititur leve est; ipse enim Prometheus in nobili fragmento apud Attium, q. v. Titanas germanos vocat, sic eos allocutus,

Titanum soboles, socia nostri sanguinis.

Quin et in hac ipsa tragœdia, ỳ. 347. Atlanta unum e Titanibus, Promethei fratrem vocat. Et ỳ. 427.

Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις
Δαμέντ' ἀκαμαντοδέτοις
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεῶν
Ἄτλανθ'.

Ubi ex voce ἄλλον, Prometheum quoque unum e Titanibus Æschylo fuisse satis patet. Sic et Eurip. Phœniss. ỳ. 1129. nostrum in Sept. Theb. ỳ. 440. secutus; et Soph. Œd. Col. ỳ. 56. Cur vero Themis cum Prometheo præ cæteris Titanibus consilia communicaret causa in aperto est, horum nempe ferocitas, illius mitis prudentia. Alio etiam argumento confirmari potest genuinum esse hunc versum, quod Tragicus noster, cum rem paulo obscuriorem impeditioremque, qualia multa, expresserit, eam aliis verbis repetere soleat. Supra, ỳ. 7. τὸ σὸν γὰρ ἄνθος; cum dixisset, subdit παντέχνου πυρὸς σέλας. Sic Sept. Theb. ỳ. 490. quid per ἅλω πολλὴν voluerit, notioribus illis ἀσπίδος κύκλον λέγω, declarat. Et tales sunt epexegeses apud nostrum ubique obviæ. Hic itaque, ne quis forte miraretur duas Prometheum matres nominasse, rem clarius exponit, adjectis illis, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία. Hunc igitur versiculum ab Æschylo profectum esse quovis pignore contendam.

ỷ. 213. ΧΡΕΙ' Η ΔΟΛΩι ΔΕ ΤΟΥΣ ΥΠΕΡΕΞΟΝΤΑΣ ΚΡΑΤΕΙΝ. Nos χρὴ, ἢ in impressis, at alii χρεὶ ἢ, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερέχοντας κρατεῖν, quæ lectio non solum diversum sed plane contrarium sensum efficit. Nam priorem illam sequendo, sententia hujus loci fuerit, neque vim neque fraudes debere ab iis qui dominari vellent adhiberi. At ex posteriore hic sensus colligitur, dolos satius esse adhiberi ab illis quam vim. Prior illa sententia videtur suspensum relinquere animum lectoris; nam si neque violentiæ neque technis ac fallaciis locus est, qua tandem arte utentur? Scimus enim hæc duo conjungi solere, unde dictum est a Latino poeta, *Dolus an virtus quis in hoste requirat?* Posterior autem lectio et hoc incommodum vitat, et aptissime cum præcedentibus cohæret, meo quidem judicio: nam per αἱμύλας μηχανὰς nihil aliud intelligo quam dolum. Sed et ratio versus posteriori huic lectioni magis assentitur: nam etsi cum ὑπερέξοντας similis alicujus loci auctoritate defendi potest, durissimus tamen est. Nolo igitur lector fucum tibi facere: altera illa lectio omnino mihi magis probatur; quæ tamen a me in contextum recepta non est, quod ex veteri Victorii codice adnotata non esset. H. Steph. Χρὴ ἢ δόλῳ τοὺς præter Steph. habent Cant. 2. Ask. A. Ald. Turn. et in margine Ald. post τοὺς, θεοὺς inserendum monuit vir doctus, credo ut metro subveniret. Χρὴ ἢ δόλῳ τοὺς ὑπερέχοντας Ven. 1. 2. Χρῆν, ἢ δόλῳ τοὺς Cant. 1. Χρῆ, δόλῳ τι τοὺς Ask. B. Guelph. Lips. 2. Τοὺς ὑπερίσχοντας Colb. 1. Ask. A. D. quod genuinæ proximæ accedit. Ὑπερέχοντας Cant. 2. Colb. 2. Ask. C. Ald. Rob. Optime emendat Dawes. Misc. Crit. p. 333. χρείη, opt. verbi χρὴ, quam lectionem recipiunt Brunck. Schutz. Ὑπερέχοντας item Brunck. at ὑπερέξοντας servat Schutz. qui anapæstum in quarto loco non semper a Tragicis evitatum fuisse, frustra contendit, et in edit. 2. ὑπερέχοντας habet. Unice verum est quod repræsentat edit. Pors. Χρείη, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερσχόντας κρατεῖν.

ỷ. 214. ΕΞΗΓΟΥΜΕΝΟΥ. Ἐξισουμένου Rob.

ỷ. 216. ΚΡΑΤΙΣΤΑ. Κράτιστον Rob. sic etiam suprascriptum in Lips. 2. Et mox pro δέ μοι, δέ μι habet Ask. A. Δέ μοι Ven. 1. 2.

ỷ. 217. ΠΡΟΣΛΑΒΟΝΤΙ. Προσλαβόντα Colb. 1. Cant. 1. 2. Brunck. idque tuetur v. cl. ex Androm. ỷ. 26. Med. ỷ. 660.

Ἀχάριστος ὄλοιθ', ὅτῳ πάρεστι
Μὴ φίλους τιμᾷν, καθαρὰν ἀνοιξάν-
τα κλῇδα φρενῶν.——

Sed ibi vulgo legitur ἀνοίξαντι. Melius idem provocat ad Med. ỷ. 813.

——σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν
Τάδ' ἐστι, μὴ πάσχουσαν ὡς ἐγὼ κακῶς.

Vide præterea ỷ. 744. 855. ejusdem tragœdiæ. Hac scil. casuum enallage Tragici delectantur. Brunckium sequitur Schutz. recteque monet, doctiorem lectionem προσλαβόντα, facile a librariis in dativum converti potuisse, at vice versa non item. Προσλαβόντα item Pors. quam quidem constructionem apud solutæ orationis

scriptores reperias. Lucian. Necyom. c. 4. Ἔδοξέ μοι ἐλθόντα παρὰ τοὺς καλουμένους τούτους φιλοσόφους, ἐγχειρίσαι ἐμαυτόν.

ỷ. 218. ΕΚΟΝΘ'. Ἑκὼν θ' Cant. 1. et suprascriptum τε.

ỷ. 219. ΕΜΑΙΣ ΔΕ. Ἐμαῖς τε Colb. 2. Ask. A. Ven. 1. 2.

Ibid. ΜΕΛΑΜΒΑΘΥΣ. Μελαμβαφὴς Colb. 1. Lips. 1. Guelph. Rob. Μελαμβαφὴς Ask. C. Μελαμβαθὺς Ven. 1. 2. Cant. 1. Μελαμβαθὴς Ox. Cant. 2. Ald. Μελαμβαθὴς Ask. D. Ar. Steph. in Delectu Trag. 1567. quam lectionem pulchre asserit Abresch. ex Eurip. Phœniss. ỷ. 1017.

Σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ
Δράκοντος.——

Adjungi possit etiam Apoll. Rhod. Argon. IV. 517.——ἐπ' Ἰλλυρίοιο μελαμβαθέος ποταμοῖο, nisi eo in loco a μελαμβαθὴς deduci malis. Μελαμβαθὴς habent etiam h. l. Brunck. Schutz. Pors. quibus me adjungi liceat.

ỷ. 223. ΚΑΚΑΙΣΙ. Κακῇσι Cant. 1. sed in ποιναῖς Ionismum non retinet.

Ibid. ΠΟΙΝΑΙΣ. Τιμαῖς Guelph. Mosq. 1. eodem sensu quo Schutz. in Not. Var. Philolog.

Ibid. ΕΞΗΜΕΙΨΑΤΟ. Haud displicet lectio quæ est in Ar. et Cant. 2. ἀντημείψατο.

ỷ. 224. ΕΝΕΣΤΙ. Ἔστι Cant. 1.

ỷ. 226. Ο Δ' ΟΥΝ ΕΡΩΤΑΤ' ΑΙΤΙΑΝ ΚΑΘ' ΗΝΤΙΝΑ. Aliquid erasum est ante αἰτίαν in Colb. 2. forte ι μ' nam ἐρωτᾶτέ μ' αἰτίαν habent Ask. B. C. Ven. 1. 2. Cant. 1. 2. Ald. ἐρωτᾶτ' ἐμ' Lips. 2. Rob. Cf. supra, ỷ. 176. Αἰτίων habet Cod. Med.

ỷ. 229. ΚΑΘΕΖΕΤ'. Lege Ἐκαθίζετ'. Attici enim augmentum nunquam abjiciunt. Heath. Contra vero probat cl. Markland. ad Eurip. Suppl. ỷ. 728. Atticos nonnunquam hoc omittere, ex duobus exemplis scil. Bacch. ỷ. 766. 1082. quibus Heathius non dignatus est in Notis medicam manum admovere. Illa tamen insanabilia nollem dicere, sed plura de his alibi. Lectorem modo hic admonitum velim Tragicos hanc eadem forma vocem usurpasse. Eurip. Phœniss. ỷ. 75. Soph. Œd. Col. ỷ. 1668. Trach. ỷ. 935. Morell. Cod. uterque cum editis καθίζετ', sine augmento, quod cur hic omitteret poeta, nulla erat causa. In Soph. Œd. Tyr. ỷ. 1249. ubi vulgo γοᾶτο legitur, eadem ratione edidimus ἐγοᾶτο. Brunck. Brunckium sequitur Schutz. sed litem dirimat literarum coryphæus ille Porsonus, qui in Præfat. ad Euripidis Hecubam, p. v. hæc scribit. "In Hecuba, ut a me edita est, neque omissi verborum augmenti, neque admissi in paribus senariorum locis anapæsti exemplum occurrit. Locus unicus qui priori licentiæ in hoc dramate favet, ab ipso Brunckio, acerrimo alias hujus licentiæ vindice, emendatus est. Et cum rarissima omnino sint talia exempla, quorum tria in Bacchis, corruptissima pæne omnium fabula reperiantur, plane persuasum habeo, non licuisse in Attico sermone augmentum abjicere." Hactenus vir summus, qui tamen et in Phœniss. ỷ. 75. καθίζετ'

ἀρχῆς, et hic etiam καθίζειν' edidit; cujus rei causam docet in Supplemento ad Præfat. Hec. p.xxiv. "Quod ait Brunckius, quædam esse verba, quibus solenne sit augmentum abjicere, verba ea quæ augmentum nunquam habuere, abjicere non possunt. Attici semper dicunt ἄνωγα, nunquam ἤνωγα, sed augmentum plusquam perfecto tempori reservant. Similis est ratio in καθιζόμην, καθήμην, καθεῦδον, quibus augmentum non præponunt Tragici, Comici pro arbitrio vel præponunt vel abjiciunt. Erravit igitur Brunck. ad. Prom. Vinct. ỳ. 229." Hactenus vir incomparabilis.

Ibid. ΔΑΙΜΟΣΙΝ. . Δαίμοσι Ar. Ald.

Ibid. ΝΕΜΕΙ. Versus magis amat νέμει quam νέμειν. Nec eadem ubique requiruntur tempora. Stanleius tricatur. Pauw. In verbo νέμει temporum ratio melius servari debuit, quicquid tricatur Pauwius, neque a solœcismo longe absunt νέμει et διεστοιχίζετο per copulam connexa. Si prodiret codex qui δαίμοσι τ' ἔνεμεν repræsentaret lubens sane scripturam eam amplecterer. Heath. Audiendus forte Heathius, nam δαίμοσιν ἔνεμεν, quod voluit Morell., meis auribus ingratissimum sonat, et νέμει inter tot verba vel in imperfecto vel in aoristo usurpata, minus concinnum est, quamvis defendi posse haud negaverim.

ỳ. 232. ΟΥΔΕΝ'. Οὐδένα Ald. Rob.

Ibid. ΑΙΣΤΩΣΑΣ. 'Αιστώσας Marg. Ask.

ỳ. 233. ΦΙΤΕΥΣΑΙ. Φιτῦσαι Cant. 2. Φυτῦσαι Guelph. Lips. 2. Colb. 2. Ald. Φυτεῦσαι Cant. 1. Colb. 1. Rob. quod metro repugnat.

ỳ. 235. ΕΓΩ ΔΕ ΤΟΛΜΗΣ. Alii τόλμης, quæ lectio non intelligo quomodo stare possit: nam dicere verbum ἐξελυσάμην ad genitivum hunc τόλμης ferri, ineptissimum esset, cum feratur ad τοῦ μή. Existimo igitur aut τολμῆς, (sicut τολμήεντα θυμὸν dixerunt,) aut non τόλμης genitivum nominis τόλμα, sed τόλμησ' cum apostropho legendum; ut videlicet sit aoristus verbi τολμάω, sublato incremento: atque ita distinguendum fuerit ante ἐξελυσάμην. Sic aliquando pro, *Aude hoc facere*, dicimus, *Aude, hoc facito*. Quæ prior vox et illic absolute ponitur, *Audentes fortuna juvat*, id est τόλμαν ἔχοντας, vel τολμῶντας· ita enim sine casu sæpe etiam a Sophocle usurpatur. Quæ dicit Scholiastes videntur etiam conjecturæ meæ suffragari. Legitur autem et ἐξερυσάμην pro ἐξελυσάμην. H. Steph. Schol. α'. Τινὲς ἀντὶ τοῦ, ἐγὼ δὲ ἐτόλμησα καὶ τὸ ἑξῆς μετὰ ἤθους. Voluit sine dubio, legisse et distinxisse quosdam ἐγὼ δ', ἐτόλμησ', ἐξελυσάμην βροτοὺς τοῦ μὴ κ. τ. λ. 'Ετόλμησα interponitur, et ἐγὼ δ' ἐξελυσάμην cohæret, idque ἐν ἤθει dictum putabant Magistelluli isti. Verissima est recepta lectio, et τολμῆς idem quod τολμήεις, Pauw. Verissima mihi videtur scriptura quam suppeditat Schol, α'. 'Εγὼ δ' ἐτόλμησ'. *Ego vero hoc facinus ausus sum.* Τολμῆς pro τολμήεις, quod Pauwio placet, frigidissime hic interponeretur. Heath. Alii τόλμης, gen. subaudito ἕνεκα vel διὰ, quod sane non prorsus improbo. Vid. Soph. Œd. Tyr. ỳ. 541. Morell. Legendum 'Εγὼ δ' ἐτόλμησ', scil. ἀντιβαίνειν. Scholiastæ debetur hæc lectio Valckenario probata ad

Phœniss. ℣. 856. Brunck. In ἐτόλμησα ——ἐξερυσάμην asyndeton est, fervorem animi ex merito gloriantis prodit. Schutz. Τολμῆς Colb. 2. Τόλμας Ask. B. suprascripto η. Τόλμης habent Gud. apud Schutz. 2. Ald. Ἐγὼ δ' ὁ τολμῆς exhibent Ven. 2. uterque Cant. et Ar. quæ lectio minime spernenda est, friget enim ἐγὼ δὲ τολμῆς sine articulo, at si cum articulo legas locum plane gemellum habes apud Œd. Tyr. ℣. 397. Nec tamen negaverim pulcherrimam esse lectionem ἐγὼ δ' ἐτόλμησ', quam præter Brunck. et Schutz. admisit etiam Porsonus, sed eligant lectores.

Ibid. ΕΞΕΛΥΣΑΜΗΝ. Ἐξερυσάμην Ask. A. C. Ven. 1. 2. Ox. In Ask. B. quoque ἐξερυσάμην, sed ibi suprascriptum λ. Ἐξερυσάμην habent etiam Ald. Turn. Cant. Giac. Brunck. Schutz. Pors. idque Schutzius exquisitius et ornatius judicat quum ἐξελυσάμην.

℣. 236. ΤΟΥ ΜΗ ΔΙΑΡΡΑΙΣΘΕΝΤΑΣ. Versum ita corrigendum esse arbitror, Τὸ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν. In tali enim constructione, post verba *cavendi, liberandi*, et similia, sequens articulus τὸ ante μὴ, significat idem ac ὥστε, quod recte observavit cl. Brunck. qui exemplum quoque affert hujus τὸ a librariis perperam in τοῦ mutati, quod h. l. quoque factum esse contendimus. Altera autem negatio post οὐ sæpius excidit. In vulgata etsi ἐξερυσάμην cum genitivo τοῦ bene construitur, tamen negatio μὴ abundare videtur. Schutz. Notum quidem est, post verba ea, quæ natura sua aliquam negationem aut detractionem significant, etiam præter necessitatem particulam μὴ adhiberi, ut ℣. 248. Θνητοὺς ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον· e quo versu τι ejiciendum. In hoc genere exemplorum ὥστε omissum volunt grammatici, ut μὴ non abundet: idque recte videntur facere. Non tamen idcirco ii loci in quibus ὥστε non potest ad explicationem adhiberi, in corruptis habendi sunt. Nam quemadmodum in aliis dicendi formulis apud Græcos duplex negatio præter necessitatem adhibetur, sic idem etiam tum recte fit, quum altera negatio occultius delitescit. Quod ut Æschylus fecit in his ἐξερυσάμην τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς ᾅδου μολεῖν, ita Xenophon scripsit in Cyropæd. II. 4. Οὓς δὲ μὴ δύναιντο λαμβάνειν, ἀνασοβοῦντες ἂν ἐμπόδιοι γίγνοιντο τοῦ μὴ ὁρᾷν αὐτοὺς τὸ ὅλον στράτευμα. Et in Anabasi, I. 3. Κλέαρχος δὲ τότε μὲν μικρὸν ἐξέφυγε τοῦ μὴ καταπετρωθῆναι. Herman. Obss. Critt. c. 1.

℣. 237. ΤΩΙ ΤΟΙ ΤΟΙΑΙΣΔΕ. Τῷ ταῖς τοιαῖσδε Med. sed antiqua manu suprascriptum τοι. In Colb. 2. Τοίαις δὲ τῷ τοι a secunda manu. Τῷ τοιαῖσδε Rob. priore τοι omisso, ut sæpe fit in verbis quæ syllabam præcedentem repetunt.

℣. 238. ΑΛΓΕΙΝΑΙΣΙΝ. Αἰγειναῖσιν Rob. nimirum sublato crure altero ex Λ fit I. Hinc Π Γ Λ et I sæpissime confunduntur.

℣. 241. ΖΗΝΙ. Comma post Ζηνὶ habet Ar. ut ab ἐῤῥύθμισμαι potius quam δυσκλεὴς θέα pendeat: minus bene.

℣. 243. ΞΥΝΑΣΧΑΛΑΙ. Συνασχαλᾷ Cant. 1. 2. Lips. 2. Ald. Rob. Turn. Sed omnino retinendus est Atticismus ubicunque per metrum licuerit.

℣. 245. ΑΛΓΥΝΘΗΝ. Ἠλγύνθην Colb. 2. Cant. 1. Ἠλγύνθην Lips. 2.

[illegible] Ven. 2. Ar. Cant. 2. cui lectioni favet Heath. cum Schol. β'. et receperunt Brunck. Schutz. Pors. Vide ad ỷ. 229.

ỷ. 246. ΕΛΕΕΙΝΟΣ. In Prometh. ỷ. 246. ἐλεεινὸς verbum est Atticis ignotum, qui semper ἐλεινὸς usurpant, alterum ne extra quidem Iambos et Trochæos. Et tamen quam multo commodius anapæstico vel dactylico metro aptatur vox quadrisyllaba quam trisyllaba. Trisyllaba est in dactylico metro Sophocl. Philoct. ỷ. 1130. Ἢ σῦ ἐλεινὸν ὁρᾷς φρένας εἴ τινας, in anapæstico, Aristoph. Ran. ỷ. 1095. ῥάκι' ἀμπίσχων ἵν' ἐλεινὸς, in Heroico, Homeridæ Hymn. in Cerer. ỷ. 264. Τῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινήν. Imperiti scribæ, quibus nulla fere metri species, præter Homericam, cognita erat, tantum non omnes Atticas formas in Ionicas mutarunt, cæterorum metrorum securi. Ne longe abeam. Frequens est versus Iambici clausula, ὦ μέλε. Verum in hac clausula, ubi librariorum licentiam metrum compescere debebat, MSS. non raro dant, ὦ μέλεε, aut corruptius adhuc, ὦ μέλαινε. Porro Atticæ linguæ analogia hanc scripturam flagitat. Ut enim a δέος formatur δεινὸς, ut a κλέος κλεινὸς, sic ab ἔλεος formatur ἐλεινός. Ut nunquam δεεινὸς, κλεεινὸς usurpant Attici, sic nunquam ἐλεεινὸς usurpant. PORSONUS, Præfat. ad Eurip. Hec. p. ix. qui tamen in edit. 1. ἐλεεινὸς expressit, at ἐλεινὸς Pors. 2. Schutz. 2.

ỷ. 247. ΜΗ ΠΟΥ ΤΙ ΠΡΟΥΒΗΣ. Οὐ μήν τοι πρὔβης Colb. 1.

ỷ. 248. ΘΝΗΤΟΥΣ Τ' ΕΠΑΥΣΑ. Θνητούς γ' ἔπαυσα Lips. 2. Pors. Schutz. 2. quod certe melius, sed deest omnino copula in Ald. Rob. Turn. et Grot. in Excerpt. et sine ullo sensus incommodo abesse potest, eamque abjiciendam monuit Hermannus quem vide ad ỷ. 236. mox προσδέρκεσθαι dat Ven. 2. quod minus placet.

ỷ. 256. ΑΙΚΙΖΕΤΑΙ ΤΕ. Αἰκίζεταί σε Colb. 2. quod vitiose repetitum ex versu præcedente. Deest τε in Ar. et Lips. 2.

Ibid. ΟΥΔΑΜΗ. Οὐδαμῶς Lips. 2.

ỷ. 257. ΟΥΔ' ΕΣΤΙΝ. Οὐδὲν ἔστιν Rob. male.

Ibid. ΑΘΛΟΥ. Ἄθλων Guelph. Conf. ỷ. 262.

ỷ. 258. ΚΕΙΝΩι. Ἐκείνῳ Colb. 2. Ar. Marg. Ask. Ald. sed rectius κείνῳ.

ỷ. 259. ΔΟΚΕΙ ΔΕ ΠΩΣ. f. Δόξει δέ; πῶς; Schutz. ut δὲ h. l. respondeat Latinorum *autem*. *Placebit autem? quomodo?* Cf. Ter. Adelph. V. 6. ÆSCH. *Fac promisi ego illis.* MI. *Promisisti autem.* Sed satis bene distinguitur in vulgatis.

ỷ. 262. ΑΘΛΩΝ. Ἄθλου Colb. 2. Ask. A. C. Cant. 1. 2. Guelph. Lips. 2. Ven. 2. Ar. Schol. β'. Brunck. Schutz. utrumque probum est.

ỷ. 263. ΕΛΑΦΡΟΝ. Ἐλαφρὸς, *pronus est*, Garb. minus bene.

ỷ. 264. ΤΟΥΣ ΚΑΚΩΣ ΠΡΑΣΣΟΝΤΑΣ. Uno versu legunt Ald. Rob. In facilem emendationem Stanl. τὸν κακῶς πράσσοντ', quam quidem verissimam esse arbitror, (præsertim cum ad *se solum* respiciat Prometheus) incidit etiam Heath. Vulgatam tuetur Brunck. qui anapæstum in secunda ferri posse contendit, allatis hujus tragœdiæ ỷ. 353, 354. 471. Sept. Theb. ỷ. 568. de quibus

videndum erit suo loco. Sophocleum illud Œd. Col. ℣. 1169. Ὦ φίλτατ' ἐπίσχες ὅπερ εἶ varie legitur. Ὦ φίλ' ἐπίσχες ex conj. Scal. Ὦ φίλτατ' ἴσχες Ald. H. Steph. Burton. in Pentalogia, rectius forte, Ἐπίσχες, ὦ φίλ', ὅπερ εἶ. In Eurip. Phœniss. ℣. 1652. quem citat Brunckius, mendum jam sustulit Porsonus, legendo ἱδῶσαι pro ἱκτῶσαι. Possis item forte dicere ιω in unam syllabam coalescere, ut in Pers. ℣. 35. Αἰγυπτιογενής, et ἰωαλίω in Euripid. Hippol. ℣. 129. ——Τοὺς κακῶς πράσσοντας habet Porsonus, at in edit. 2. obelum præposuit.

℣. 265. ΗΠΙΣΤΑΜΗΝ. Ἐπιστάμην Lips. 2. minus bene.

℣. 267. ΘΝΗΤΟΙΣ Δ' ΑΡΗΓΩΝ. Deest δ' in Rob. et mox πορίμων Cant. 2.

℣. 268. ΟΥ ΜΗΝ ΤΙ. Alii οὐ μὲν τι. Scholiastes illo, non hoc modo legit. H. STEPH. Οὐ μὴν τοι Ven. 1. Guelph. Lips. 2. Οὐ μὲν τοι Ald. Οὐ μὲν τι Turn. Οὐ μὴν γε Ar. Ven. 2.

Ibid. ΠΟΙΝΑΙΣ. Abest γ' a Lips. 2. Ald. Rob. Turn. Grot. Excerpt. Ποιμοναῖς Ven. 1.

℣. 269. ΚΑΤΙΣΧΑΝΕΙΣΘΑΙ. Deest hic versus in Colb. 2. Stanleii emendationem κατισχνανεῖσθαι in textum receperunt Pors. Schutz. 2.

℣. 271. ΚΑΙ ΜΟΙ. Deest hic versus in Colb. 2. Καὶ μὴν Cant. 1. sed οι suprascriptum a secunda manu. Καί τοι Rob.

Ibid. 'ΑΥΡΕΣΘ'. Ὀδύρεσθ' Colb. 1. Sed legendum ἄχθεσθ' ut docet Porsonus ad Hec. ℣. 734. et sic post eum Schutz. 2.

℣. 273. ΜΑΘΗΤΕ. Μάθοιτε Colb. 2. Cant. 1. 2. Ar. Ven. 2. male.

℣. 274. ΠΕΙΘΕΣΘΕ ΜΟΙ ΠΕΙΘΕΣΘΕ. Repetitur μοὶ post alterum πείθεσθε solenni errore, Colb. 1. de quo supra ℣. 176.

℣. 275. ΤΑΥΤΑ. Alii ταῦτα. Ex utraque lectione sensum elicit Scholiastes. H. STEPH.

℣. 277. ΕΠΕΘΩΥΞΑΣ. Ἐθώϋξας Colb. 2.

℣. 278. ΤΟΥΤΟ ΠΡΟΜΗΘΕΥ. Monometrum hic sublatum post ℣. 283. reponit Morell. ut sint eo usque omnes dimetri. Sed vide quæ ad ℣. 93.

℣. 279. ΚΡΑΙΠΝΟΣΣΥΤΟΝ. Κραιπνόσυτον Ask. A. quod laboranti metro subvenit. Et sic post Morell. omnes.

℣. 280. ΘΩΚΟΝ. Θῶκον Ask. A. Cant. 1. 2. Guelph. Lips. 1. Ar. Brunck. qui θᾶκον etiam ℣. 837. ubi nulla codicum variatio, reponit. Θάκος et θῶκος promiscui plane usus esse voces affirmat Trillerus ad Thomam Mag. in voce Θάκος. Cf. etiam Bos. Animadv. ad Script. Græc. c. 50. p. 198. Θᾶκον habent Schutz. Pors. quibus assentior.

Ibid. ΑΙΘΕΡΑ Θ' ΑΓΝΟΝ. Αἰθέρ' ἁγνὸν Ar. Ald. Rob.

℣. 281. ΟΚΡΥΟΕΣΣΗι. Ὀκριοέσσῃ Lips. 1. quod secundum Hesychii interpretationem perinde est. Sed aliter Brunck. qui h. l. ὀκριοέσσῃ legendum, et Hesych. emendandum esse admonet. Certe vel ὀκριοέσσῃ, ut exponit Schol. α'. τραχείᾳ, vel ὀκρυοέσσῃ, h. e. ψυχρᾷ, χαλεπῇ loco ubi religatus erat Prometheus conveniunt; et hoc illo forte magis poeticum. Nam rupes aspera nihil habet quod Promethei dolores augeat; frigida autem pœnæ aliquid vel possit

addere; et cum ὀκρυοέσσῃ χθονὶ faciunt ea quæ supra dicta sunt, ỳ. 25. Ὀκριόεσσῃ tamen Schutz. Pors.

ỳ. 283. ΑΚΟΥΣΑΙ. Ἀκοῦσαι Ven. 2. Rob.

II.

ỳ. 285. ΠΡΟΣ ΣΕ. Desunt in Lips. 1.

ỳ. 287. ΑΤΕΡ ΕΥΘΥΝΩΝ. Εὐθύνων ἄτερ Lips. 1. male.

ỳ. 288. ΞΥΝΑΛΓΩ. Συναλγῶ Med. Colb. 1. quod metri gratia legendum vidit etiam Stanleius, et sic post eum omnes.

ỳ. 292. ΝΕΙΜΑΙΜ'. Νέμοιμ' Cant. 1. 2. Colb. 2. Lips. 2. Ven. 2. Ar. Ald. Rob. Γε νέμοιμ' Turn. Sed recte monet Pauw. quod a Bentleio surripuit, anapæstos rarius ab δὴ, γε, incipere. Versum complevit Morell., ut omnes sint dimetri ad ỳ. 296. qui est monometer ante parœmiacum. Vide ad ỳ. 93.

ỳ. 293. ΕΤΥΜ' ΟΥΔΕ ΜΑΤΗΝ. Ἐτήτυμα Ox. Colb. 1. 2. Lips. 1. 2. Guelph. Ἐτήτυμ' Ar. Ask. A. Ald. Ἐτήτυμ' οὐ μάτην Ask. B. Ἐτήτυμον δὲ Ask. D. mox κοὐδὲ Lips. 1. Totum locum sic legit Ven. 2. Γνώσῃ τάδ' ὡς ἐτήτυμα.

ỳ. 294. ΧΑΡΙΤΟΓΛΩΣΣΕΙΝ. Legitur in quibusdam exemplaribus σε χαριτογλωσσεῖν, in aliis σοὶ τὸ χαριτογλωσσεῖν, Athenæus autem, Deipnosoph. IV. locum hunc citans legit, Γνώσει τάδ' ὡς ἔτυμά γ' οὐδὲ γὰρ μάτην χαριτογλωσσεῖν. Ubi etiam γνώσει observa, Ἀττικῶς. H. STEPH. Σοὶ χαριτογλωσσεῖν uterque Cant. Lips. 2. Ask. A. C. Σὲ Guelph. Ask. B. D. Ven. 1. 2. Ald. Σοὶ τὸ χαριτογλωσσεῖν Rob. vide supra ad ỳ. 176. Χαριτογλωττεῖν contra morem Tragicorum Ask. A. D.

ỳ. 295. Ο,ΤΙ ΧΡΗ. Εἴτι χρὴ Rob. et mox ξυμπράσσειν Brunck. Schutz. Pors. omnino recte.

ỳ. 296. ΠΟΤ' ΕΡΕΙΣ. Ποτὲ φῇς Colb. 2. Ask. B. ποτὲ φῇς Ox. Ald. ποτ' ἔφῃς Lips. 2. ποτὲ φήσεις Ar. Omnia sunt ex glossa.

ỳ. 297. ΒΕΒΑΙΟΤΕΡΟΣ ΣΟΙ. Ἄλλος addit Ask. A. Rob. vero legit φίλος ἕτερος ἔστι βεβαιότερός σοι, utrumque debetur glossatori.

ỳ. 298. ΚΑΙ ΣΥ ΔΗ. Abest δὴ a Lips. 2. Ald. Rob.

ỳ. 301. ΑΥΤΟΚΤΙΤ'. Αὐτόκτιτ' Colb. 1. Ald. Rob.

ỳ. 302. ΘΕΩΡΗΣΩΝ ΤΥΧΑΣ ΕΜΑΣ. Θεωρὸς τύχας ἐμᾶς Ald. nescio an voluerit θεωρὸς ὤν.

ỳ. 303. ΑΦΙΞΑΙ. Ἀφίξῃ Colb. ῃ et αι facile confundi possunt.

Ibid. ΞΥΝΑΣΧΑΛΩΝ. Συνασχαλῶν Cant. 2. Lips. 2. Guelph. Ald. Rob. Turn. Συναλγῶν Ven. 2.

ỳ. 306. ΠΗΜΟΝΑΙΣΙ ΚΑΜΠΤΟΜΑΙ. Πημοναῖς ἀμείβομαι Marg. edit. Pauw. olim penes Askev. Credo ex conjectura, quæ mihi parum placet. Cf. ỳ. 237. Πηναῖσι Ven. 1. lineolam sc. superinducendam prætervidit librarius.

ỳ. 309. ΜΕΘΑΡΜΟΣΑΙ. In Colb. 2. et Cant. 2. suprascriptum est μεθάρμοσον. Sed requiritur vox media. Μεθάρμοζε Rob.

ỳ. 310. ΝΕΟΣ ΓΑΡ ΚΑΙ. Νέος καὶ γὰρ Colb. 1. inconcinne.

ỳ. 311. ΤΡΑΧΕΙΣ ΚΑΙ. Τραχεῖς τε καὶ Lips. 2.

ỳ. 312. ΑΝΩΤΕΡΩ. Ἀπωτέρω Guelph. Rob. Pulchra lectio, sed et vulgata bene se habet.

℣. 313. ΘΑΚΩΝ. Θακῶν Ald. Rob. Grot. in Excerpt.

Ibid. ΚΛΥΟΙ. Κλύη Colb. 1. 2. Lips. 2. Ald. Κλύοι Guelph.

℣. 314. ΜΟΧΘΩΝ. Μόχθον Ask. A. C. Guelph.

℣. 316. ΤΩΝΔΕ ΠΗΜΑΤΩΝ. Abest τῶνδε a Colb. 1. Τῶν σημάτων Lips. 2. Ald.

℣. 317. ΣΟΙ ΦΑΙΝΟΜΑΙ. Deest σοι Lips. 2. Φαίνομαι Ven. 2.

Ibid. ΛΕΓΕΙΝ ΤΑΔΕ. Λέγων Ar. quod in Cant. 2. suprascriptum legitur.

℣. 319. ΤΑ 'ΠΙΧΕΙΡΑ. Rectius conjunctim ut Rob. Turn. Cant. τἀπίχειρα sic Brunck. qui crasin ad metri integritatem necessariam esse admonuit. Quin et Stanl. crasin servavit, omisso accentu in voce τα. Conjunctim habent Schutz. Pors.

℣. 320. ΚΑΚΟΙΣ. Κακῶν Cod. Viteb. apud Schutz. qui lectionem ipsam commendat. Nobis durior videtur.

℣. 321. ΠΡΟΣΛΑΒΕΙΝ. Προσβαλεῖν Ask. A.

℣. 325. ΚΑΙ ΝΥΝ. Καὶ μὴν Lips. 2. quod, ut alia taceam, auribus ingratissimum vocibus μὴν et μὲν tam proxime conjunctis.

℣. 326. ΕΚΛΥΣΑΙ. 'Εκλύσειν Colb. 2.

℣. 327. ΛΑΒΡΟΣΤΟΜΕΙ. Λαυροστόμει Ask. B. C. Ald. Λευροστόμει f. errore librarii pro λαυροστόμει Cant. 2. β et υ in codd. sæpissime confundi notissimum est.

℣. 328. ΟΙΣΘ'. 'Ισθ' Marg. Ask. Et sic edidit H. Steph. in Delectu Tragœdiarum 1567. sed minus placet. Mox περισσόφρων habent Ald. Rob. quod eruditis auribus ingratum est.

℣. 329. ΠΡΟΣΤΡΙΒΕΤΑΙ. Alii προσγίνεται, illud figurate et magis significanter dictum est. H. Steph. Προσγίνεται Ven. 1. 2. Ar. Ox. Cant. 1. 2. Lips. 2. Ald. Rob. Turn. Grot. in Excerptis. Sed glossema esse vidit Schutz.

℣. 330. ΕΚΤΟΣ ΑΙΤΙΑΣ. 'Εκτὸς ζημίας Rob. quod aperte debetur versui præcedenti.

℣. 332. ΜΗΔΕ ΣΟΙ. Alii μηδὲν, et ita in quibusdam editionibus impressum habetur; sed cur expuncta lectione commoda, aliam ad corrumpendum versum substituamus. H. Steph. Μηδέν σοι Colb. 2. uterque Cant. Lips. 2. Ven. 2. Rob. Solennis est error librariorum in his vocibus μηδὲ et ὐδέ. Vide supra, ℣. 102. Μὴ δέ σοι Ald. Turn.

℣. 333. ΕΥΠΙΘΗΣ. Εὐπειθὴς Cant. 2. Lips. 2. Ald. Rob. vitiose.

℣. 337. ΑΝΤΙΣΠΑΣΗ|Σ. Μ' ἀντισπάσῃς Cant. 2. quod etsi haud necessarium, quibusdam forte arrideat. Μηδαμῶς negative interpretatum cum futuro ἀντισπάσεις concinnius esse statuit Schutz.

℣. 339. ΔΩΣΕΙΝ ΔΙ'. Δώσειν γε Ask. C. Mox deest τῶνδε in Cant. 2. Lips. 2.

℣. 340. ΚΟΥΔΑΜΗ. Κοὐδὲ μὴ Med. et Marg. Ask. credo ex Guelph. Sic Ven. 1. Cl. Valckenarii conjecturam ad Phœniss. ℣. 1723. ἐπαινῶν οὐδαμῆ laudat Heath. et recepit Brunck. nec tamen auctoritate satis firma, cum in vulgata post λήξω subintelligatur ἐπαινῶν, ut monuit Schutz.

ϔ. 341. ΠΡΟΘΥΜΙΑΣ. Προμηθίας Guelph. errore oscitantis librarii.

ϔ. 343. ΘΕΛΕΙΣ. Θέλοις Cant. 1. et Cod. Brunck. B. Schutz. 2.

ϔ. 345. ΕΙΝΕΚΑ. Οὕνεκα Heath. ex Dawes. Misc. Crit. p. 195. quod in textum receperunt post eum cæteri. Attici enim non agnoscunt εἵνεκα.

ϔ. 346. ΘΕΛΟΙΜ' ΑΝ. Οὐ θέλοιμ' ἂν Colb. 1. et mox πημοναῖς Ald.

ϔ. 347. ΚΑΙ ΚΑΣΙΓΝΗΤΟΥ ΤΥΧΑΙ. Χ' αἱ Pors.

ϔ. 348. ΠΡΟΣ ΕΣΠΕΡΟΥΣ ΤΟΠΟΥΣ. Spanheim. ad Callim. Hymn. in Del. ϔ. 174. malebat legere πρὸς ἑσπέραν, aut ἑσπέρυ τόπυς. Non videtur ista scribens vir illustris ad animum revocasse appellativa sæpe poni pro adjectivis. Soph. Ajac. ϔ. 286. ἕσπεροι λαμπτῆρες ὐκέτ' ᾖθον. Abresch. 'Ες ἑσπέρυς τόπυς Med. errore cuivis obvio. Sic tamen edidit Rob. Πρὸς ἑσπέροις τόποις conjecit Valcken. ad Hippol. ϔ. 277. sed πρὸς et παρὰ absque motus significatione accusativum adsciscere ipsius Æschyli auctoritate indicavit Brunck., collatis Pers. ϔ. 232. ubi Stanleius πρὸς δυσμαῖς, et ϔ. 819. ubi Stanl. πρὸς γῇ, ipse autem δυσμὰς et γῆν legit. Et est certe diversa codicum scriptura. Quin et in hujus tragœd. ϔ. 532. non consentiunt codices.

ϔ. 349. ΚΙΟΝ'. Nihil præsidii hic invenio Pindaro adversus Scaligeri censuram, quod sibi reperisse videbatur P. Petitus, Observ. Misc. III. 24. diversissima quippe est ratio. Ne tantum intercederet discrimen, legit quidem distinguitque Petitus,

'Εστηκε κίων, ὐρανῦ τε καὶ χθονὸς
"Ωμοις ἐρείδων ἄχθος.——

Verum unde istam lectionis diversitatem arripuerit non prodit; ut facile appareat aut ex conjectura aut male inspecto loco nata. Abresch. Κίονας Marg. Ask. quod non recipit metrum prima enim in κίων producta legitur.

ϔ. 350. ΩΜΟΙΣ. "Ωμοιν Rob. Pors. Schutz. 2.

ϔ. 351. ΚΙΛΙΚΙΩΝ. Κιλίκων Ask. B. Cant. 1. quod metrum non patitur.

ϔ. 353. ΕΚΑΤΟΝΤΑΚΑΡΗΝΟΝ. 'Εκατογκάρηνον Pauw. Morell. Pors. Schutz. 2. omnino recte. Quin ut obiter moneam legendum ἑκατογκέφαλον in Aristoph. Ran. ϔ. 476.

Ibid. ΠΡΟΣ ΒΙΑΝ. Πρὸς βίᾳ Lips. 2.

ϔ. 354. ΤΥΦΩΝΑ ΘΟΥΡΟΝ ΠΑΣΙΝ ΟΣ ΑΝΤΕΣΤΗ ΘΕΟΙΣ. Locus celeberrimus, ad quem confugiunt ii qui anapæstos in paribus locis tuentur. Facilis videtur medicina quam adhibent Scal. et Stanl. πᾶσ' ὃς, sed ea certissimo canoni repugnat qui vetat ι elidi in dativis pluralibus quintæ declinationis. Vellem huic incommodo subvenisset magnus ille Porsonus, sed et in præfatione ad Hecubam, et in edit. utraque Æschyli altum servavit silentium. Pudenter sane ad id accedo quod ille, ut videtur, consulto prætermisit. Sed breviter dicam quid sentiam. Ne Θῦρον Τυφῶν' legas, unde omnis statim hujus loci difficultas evanesceret, obstat lex illa semper a Nostro alias observata, ut prima in Τυφὼς producatur.

Conf. ℣. 370. Sept. Theb. ℣. 524. Agam. ℣. 665. Suppl. ℣. 569. nisi aliam rationem esse dixeris vocum Τυφὼς Τυφωέος et Τυφὼν Τυφῶνος, quod parum placet. Nec me adeo movet quod poetæ tum Græci tum Latini primam in hac voce sæpius, ac fere certatim, corripuerint; quid enim Æschylus fecerit ex ipso potius petendum est. Deinde θοῦρον abesse nullo modo potest. Diutius consideranti visum est ejicere πᾶσιν, quam vocem glossatoris esse crediderim, et pro ea legere μόνος, ut sit, Τυφῶνα θοῦρον μόνος ὃς ἀντέστη θεοῖς. Cum præcessisset μόνος, ex solenni glossatorum περιεργίᾳ adjectum fuit πᾶσι, quod mox in textum receptum, eoque facilius, quo μόνος, cujus eadem terminatio est ac sequentis pronominis, facilius potuit excidere.

℣. 355. ΣΜΕΡΔΝΑΙΣΙ. Δειναῖσι Rob. frigidius certe.

Ibid. ΓΑΜΦΗΛΑΙΣΙ. Γαμφηλῇσι Colb. 1. Cant. 1. 2. Ask. A. Lips. 2. Ald. Turn. Brunck. Schutz. 2. Tales Ionismi sæpius occurrunt, ex fide codicum ad lubitum lectoris recipiendi.

Ibid. ΣΥΡΙΖΩΝ ΦΟΝΟΝ. Συρίζων φόβον Med. Rob. quam lectionem mihi placere fateor. Nam deos occidere Typhœus haud potuit: jam vero terrorem sibilare, et spirare formidinem poeticum est, et sublimius sonat. Similis est lectionis varietas ad Agam. ℣. 1443. ubi alii φόβου μέλαθρον, alii φόνου, et facilior lapsus quod in Codd. MSStis; literæ υ, ι, β, simillimæ sint. Vide supra ad ℣. 147. et 327. Et sic etiam emendatum reperio in Scholiis Græcis MSStis oræ edit. Aldinæ, subinde adscriptis docti cujusdam critici manu.

℣. 356. ΗΣΤΡΑΠΤΕ. Ἠστράπτεται Lips. 2. Guelph.

℣. 357. ΕΚΠΕΡΣΩΝ ΒΙΑι. Ἐκπέρσαι θέλων ex Marg. edit. Ald. adducit Morell. quod recte monuit Schutz. glossam esse grammatici qui futurum participii sic declarabat.

℣. 358. ΑΓΡΥΠΝΟΝ ΒΕΛΟΣ. Alii Ζηνὸς ἄγριον σέλας. Illam tamen lectionem exponit Scholiastes, hujus non meminit. Mihi certe non placet eandem dictionem ex tam vicino loco repetere. H. Steph. Ἄγριον βέλος Lips. 1. Guelph. Ἀγρύπνῳ βέλος Potter. ad Lycophr. ℣. 381. minus eleganter.

℣. 362. ΚΑΞΕΒΡΟΝΤΗΘΗ. Κ' ἐξεβροντήθη Colb. 1.

℣. 363. ΠΑΡΗΟΡΟΝ. Alii παράωρον. Schol. ad ℣. 353. Παρήορον exponit ἔκλυτον, afferens diversam lectionem, non παράωρον sed πανάωρον. Quæ vox, ut opinor, idem valet quod apud Homerum παναώριον. Παράωρον autem per errorem pro πανάωρον scriptum existimo. H. Steph. Παράωρον Cant. 1. 2. Colb. 1. sed suprascriptum ηο et παρήορον Colb. 2. sed suprascriptum άω. Πανάωρον Ox. Ald. Παρήωρον Ven. 2. Rob. Præ lectione vulgata sordent omnes, præcipue παιήπορον vel πανάπορον quam ex ignoto emendatore inter Vv. Ll. exhibet Morell.

℣. 365. ΙΠΝΟΥΜΕΝΟΣ. Ἰπούμενος Ask. et Hemsterh. Ἰπνούμενος scil. ῥίζαις inter Vv. Ll. commemorat Brunck. Ἰπούμενος Schutz. quæ sane lectio probabilis videtur, cf. Pind. Olymp. IV. 10. ὃς Αἴτναν ἔχεις Ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου. Ubi Schol. Ἶπον, πιέσιν τιμωρίαν καὶ κόλασιν. Ἶπω γὰρ καὶ ἴπτω τὸ βλάπτω. Suid. Ἰπούμενος· Πι-

ζόμενος· ἀναγκαζόμενος. Ἀριστοφάνης, Ἱππεῦσιν· Ἰπτόμενος ταῖς συμφοραῖς. (L. εἰσφοραῖς.) Ἰπτόμενος etiam Pors. cui omnino assentior.

Ibid. ΡΙΖΑΙΣΙΝ. Ῥίζαισιν Colb. Ask. Ald. Rob. Turn. Brunck. Schutz. Vide quæ ad ℣. 335.

℣. 368. ΑΓΡΙΑΙΣ. Ἀγρίαις Colb. 1. Ask. C. Mendose.

℣. 369. ΛΕΥΡΑΣ. Λευρὰς Rob. Obelus præfigitur in Pors. 2.

Ibid. ΓΥΑΣ. Γυίας Colb. 2. Cant. 2. Γύας optimo jure tuetur vir illustris L. C. Valcken. ad Eurip. Phœniss. ℣. 648. citatis Apoll. Rhod. I. 796. Eurip. Androm. ℣. 1045. Theocr. XXV. 30. aliisque.

℣. 371. ΘΕΡΜΟΙΣ. Nos θερμῆς, alii θερμοῖς· quod malo, ut bina utrique substantivo epitheta adjungantur. Non est tamen prorsus inusitatum tria epitheta uni substantivo apponi. H. STEPH. Δεινοῖς fuisset fortius et melius: id certum. PAUW.! Θερμῆς etiam habent Colb. Ask. Cant. 2. Rob.

Ibid. ΑΠΛΗΣΤΟΥ. Gedickius conj. ἄπληστος teste Schutz. qui et ipse emendavit ἀπλήτου, *inaccessæ*, juxta Pindaricum illud supra citatum in Not. Var. Philolog. ℣. 351. ἀπλάτου πυρὸς παγαί.

℣. 374. ΧΡΗΙΖΕΙΣ, ΣΕΑΥΤΟΝ ΣΩΖ'. Paulo plenius post χρήζεις distinguendum esse recte monent Pauw. et Schutz. Haud alium facile versum reperies auribus hoc ingratiorem. Illud enim σῶζ' ὅπως ὁμοιοτέλευτον habet vix tolerabile. Immo, si ob illud Ἔσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι explosus fuerit Euripides, sigma septies repetito, hic octies repetitum dicas, ζ enim in χρήζεις et σῶζ' sine sibilo pronuntiari non potest.

℣. 376. ΛΩΦΗΣΗι. Λωφήσοι Colb. 2. quod plane barbarum est, habetque ῃ suprascriptum. Λωφήσῃ inter Vv. Ll. recenset Turn.

℣. 377. ΟΥΚΟΥΝ. Οὐκοῦν videtur legisse interpres vetus apud Cic. qui reddit *atqui:* sed vehementiæ Oceani interrogatio magis convenit, ut notat Schutz.

℣. 378. ΟΡΓΗΣ ΝΟΣΟΥΣΗΣ. Plutarchus ἐν τῷ παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον non procul ab initio hæc citans, legit ψυχῆς νοσούσης, quæ lectio mihi valde placet. Quum enim Græci perturbationes omnes generali nomine νοσήματα appellent, cur non eleganter dicetur animus ira commotus νοσεῖν? Cicero ψυχῆς νοσούσης *iracundiæ* reddidit, qui hos quatuor versus, qui inter gnomas poetarum sunt celeberrimi, ita expressit:

OC. *Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,*
Mederi posse rationem iracundiæ.
PR. *Siquidem quis tempestivam medicinam admovens*
Non aggravescens vulnus illidat manu.

In qua interpretatione non est quod tibi negotium facessat accusativus ille *rationem;* sed lege *orationem* meo periculo, quum versus id patiatur, et aliter legi non possit quin maxima fiat Ciceroni injuria, ut non solum omni judicio carenti, si non animadvertit poetam non de ea medicina loqui quam ratio adhibeat iræ, hujusmodi enim medicina nunquam intempestiva est, sed etiam linguæ Græcæ imperitissimo, si ignoravit, λόγους numero

auctoritas. Si enim στάσιμον id μέλος esse statuas quod a Choro stante et non se Strophis et Antistrophis convertente, cantetur, primo res ipsa pro se loquitur hoc στάσιμον non esse, manifeste enim deprehenduntur Strophe et Antistrophe sibi mutuo respondentes: secundo idem confirmat Aristoteles, qui Poetic. c. 12. tradit, στάσιμον nec anapæstum nec trochæum admittere: in hoc autem systemate etiam juxta Pauwium quatuor ad minimum Trochaici relinquentur. Sin vero cum Kingio ad Eurip. Phœniss. ỷ. 212. στάσιμον esse statuas omne μέλος quod a Choro post parodum et ante exodum cantatur, solvuntur plane tabulæ, æque enim στάσιμα erunt Antistrophica et Epodica ac Monostrophica. Non autem voluit Aristoteles singulos versus Anapæsticos aut Trochaicos in Canticis stasimis locum habere non posse, hoc enim apertissime repugnaret ei quod factum reprehendimus in omnibus fere tragœdiis Græcis, quæ temporis injurias eluctatæ ad nos usque pervenerunt. Sed hæc illi proculdubio mens erat, ut systemata illa anapæstica et trochaica, in quibus Personæ potius dramaticæ quam cantantis partes sustinet Chorus, qualiaque sæpiuscule apud veteres Tragicos etiamnum occurrunt, a cantilenis vere melicis, quæ proprie stasima, accurate distingueret. Heath. Longiora hæc quam vellem, et quæ intercidi forte Lectores æquo animo ferant. Sed id hoc loco minus commode fieri potuit, nisi omnino prætermisissem, quod in corpore notarum factum nolui. Jam vero exscribenda sunt Monostrophica ista, qualia dantur in editt. vetustis; enarrationem metrorum Pauwianam, ut plane inutilem omisimus.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Στένω σε τᾶς ὐλομένας τύχας Προμηθεῦ,
Δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων
Ῥαδινῶν λειβομένα ῥέος, παρειὰν
Νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς· ἀμέγαρτα γὰρ
Τάδε Ζεὺς ἰδίοις νόμοις κρατύνων
Ὑπερήφανον τοῖς πάρος θεοῖς δείκνυσιν
Αἰχμάν· πρόπασα δ' ἤδη στονόεν
Λέλακε χώρα, μεγαλοσχήμονά τ' ἀρ-
χαιοπρεπῆ στένουσι τὰν σὰν ξυνο-
μαιμόνων τε τιμὰν, ὁπόσοι τ' ἔποικον
Ἁγνᾶς Ἀσίας ἕδος νέμονται
Μεγαλοστόνοισι σοῖς πήμασι
Συγκάμνουσι θνητοί·
Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι παρθένοι
Μάχας ἄτρεστοι, καὶ Σκύθης ὅμιλος
Οἳ γᾶς ἔσχατον πόρον ἀμφὶ Μαιῶτιν
Ἔχουσι λίμναν· Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος,
Ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα Καυκάσου
Πέλας νέμονται δάϊος στρατὸς,
Ὀξυπρώροισι κ. τ. λ. ut in edit. Stanl.

ṽ. 399. ΔΑΚΡΥΣΙΣΤΑΚΤΟΝ Δ' ΑΠ' ΟΣΣΩΝ. Illud δ' abesse vult Askev. et cum Heathio, Morell. Brunck. Sed monet Schutzius satis esse si metra metris respondeant, eamque particulam, collato ṽ. 144. abesse non posse.

ṽ. 400. ΡΑΔΙΝΩΝ ΛΕΙΒΟΜΕΝΑ ΡΕΟΣ. Ῥαδινὸν Ask. A. C. Cant. 1. Rob. Ῥαδινῶν abesse vult Askevius, sed ne sic constabit ṽ. 399. cum antithetico, et ab utroque Scholiasta ῥαδινῶν interpretatum video, ab altero tantum λειβομένα. Λειβομένα etiam omittit Heath. metro consulens, et post eum Brunck. Schutz. Pors. rectissime: nam si ῥαδινῶν rejeceris versus erit Choriamb. dim. hyperc. sin λειβομένα, Ion. min. dim. acat. ἀνακλώμενος, qui sequentibus similis est. Quæ cum probet Morell. emendationem suam καί γ' ἀρ-χαιοπρεπῆ, si retineatur λειβομένα, tutius omisisset.

ṽ. 401. ΝΟΤΙΟΙΣ. Νοτίαις Turn. quod probo. Adjectiva enim per tres terminationes declinata iis antiquiora esse quæ per duas terminationes ac tria genera inflectuntur docent grammatici. Conf. Agam. ṽ. 1534.

Ibid. ΕΤΕΓΞΑ. Ἔτεγξε Heath. omisso λειβομένα, ut sit ῥέος in casu recto. Sic post eum omnes. Mox πηγαῖς habent Colb. 2. Ask. A. Cant. 2. Ven. 1. 2.

ṽ. 403. ΙΔΙΟΙΣ. Δ' ἰδίοις Rob. qui post τάδε interpungit.

ṽ. 404. ΥΠΕΡΗΦΑΝΟΝ ΤΟΙΣ ΠΑΡΟΣ ΘΕΟΙΣ, κ. τ. λ. Ὑπερήφανον θεοῖς τοῖς πάρος ἐνδεικνύειν Med. Θεοῖς τοῖς πάρος δεικνύει Colb. 1. Θεοῖς τοῖς πάρος ἐνδείκνυσιν Ar. Ask. D. Θεοῖς τοῖς πάρος δεικνύει Cant. 1. et sic Cant. 2. nisi quod δείκνυσιν. Uterque vero dant αἰχμήν. Heathius legit θεοῖσι τοῖσι πάρος δείκνυσιν αἰχμὰν, quem sequuntur Brunck. Schutz. Pors. et sic legitur in Cod. Gudiano si fides Schutzio. Θεοῖσι τοῖς πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμὰν Morell. unde hoc certe commodi oritur, quod vitteur ingratum illud ὁμοιοτέλευτον θεοῖσι τοῖσι.

ṽ. 408. ΜΕΓΑΛΟΣΧΗΜΟΝΑ Τ' ΑΡ-ΧΑΙΟΠΡΕΠΗ. Μεγαλοσχήμων ἀτ' ἀρχαιοπρεπῆ Ald.

Μεγαλοσχήμονα κἀρχαι-
οπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν,

Heath. quem sequuntur recentiores omnes, excepto Porsono, qui nihil mutat.

ṽ. 409. ΣΤΕΝΟΥΣΙ. Στένουσα Ven. 1. 2. Cant. 2. Ar. Ox. Ald. Heath. Schutz. quæ lectio recipienda est, si legamus κἀρχαιοπρεπῆ.

Ibid. ΤΑΝ ΣΑΝ. Τᾶν σᾶν Ald. Τῶν σῶν Rob.

ṽ. 410. ΞΥΝΟΜΑΙΜΟΝΩΝ ΤΕ ΤΙΜΑΝ. Deest hic versiculus in Cant. 1. Deest τε in Ald.

ṽ. 411. ΕΠΟΙΚΟΝ. Ἔποικοι Colb. 1. sed ornatius ἔποικον ἕδος pro ἕδος τῶν ἐποίκων, nec aliter ob hiatum constabit versus.

ṽ. 413. ΜΕΓΑΛΟΣΤΟΝΟΙΣΙ ΣΟΙΣ ΠΗΜΑΣΙ. Μεγαλοστόνοις σοῖσι πήμασιν Colb. 2. Σοῖσι Ven. 1. 2. Ox.

Μεγαλοστόνοισι σοῖσι
Πήμασι συγκάμνουσι θνατοὶ,

Heath. quem sequuntur recentiores omnes. Sed legendum σοῖσιν, nam ἀδιάφορον in Ionicis dimetris non obtinet.

℣. 414. ΣΥΓΚΑΜΝΟΥΣΙ. Κάμνουσι Marg. Ask. Sed præpositio abesse nequit, ne si per metrum liceret quidem.

℣. 415. ΚΟΛΧΙΔΟΣ ΤΕ. Hic incipit Epodus ex Heathii sententia, et Monostrophica sunt a ℣. 425. Μόνον δὴ; sed meliora docuit Porsonus.

℣. 416. ΜΑΧΑΣ ΑΤΡΕΣΤΟΙ. Μάχαις Cant. 1. 2. Colb. 2. sed ibi suprascriptum ας. Guelph. Ven. 1. 2. Ox. Schutz. 2. Μάχης Ald. Μάχαν ἄπειστοι Rob.

℣. 417. ΟΜΙΛΟΣ. Οἳ γᾶς huic versui adjiciendum esse monet Heath. quem secuti sunt recentiores.

℣. 418. ΠΟΡΟΝ. Τόπον Med. Colb. 1. Ask. B. C. D. Ar. Cant. 1. 2. Ven. 2. Rob. Pors. Τόπον πόρον Ald. Hypostigmate interpungit Turn. post πόρον. Πόρον μὲν ἀμφὶ quod legi posse affirmat Heath. Græcum non est. Mihi videtur τόπον glossam esse τῦ πόρυ quam conjecturam confirmat Ald. Versum sic legit Hermannus Ἔσχατον πόρον ἀμφὶ Μαι- non probo.

℣. 419. ΕΧΟΥΣΙΝ. Abest ν ab utroque Cant. editt. Ald. Rob. Canter. Turn. Heath. et recentioribus reliquis.

℣. 420. ΑΡΑΒΙΑΣ. Ἀῤῥαβίας Cant. 1. 2. Χαλυβίας voluit Schutz. 1. dum melior lectio substitueretur. Γάβιοι conjecit Hermannus, Observ. Critt. c. 1. et sic Schutz. 2. sed et prima in Γάβιοι corripitur et locus Eustathii quem respicit ad Promethei Scluti Fragm. VII. referendus est. Nec mihi persuadere possum quum in nomine Ἀραβίας et ἄρειον luserit Æschylus hanc genuinam lectionem non esse. Quin et Horat. Od. I. 35. Arabas cum Massagetis conjunxit, ad quem locum omnino videndus Cruquius, qui alteram esse Arabiam Scythicam docet, quam Ammianus Marcellinus Getarum desertum appellat, ab Asiatica illa inter Sinus Arabicum et Persicum jacente diversam. Virgilius quoque, Æneid. VII. 604, quanquam id, fateor, leve est, post Getas et Hyrcanos Arabum mentionem facit, sed ibi Maris Erythræi accolas intelligi haud negaverim. Fuit et Armeniæ civitas Arabyssa, a Scythicis Arabibus nomen forte deducens, ad quam cum relegatus esset Divus Chrysostomus in itinere mortuus est.

Ibid. ΕΘΝΟΣ. Alii ἄνθος, ut in Pers. ℣. 59. Τοιόνδ' ἄνθος Περσίδος αἴας Οἴχεται ἀνδρῶν. Et ejusdem ℣. 928. Πολλοὶ φῶτες χώρας ἄνθος Τοξοδάμαντες. H. STEPH. Ἄνθος Colb. 1. 2. Ask. A. B. C. D. Cant. 1. 2. Lips. 2. Guelph. Ar. Ven. 2. Rob. Brunck. Schutz. Pors. quæ quidem lectio vel in uno codice reperta satis se commendaret.

℣. 422. ΝΕΜΟΝΤΑΙ. Νέμουσι Med. Colb. 1.

℣. 424. ΟΞΥΠΡΩΡΟΙΣΙ. Ὀξυπώροισι Ald. quod emendavit interpres Græcus ad Marg. in ὀξυπόροισι, satis ingeniose si ferret metrum.

℣. 425. ΔΗ. Δὲ Ven. 2.

Ibid. ΠΡΟΣΘΕΝ. Πρόσθεν συ Ald. vide quæ ad ℣. 176. et mox ἄλλων uterque Cant. Ald. Schol. α'. Hæc etiam, quæ verius Epodum constituunt in Strophen et Antistrophen dividit Hermannus, Observ. Critt. c. 1. ad hunc modum:

ΣΤΡΟΦΗ γ'.

Μόνον δὴ σεο πρόσθεν ἄλ-
λον δαμέντα δυσπόνοις
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεὸν
Ἄτλανθ', ὃς αἰὲν ὑπέροχον σθένος
Κραδαίνων ὠράνιόν τε πόλον
Νώτοις ὑποστενάζει.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ γ'.

Βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων
Συμπιτνῶν στένει βυθὸς
Κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς
* * * * *
Γᾶς, παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν
Στένουσιν ἄλγος οἰκτρόν.

Ubi quædam forte nimis licenter emendata dixeris. Eum tamen sequitur Schutz. 2. nisi quod in Stropha dederit, ὃς αἰὲν ὑπέροχον χθονὸς κατερείδων ὠράνιόν τε πόλον, quod magis etiam displicet.

℣. 426. ΑΚΑΜΑΝΤΟΔΕΤΟΙΣ. Ἀδαμαντοδέτοις Colb. I. Obelus præfigitur in Pors. 2.

℣. 427. ΕΙΣΙΔΟΜΑΝ. Εἰσιδόμην Ald. Rob.

Ibid. ΘΕΩΝ. Θεὸν Ask. D. Guelph. Rob. et sane abesse potest. Vide quæ præclare Porsonus ad Phœniss. ℣. 5.

℣. 428. ΟΣ ΑΙΕΝ ΥΠΕΙΡΟΧΟΝ ΣΘΕΝΟΣ. Ὃς αἶαν ὑπειρέχων σθένος Schutz. 1.

℣. 429. ΚΡΑΤΑΙΟΝ. Κρατειὸν Guelph. Κραταιῶν ἢ κρατέων conjecit vir doctus qui Scholia Græca adscripsit ad oram Marg. Ald. Κραταιῶν conj. Schutz. 1. Nos ὠράνιόν τε mutavimus in ὠρανῶ, quod non mordicus tenemus tamen.

℣. 430. ΝΩΤΟΙΣ ΥΠΟΒΑΣΤΑΖΕΙ. Alii νώτοισιν ὑποστενάζει. H. Steph. Ὑποστενάζει habent Med. Colb. 1. 2. Ven. 1. 2. Ar. Ox. Ask. A. B. C. D. Cant. 1. Lips. 2. Gud. apud Schutz. 2. Ald. Rob. Turn. Hanc tamen lectionem, tam elegantem, et summa auctoritate ac prope consensu tum codicum tum editionum confirmatam, non unius esse assis affirmat Pauw. Eam vero receperunt Brunck. Schutz. Pors. quibus libenter me adjungo. Νώτοις ἐρείδων vel φέρων, vel νώτοισιν ὑποβαστάζων στενάζει ex conj. Schutz. Melius forte Νώτοισι βαστάζων ὑποστενάζει· quod prætulerim, quia versus ipse ad laborem exprimendum confingitur.

℣. 431. ΣΥΜΠΙΤΝΩΝ. Συμπίπτων Cant. 1. Ven. 2. male. Συμπιτνῶν ex conjectura Schutz. nulla auctoritate.

Ibid. ΒΥΘΟΣ. Βαθὸς Med. Βαθὺς Rob.

℣. 432. ΑΙΔΟΣ. Ἀΐδης Pauw. an quia non vidit editor sagacissimus illud γᾶς pendere ab ὑπὸ in ὑποβρέμει.

℣. 433. ΠΑΓΑΙ Θ'. Πηγαί θ' Colb. 2. Cant. 2. Πηγαὶ δ' Med. Guelph. Turn. Γᾶς τε παγαὶ ἁγνοῤῥύτων ποταμῶν Pauw. qui subdit, Sentisne acumen et nexum? Ego vero non sentio.

Ibid. ΑΓΝΟΡΡΥΤΩΝ. Ἁγνορύτων Heath. Morell. Brunck. Schutz. quod metro subvenit, et exemplis confirmari potest. Sic Soph. Aj. ỷ. 134. ἀμφιρύτῳ.

ỷ. 434. ΟΙΚΤΡΟΝ. Πικρὸν Cant. 1. Colb. 1. sed ibi suprascriptum οἰκτρὸν, ad quod πικρὸν est interpretatio. Jam vero totum carmen ut nobis legendum videtur, exscribemus, in quibus plerumque Porsonum sequimur, quæ ille aliter digessit vel legit ad finem indicabimus.

ΕΠΩΙΔΙΚΑ.

ΣΤΡΟΦΗ α'.

1. Στένω σε τᾶς οὐλομένας
2. Τύχας, Προμηθεῦ·
3. Δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων
4. Ῥαδινῶν ῥέος παρειὰν
5. Νοτίαις ἔτεγξε παγαῖς.
6. Ἀμέγαρτα γὰρ τάδε Ζεὺς
7. Ἰδίοις νόμοις κρατύνων,
8. Ὑπερήφανον θεοῖσιν
9. Τοῖς πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμάν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ α'.

1. Πρόπασα δ' ἤδη στονόεν
2. Λέλακε χώρα,
3. Μεγαλοσχήμονα κἀρχαι-
4. οπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν
5. Ξυνομαιμόνων τε τιμάν·
6. Ὁπόσοι τ' ἔποικον ἁγνᾶς
7. Ἀσίας ἕδος νέμονται,
8. Μεγαλοστόνοισι σοῖσιν
9. Πήμασι συγκάμνουσι θνατοί.

ΣΤΡΟΦΗ β'.

1. Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι
2. Παρθένοι, μάχας ἄτρεστοι,
3. Καὶ Σκύθης ὅμιλος οἳ γᾶς
4. Ἔσχατον πόρον ἀμφὶ
5. Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ β'.

1. Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος,
2. Ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα
3. Καυκάσου πέλας νέμονται,
4. Δάϊος στρατὸς ὀξυ-
5. πρώροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.

ΕΠΩΔΟΣ.

1. Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις
2. Δαμέντ' ἀδαμαντοδέτοις
3. Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεὸν
4. Ἄτλανθ', ὃς αἰὲν ὑπερέχων σθένος,
5. Κραταιὸν οὐρανοῦ πόλον
6. Νώτοισι βαστάζων ὑποστενάζει.
7. Βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων
8. Ξυμπιτνῶν, στένει βυθὸς,
9. Κελαινὸς δ' ἄϊδος
10. Ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς,
11. Παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν
12. Στένουσιν ἄλγος οἰκτρόν.

In Stropha prima Porsonus habet νοτίοις, θεοῖσι, et τοῖσι πάρος δείκνυσιν. In Antistropha prima sic legit ac dividit,

Μεγαλοσχήμονά τ' ἀρ-
χαιοπρεπῆ στένουσι τὰν σάν·

mox etiam σοῖσι et θνητοί. In Stropha secunda pro πόροι legit τόποι. In Epodo ἀκαμαντοδέτοις, sed obelo præfixo, θεῶν, ὑπείροχον, οὐράνιόν τι, Νώτοις ὑποβαστάζει· et mox,

Κελαινὸς δ' ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς
Γᾶς παγαί θ' ἁγνοῤῥύτων ποταμῶν.

Ad metra quod attinet, ea sic se habent. In Strophe α'. 1. Choriamb. dim. acat. 2. Iamb. penth. 3. Ion. a min. dim. acat. 4, 5, 6, 7, 8. Omnes Ion. a min. dim. ἀνακλώμενοι. 9. Choriamb. dim. hypercat. In Strophe β'. 1, 2, 3. Troch. dim. acat. 4. Pherecrat. 5. Ion. maj. dim. acat. qui et Cleomacheus dicitur. In Epodo 1. Antispastus, quem Æschyleum dicere ausim, ab epitrito primo incipiens quem sequuntur Iambi qui semper fere *puri sunt, raro tribrachyn, nunquam spondæum vel anapæstum vel dactylum admittunt*. 2. Prosod. dim. acat. ex pæone secundo pro Ionico a minore, et Choriambo. 3. Asynart. ex Iamb. penth. et Dactyl. dim. qui est Alcaicus hendecasyllabus. 4. Iamb. trim. brachyc. vel Asynart. e Penth. Iamb. et Troch. 5. Iamb. dim. acat. 6. Iamb. trim. cat. Si βαστάζων omittas, et νώτοισιν legas, erit Ion. a maj. dim. acat. 7. Iamb. dim. acat. 8. Troch. dim. cat. 9. Antispast. dim. brachyc. 10. Iamb. dim. cat. 11. Ion. a maj. trim. brachyc. a molosso incipiens, sequente pæone tertio. 12. Iamb. dim. cat.

III.

ỳ. 435. ΜΗΤΙ. Μή τοι Med. Colb. 2. Ask. A. Cant. 2. Ar. Rob. Brunck. Pors. J. Tate, et mox δοκῆτε Ask. A.

Ibid. ΜΗΤ'. Μήδ' Colb. 2. Ask. A. Cant. 1. 2. Guelph. Brunck. sed vulgata præstat.

ỳ. 437. ΠΡΟΣΕΛΟΥΜΕΝΟΝ. Alii προσσιλλώμενον. Scholiastes quum dicit hinc appellatos esse Arcadas προσέληνες sive προσελήνους, legere

videtur προσειλέμενον. At προσσιλλέμενον fortasse ab eadem est origine a qua et κατιλλώπτειν et ἐγκατιλλώπτειν. Quod si legas προσηλέμενον, significabit προσπασσαλευόμενον, ut ℣. 20. προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ. H. Steph. Aperte depravatum est προσειλέμενον, et ne Græcum quidem: Græcum est προσειλέμενον: εἰλέω, προσειλέω, προσειλέμενος, *coarctatus, conclusus, vinctus*. Græcum etiam προσειλώμενος: ἰλάω, προσειλάω, προσειλώμενος: idque non male ὑβριζόμενος, προπηλακιζόμενος exponi potest: ἰλάειν enim et ἰλαύνειν ad injurias et προπηλακισμὸς sese refert. Apud Hesych. legimus προσειλεῖ, προπηλακίζει: id mutandum etiam in προσειλάει vel προσειλᾷ: προσειλεῖ vix placet. Sed inquies, apud Aristoph. in Ran. ℣. 740. legitur προσειλοῦμεν, idque Grammatici quotquot sunt hodie exponunt προπηλακίζομεν, ἐλαύνομεν, ἐκβάλλομεν. Ita est, fateor; neque dubium mihi est ullum quin libri antiquiores pro προσειλοῦμεν habuerint προσειλῶμεν, quod προπηλακίζομεν valet, et ipsum ἐλαύνομεν suggerit. Dein nec προσειλοῦμεν nec προσειλῶμεν eo loco scriptum esse potuit in libris antiquis ab ipso hominis lepidissimi autographo. Nam metrum Trochaicum utrumque verbum aversatur omnibus modis: id certo certius est, et pondere suo mille Grammaticorum testimonia superat. Quid igitur? Vix ego dubito quin ibi pro προσειλοῦμεν legendum sit προῖκ' ἰλῶμεν: viri boni *immerito* ἰλῶνται, et nos *absque ullo incommodo nostro* eos ἰλῶμεν προῖκα: sic comicum et appositissimum est. Προσειλέμενον igitur Græcum non est; προσειλέμενον vero et προσειλώμενον Græca quidem, sed ab hoc loco alienissima, quia versum Iambicum perpetuo infortunio mactant, ut quisque videt statim. Tale autem προσηλέμενον etiam, et proinde una cum illis ablegandum procul. Sunt qui προσσιλλέμενον legunt cum Turnebo, recte ad versum, sed ad sententiam prave. Nam quid *derisum* hic? Nugæ, nugæ. Comici et Satyri σίλλουσι, ipsumque προσσίλλουσι suspectum etiam præpositione sua: aliud latet: dicerem, legendum esse προσσφηνούμενον, nam σφηνοῦσθαι et προσσφηνοῦσθαι pro ἡλοῦσθαι et προσηλοῦσθαι haud dubie adhiberi possunt. Sed aliud melius et facilius mihi suppetit: scribe ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προσστηλέμενον: στήλη στῆλος, στηλοῦσθαι, προσστηλοῦσθαι, προσστηλέμενον: *petræ affixum*, quo nihil convenientius. Sic minima mutatione locum difficillimum expedivimus. Pauw. Claudicat metrum, unde miris modis sed eventu infelici se torquet Pauwius. Facili negotio et metro et sententiæ satisfieri potest, legendo aut ὧδί γε προσειλώμενον, *ita quidem violatum*, aut ὧδί γε προσηλώμενον, ita quidem clavis petræ affixum. Quod ad Aristophanis locum attinet a Pauwio allatum, facili etiam medicina restituitur, legendo scil. πρός γ' ἰλοῦμεν. Nec audiendus est vir doctus contra veterum Grammaticorum conspirantem sententiam pronuntians, non προσειλεῖν sed tantum προσειλᾷν Græce dici pro προπηλακίζειν, ὑβρίζειν, præsertim cum sententiæ isti astipuletur etymologia, et inter ἴλος et πῆλος affinitas quædam significationis intercedat. Heath. Τὸ προσειλέμενον retinui, enuntiandum si placet, Dawesio monente, p. 163. προσωιλέμενον, nisi malis cum cl. Heathio τό γε interponere. Fateor me hujuscemodi tibicine

raro delectari, et hic quidem mihi magis arrideret τὸ Pauwii προστηλέμενον. Jerem. Thren. iii. 12. Ἐστήλωσέ με ὡς σκόπον εἰς βέλος. Eligat sibi lector. MORELL. Lege προσειλούμενον. Sic omnino scribendum cum spiritu aspero, et pronuntiandum *prosheloumenon*, vel potius *prosveloumenon*. *Spiritus*, quem nunc *asperum* vocamus, olim litera fuit, quam scribere solebant. Sive autem illius literæ forma fuerit eadem Æschyli ævo quæ E longi, sive H, seu digamma Æolicum, quod diversimode pro variis temporibus formatum fuit, illud constat, aspirationem apud veteres ita ore et stylo expressam fuisse ut consonantis literæ potestatem haberet, quandoque etiam duplicis, ita ut syllaba seu vocalis brevis sequente litera asperante seu digammate, produceretur; quod quin hic factum sit dubitandum non est. Nullis itaque interpolationibus opus est ut recto pede stet versus, nec cum Heathio γε interserendum. Idem infra obtinet ỷ. 1092. ultima in voce κόνιν producitur ob aspirationem initio sequentis vocis:

Στεροπῆς ζάπυροι, στρόμβοι δὲ κόνιν
Εἱλίσσουσι.——

Pronuntiabant *Veilissousi*. Hinc est quod in supplemento notarum ad Eurip. Orest. ỷ. 1284. dixi temere fulcrum additum fuisse, et recte se habere codicum scripturam,

Τί μέλλεθ' οἱ κατ' οἶκον ἐν ἡσυχίᾳ.——

Pronuntiabant *Vêsuchia*. Vide Alexii Symmachi Mazochii Comment. in Herculan. Tabulas, p. 126. et Ric. Dawes. Misc. Crit. § 4. ubi de nostro etiam loco agit, p. 162. Προσιλήμενον vero glossa interpretatur ὑβριζόμενον. Propius ad Etymologiam Hesychius, Προσειλεῖ, προπηλακίζει. BRUNCK. Προσειλέμενον habent Ask. A. Schutz. Προσηλέμενον Cant. 1. 2. Guelph. Προσηλέμενον etiam edidit H. Steph. in Delectu Tragœdiarum, 1567. quam lectionem Margini edit. Canter. adscripsit Bentleius. ΠροσϜηλέμενον conjecit Askev. sed illud digamma in æternum exilium a Tragicorum senariis mittendum est. De loco quem excitavit Brunckius ex hac fabula mox videbimus, in Orest. ỷ. 1284. metrum ignoravit vir cl. et pro senario habuit Asynartet. ex Iamb. penth. et Dactyl. penth.; sed hæc adeo sunt manifesta, ut in iis refutandis non sit quod immoremur. Longe melius Askevius mox legendum proponit πρευσειλέμενον. In Marg. Ald. adscripsit interpres Græcus προσπηλέμενον, ὑβριζόμενον, quasi προπηλακιζόμενον, et vocem πηλόω agnoscit H. Steph. in Thesauro. Πρεσσιλλέμενον Turn. Tentaveram olim πρεξινέμενον, vel πρευξινωμένον, facile enim Ξ et N in Σ et Λ mutantur, et postea πρευγιλέμενον, nam πρευγιλεῖν est Hesychio προπηλακίζειν, ὑβρίζειν, sed locum expedivit Pors. legendo πρευσειλέμενον, quod et ante vidisse videtur Askevius.

ỷ. 439. Η 'ΓΩ. 'Η ἐγὼ Rob. vitiose neque enim hiatum fert versus.

ỷ. 440. ΑΛΛ' ΑΥΤΑ ΣΙΓΩ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν σιγῶ Ask. C. Ven. 2. quod glossema est apertum.

Ibid. ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΙΔΥΙΑΙΣΙΝ ΑΝ. Legendum suspicor, Καὶ γὰρ

εἰδυίαισιν ἐν, vel κἂν γὰρ εἰδυίαισιν ἄν, ubique enim præpositionem additam reperio. Thucyd. II. 36. Μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος ἐάσω. Aristid. de Parapth. sub ipsum principuum, περὶ αὐτοῦ—τι λέγειν—ἐν τοῖς ἀκριβῶς εἰδόσιν· et p. 620. ἐν εἰδόσιν ἦν τὰ λεγόμενα. Nec sane aliter videtur legisse Schol. α΄. Conf. virum doct. ad Thucyd. VI. 77. Abresch. Non quia hæc forma aliquoties apud alios auctores occurrit ideo hic etiam Æschylo obtrudenda est. Quod autem Schol. α΄. sic legisse putat ad ℣. 439. ubi verba Æschyli sic circumferuntur, ἐν γιγνωσκούσαις· γὰρ ὑμῖν λέγων τοιαῦτα περισσὸν λέγω, id nimis incertum est quam ut in eo sit aliquid præsidii quærendum. Schutz.

℣. 441. ΤΑΝ ΒΡΟΤΟΙΣ ΔΕ ΠΗΜΑΤΑ. Τὸ πήματα nullum hic habere posse locum existimo, cum vox hæc non incommoda ex ipsa humanæ naturæ indole dimanantia significet, sed calamitates graviores, aut hominum vi illatas aut ex ipsis naturæ universæ legibus atque ordine, ingruentes. Hinc Scholiastes hæc ironice dici putabat. Malim igitur τὰν βροτοῖς δ' εὑρήματα. Heath. Πταίσματα Brunck. Schutz. qui monet cum Jupiter nimium hominum amorem Prometheo vitio vertisset, eumque in criminibus, propter quæ tali pœna afficiendus videretur posuisset, h. l. beneficia hominibus tributa eleganter πταίσματα dici, sicut in eadem re, ℣. 112. vocabulo ἀμπλακημάτων usus erat.

℣. 443. ΕΠΗΒΟΛΟΥΣ. Ἐπιβόλους Guelph. Ar. Ald. Garb.

℣. 444. ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ. Ἀνθρώπων Wakefield. An quia vir cl. homœoteleuton ἀνθρώπων ἔχων præclarum aliquid putaverit?

℣. 445. ΩΝ ΔΕΔΩΚ'. Οἷσι δέδωκ' Colb. 2. Ὧν ἔδωκ' Ask. C. Ἀλλ', ὧν δέδωκ' ἔννοιαν, ἐξηγούμενος, *Sed commemorans solum ea quorum cognitionem dedi; non exprobrans.* Wakefield. Silv. Crit. § 197. Non probo.

℣. 446. ΒΛΕΠΟΝΤΕΣ. Comma post βλέποντες Ar.

℣. 448. ΧΡΟΝΟΝ. Alii βίον. H. Steph. Sic Med. Colb. 1. Ask. A. C. D. Ar. Cant. 1. 2. Guelph. Ven. 1. 2. credo ex glossemate.

℣. 449. ΚΟΥΤΕ. Κοῦτι Pors. Schutz. 2. Mox πλινθυφεῖς Rob.

℣. 450. ΠΡΟΣΗΛΟΥΣ ΙΣΑΝ. Alii προσείλους quod erit ab εἵλη. Unde et εἱληθερὴς et εἱληθερεῖσθαι. Schol. legit προσήλους· quod etiam magis placet propter ἀνηλίοις quod illi videtur opponere poeta. H. Steph. Προσήλους et προσείλους idem. Attici veteres pro ει amabant η. Pauw. Προσείλους Colb. 2. Cant. 1. 2. Turneb. Grot. in Excerpt. Dawes. Misc. Crit. p. 273. Προσείλους ᾖσαν, pro ᾔδεσαν, Brunck. Schutz. Pors. et sic omnino legendum. Vid. Etymolog. Magnum, p. 438. Philostratus de vita Apollon. II. 18. Εἰ δὲ καὶ φοιτᾷν χιόνα ἐς τὰ οὕτω πρόσειλα. Προσείλεις Marg. Ald. Ἤισαν etiam agnoscunt Colb. 1. Ask. B. D. Guelph.

℣. 451. ΑΕΙΣΥΡΟΙ. Ἀεισυροι Cant. 1. quod certe non est Atticum. Ἀήσυροι Turneb. eleganter me judice, et sic Grot. in Excerpt. Brunck. Schutz. Pors. Arnald. Lect. Græc. I. 1. Nihili est emendatio Pauwii, ἀείσοροι, h. e. ipso interprete, *quæ in cavernis*

quasi sepultæ habitant semper, credebat scil. vir cl. penultimam in ἀΐσυρος produci, quia prima in σύρω producta legitur: at ἀείσυρος a σύρω eadem analogia deducit Heath., qua a μαρτύρομαι μαρτῦρομαι, μαρτυρέομαι, μαρτυροὶ; a πορφύρω, πορφυρῶ, πορφύρεος. Quin, quod caput est, ἄησυρος apud Tryphiodorum in penultima corripi monet.

ỳ. 455. ΑΤΕΡ ΓΝΩΜΗΣ. Ἄνευ γνώμης Marg. Stanl.

ỳ. 457. ΔΥΣΕΙΣ. Ὀδοὺς Marg. Stanl. ex Stobæo, Ecl. I. 2. quam lectionem, tuetur Hermannus, sine causa tamen, nam ἀντολὰς siderum memoravit Æschylus, itaque eorundum δύσεις illi in mentem ex opposito venire proclive erat. Tres versus hic inseri jubet Stanl. ex Stobæi MSto. Qui mihi valde suspecti sunt: illud enim πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων recentioris est ætatis quam Inachi, quo regnante, annis scil. ante Olympiadem primam haud minus 1080, hæc gesta finguntur. Quin si aliquis totum locum attentius perlegerit, primum ut nunc editur, deinde interjectis tribus illis versibus, emblema manifestius patebit.

ỳ. 458. ΣΟΦΙΣΜΑΤΩΝ. Νοσφισμάτων interpres Græcus ad Marg. Ald. quam lectionem adscripsit f. e Schol. α'. eamque probat; Abresch. sic interpretatus, *Arithmeticam omni fraude superiorem*. Durissime.

ỳ. 459. ΣΥΝΘΕΣΕΙΣ. Σύνθεσιν Schutz. 2.

ỳ. 460. ΜΝΗΜΗΝ Θ'. Totum versum sic legit Hemsterhus. in Judic. Vocalium Luciani, tom. I. p. 88. Μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην· quem sequitur Brunck. locum sic emendatum ex Liv. VI. 1. illustrans: *et raræ per eadem tempora literæ fuere, una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum*. Sic et Schutz. 2. nisi quod ἐργάτιν retinuerit.

Ibid. ΜΟΥΣΟΜΗΤΟΡ'. Μουσομήτορ' ex conjectura Abresch. sine causa. Vulgatam tuetur Le Grand ex Eurip. Suppl. ỳ. 628. τᾶς παλαιομάτορος.

Ibid. ΕΡΓΑΤΙΝ. Apud Stobæum legitur ἐργάνην. H. STEPH. Sic Brunck. Schutz. Ἐργάταν habet Guelph. Obelum habet ἐργάτιν in Pors. 2.

ỳ. 461. ΠΡΩΤΟΣ. Πρώτως Colb. 1. Πρῶτ' Rob.

ỳ. 462. ΖΕΥΓΛΑΙΣΙ. Ζεύγλησι Colb. 2. Cant. 1. Brunck. Schutz.

Ibid. ΣΩΜΑΣΙΝ Θ'. Tanaquillus Faber pro σώμασιν reposuit σήμασιν, parum apte, nam quæ sunt illa σήματα? An *virgæ* et *perticæ* quibus rectores territant κνώδαλα? Longe aliud denotat σήματα, et longe aliud requirit locus. Scribendum suspicor plane Ζεύγλαισι δουλεύοντα σάγμασίν θ'. Σάγματα sunt onera quæ jumenta dorso ferunt. Illis non minus quam ζεύγλαις δουλεύουσι τὰ κνώδαλα. PAUW. Ζεύγλησι pertinet ad boves, quibus ad arandum utebantur. Σάγματα sunt clitellæ quæ asinis aut mulis imponi solebant. Hic itaque de duplici genere jumentorum sermo est, quorum alterum laborem hominum onera subvectando, alterum arando juvaret, ut ait Columella, VI. Præfat. Atque ut ζεύγλαι ad boum, sic σάγματα ad asinorum mulorumque corpora referuntur. Utrisque autem bene dicuntur δουλεύειν. Quemadmodum enim infra τῇ πέτρᾳ

λατρεύειν significat sic ad petram alligatum esse ut sponte tua te liberare non possis; sic boves jugis, asini clitellis serviunt, quia iis se submittere vel inviti coguntur. Lectionem vero σάγμασιν facile librari in vulgatam σώμασιν immutare potuerunt; quam si quis defendere in animum inducat, non alia ratione id fieri potest, quam ut dativi ζεύγλησιν et σώμασιν non a verbo δουλεύειν, sed ab omissa præpositione σὺν regi, adeoque ablativorum latinorum loco positos esse dicat; qua quidem ratione σώμασι δουλεύειν ita fere diceretur, ut Plinius camelos ait *ministeriis dorso fungi*. Veruntamen sic parum apte jungerentur ζεύγλησι et σώμασι, cum prius nec opponi posteriori, nec cum illo componi commode possit. Juga enim nihil prodessent, nisi corpora jumentorum, quibus imponuntur, valida atque robusta essent. SCHUTZ. Σώμασί θ' habent Guelph. Ald. Rob. Turn. Κέντροισίν θ' Brunck. quod omnino est extra critices lineas evagari. En vero quam nullo negotio locum et elegantem et sanum exhibet Porsonus, punctulo tantum transposito, ad hunc modum:

Κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
Ζεύγλαισι δουλεύοντα· σώμασίν θ' ὅπως
Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένοινθ', ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους
Ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.

Quis non miretur, cum hæc ante oculos haberet, Schutzium in edit. secunda σάγμασιν retinuisse?

ỷ. 463. ΘΝΗΤΟΙΣ. Θνητοὶ Ask. A. Mendose.

ỷ. 464. ΑΡΜΑΤ'. Ἅρμα τ' Grot. in Excerpt. Pauw. Morell. Ἁρματά τ' Turn. Canter. Schutz. 1. qui ut asyndeton vitaret anapæstum in quarto loco non expalluit. Sed servata Porsoni interpunctione nullum est asyndeton.

Ibid. ΓΕΝΩΝΘ'. Γένοινθ' cum Dawesio, Misc. Crit. p. 272. quem vide, legunt Heath. Morell. Brunck. Schutz. Pors. quibus frustra se opposuit Hermannus, Obs. Critt. p. 20. seqq. Γένωνθ' Ven. 1.

ỷ. 467. ΕΥΡΕ. Insuave est εὗρεν quod dant Ald. Rob. Grot. in Excerpt. f. ex MSS. errore cuivis obvio. Mox ναυλόχων Med.

ỷ. 468. ΕΞΕΥΡΩΝ ΤΑΛΑΣ. Ἐξεῦρον τάλας, cum plena distinctione, Ven. 1. Rob.

ỷ. 469. ΒΡΟΤΟΙΣΙΝ ΑΥΤΟΣ. Βροτοῖς αὐτὸς δ' Rob. Comma post βροτοῖσιν male omittit Schutz. 2.

ỷ. 471. ΠΕΠΟΝΘΑΣ. Πάσχεις conjecisse videtur Askev. quod nemini placebit.

Ibid. ΑΕΙΚΕΣ. Inter αἴκεια sive ἄκεια et ἀκὴς, apud Ionas ἀεικὴς, eadem servatur analogia, quæ inter ἀλήθεια cæteraque id genus omnia. Emenda igitur, Πέπονθας ἀκὲς πῆμ'. DAWES. Misc. Crit. p. 318. Αἰκὲς quod exhibet Pors. timide protulit Morell. sed ita ut ἀεικὲς scriptum prætulerit, per synizesin tanquam αι pronuntiandum, quod fieri non potest. Anapæstum in secunda Brunck. et post eum Schutz. 1. mordicus tenent. At Porsonum sequitur Schutz. 2.

ỳ. 472. ΠΛΑΝΑι. Alii πλάνα, nomen dativi casus. Scholiastes verbum ponit. Legitur et ὅτις, atque ita subaudiendum fuerit εἶ, ut sit, κακὸς δ' ἰατρὸς εἶ ὅτις κ. τ. λ. Scholiastes legit ὥς τις. Parum refert hocne an illo modo legas. Nihil enim aliud vult quam exprobrare illi quod isto versu circumfertur, Ἰατρὸς ἄλλων αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Eodem pertinebat illud, ỳ. 87. Αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως Ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσῃ τύχης. H. STEPH. Πλάνα Ald. Πλάνῃ Cant. 2. Schol. β. Heath. Morell. Brunck. Schutz.

Ibid. ΩΣ ΤΙΣ, ΕΣ ΝΟΣΟΝ. Ὅτις ἐς νόσον Ven. 1. Cant. 1. 2. Guelph. Ald. Rob. Steph. in Delectu Tragœdiarum, ann. 1567. quam lectionem Pauwius improbam et ineptam vocat.

ỳ. 474. ΙΑΣΙΜΟΣ. Ἰάσιμον Colb. 2. Ald. Altera constructio magis exquisita, subaudito εἶ, vel potius γένῃ.

ỳ. 475. ΜΟΥ ΚΛΥΟΥΣΑ. Μοι κλύουσα Colb. 2. Ask. D. Cant. 1. Guelph.

Ibid. ΘΑΥΜΑΣΗι. Θαυμάσεις Turn. Grot. in Excerpt. Garb. Brunckius conjicit olim scriptum fuisse θαυμάσει, forma scilicet Attica, qua semper utitur Porsonus.

ỳ. 476. ΔΟΛΟΥΣ. Πόρους Med. Cant. 1. 2. Ask. B. Colb. 1. sed ibi suprascriptum δόλους, Rob. Ask. Brunck. Schutz. quibus me adscriptum velim.

ỳ. 477. ΕΙΣ ΝΟΣΟΝ. Ἐς νόσον Colb. 2. Cant. 1. Ven. 2. quod Ἀττικώτερον judicat Brunck. et post eum Schutz.

ỳ. 478. ΟΥΔΕ. Οὔτι Cant. 2. Brunck. male. Cf. Hoogeveen, Doctr. Partic. XXXIX. 11. citante Schutz.

ỳ. 479. ΟΥΔΕ ΠΙΣΤΟΝ. Οὐ πιστὸν Colb. 1. Cant. 2. Οὐ ποτιστὸν Ask. B. alios etiam citat codices Askevius, quos non aperte nominat. Οὐ παστὸν interpres Græcus ad Marg. Ald. Παστὸν item tuetur Is. Casaub. ad Marg. edit. Steph. allato ex Theocr. Idyll. XI. 2. Οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον. Sed vulgatam defendit vir magnus Tib. Hemsterhus. in Notis ad Aristoph. Plut. ỳ. 717. Παστὸν vult Pauw. quia, ut ait ille, distinctio inter βρωσιμὸν et πιστὸν nimis quæsita est, præsertim ubi tertia species longe celeberrima sic plane reticetur; quem recte monet Heathius oleum perdere. Παστὸν etiam Morell.

ỳ. 480. ΧΡΕΙΑι. Χρείαν Guelph. Colb. 2. sed ibi suprascriptum χρείᾳ.

Ibid. ΠΡΙΝ ΕΓΩ. Πρίν γ' ἐγὼ Ask. A. Cant. 2. Guelph. Rob. quod mihi placet. Πρὶν ἂν ἐγὼ Heath. qui loca integra sexcenties corrupit imperite particulas interserendo. Πρὶν ἂν ἐγὼ etiam Brunck. Obelum inter πρὶν et ἂν habet Pors.

ỳ. 481. ΚΡΑΣΕΙΣ. In Cant. 1. suprascriptum συγκράσεις, quod est glossema.

Ibid. ΑΚΕΣΜΑΤΩΝ. Κερασμάτων Marg. Ald. apud Morell. Errorem monet Brunckius irrepsisse e voce κράσεις in eodem versu.

ỳ. 482. ΕΞΑΜΥΝΟΝΤΑΙ. Alii ἐξαμείβονται. Melius, opinor, ἐξαμύνονται, id est, quibus propulsant morbos: ut quidam medicum

egregium vocavit morborum pulsatorem egregium: et in voce ἀλεξιφάρμακον verbum ἀλέξασθαι nihil aliud significat quam ἀμύνασθαι. Immo vero ipse Æschylus quod modo dixerat per vocem ἀλέξημα, voluit hoc verbo exprimere. Unde igitur ἀμείβεσθαι? Ego certe ex Scholio quodam margini imprudentissime adscripto irrepsisse arbitror. Aliquis enim, quum legisset apud Grammaticum quempiam ἀμύνασθαι accipi nonnunquam pro ἀμείβεσθαι, quod tradere et exemplo confirmare Aristophanem docet Eustathius, adnotaverat margini, ἐξαμύνονται idem esse quod ἀμείβονται. Secutus est alius qui Scholium quod inconsiderate adscriptum erat ad locum illum non minus inconsiderate in contextum retulit, præfixa illi etiam propter versum præpositione ἐξ. Certe non existimandum erat semper id significare verbum ἀμύνασθαι, sed quum ita accipitur per κατάχρησιν quandam usurpari, sumendo id verbum in bonam partem quod proprie in malam sonat: ut et in voce Ποινὴ aliisque nonnullis usu venit. H. STEPH. Ἐξαμείβονται Guelph. Ald. et Cod. Gud. apud Schutz. 2. cui adscriptum etiam Schol. ἀποδιώκουσι. Ἐξαμύνονται obelum habet præfixum in Pors. 2.

ỷ. 484. ΠΡΩΤΟΣ. Πρῶτον Colb. 2.

ỷ. 486. ΑΥΤΟΙΣ. Αὐτὸν Wakefield. ex conjectura.

ỷ. 487. ΓΑΜΨΩΝΥΧΩΝ. Γαμψονύχων Guelph.

ỷ. 488. ΟΙΤΙΝΕΣ ΤΕ. Deest τε Guelph. Ald. Rob.

ỷ. 489. ΕΥΩΝΥΜΟΙ. Εὐωνύμους Colb. 1. 2. Ask. A. B. C. D. Ven. 1. Ar. Ox. Cant. 1. 2. Ald. Turn. Grot. in Excerptis.

ỷ. 490. ΕΧΟΥΣ'. Ἔχουσιν Guelph.

Ibid. ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΛΟΥΣ. Καὶ πρὸς ἀλλήλοις Wakefield. Silv. Crit. § 78. πρὸς pro προσίτι posito, sed ista conjectura facile careamus.

ỷ. 491. ΣΤΕΡΓΗΘΡΑ. Στέργητρα Med. Cant. 1. Θέλγητρα Colb. 2. Ask. A.

Ibid. ΣΥΝΕΔΡΙΑΙ. Συνοδίαι Guelph.

ỷ. 492. ΣΠΛΑΓΧΝΩΝ ΤΕ ΛΕΙΟΤΗΤΑ. Τελειότητα Casaub. ex conjectura, sed sic desideratur copula.

ỷ. 493. ΔΑΙΜΟΣΙ. Δαίμοσιν Grot. in Excerpt. Pors. omnino recte.

ỷ. 494. ΕΥΜΟΡΦΙΑΝ. Colo hic distinguit Schutz. 1. commate tantum post συγκαλυπτά. Recte ut mihi videtur, juxta Homericum illud, Il. Α'. 40.

——κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα.

Et Soph. Antig. ỷ. 1021. citante Morell.

——μετάρσιοι
Χολαὶ διεσπείροντο καὶ καταῤῥυεῖς
Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

ỷ. 496. ΟΣΦΥΝ. Ὀσφὴν Ald. mendose.

ỷ. 498. ΕΠΑΡΓΕΜΑ. Ἀπάργμα Jacobs.

ỷ. 499. ΔΗ ΤΑΥΤ' ΕΝΕΡΘΕ. Δῆτ' ἔνερθε Colb. 1. laborante versu. Ἔνερθεν Cant. 1. 2. Guelph. Ταῦτα Rob.

ỷ. 501. ΑΡΓΥΡΟΝ ΧΡΥΣΟΝ ΤΕ. Turnebus post ἄργυρον plenius

distinguit. Χρυσοῦν δὲ Med. Colb. 1. 2. Cant. 1. 2. Guelph. Ven. 2. Ald. Alterum præstat.

ỳ. 502. ΦΗΣΕΙΕΝ ΑΝ. In priori editione ὤν legitur. Errore typographico, ut ipse monet Stanl. ad marginem.

ỳ. 503. ΟΙΔΑ ΜΗ. Οἶδ' εἰ μὴ Colb. 1. Ask. A. unde Brunckius conjicit olim etiam lectum fuisse οἶδ' ἂν μὴ μάτην φλῦσαι θέλῃ; Obelum præpositum habet οἶδ' in Pors. 2.

ỳ. 504. ΠΑΝΤΑ. Ταῦτα Med. Cant. 2. Ven. 1. Ar. et mox Μάθοις Colb. 1. 2. Cant. 2. Guelph.

ỳ. 505. ΒΡΟΤΟΙΣΙΝ. Θνητοῖσιν Cant. 2. Ar.

ỳ. 506. ΜΗ ΝΥΝ. Recte animadvertit vir doctus ad Marg. edit. Ald. legendum esse νιν encliticum. Et sic Schutz. 2. Pors. 2.

ỳ. 508. ΕΥΕΛΠΙΣ ΕΙΜΙ ΤΩΝΔΕ Σ' ΕΚ ΔΕΣΜΩΝ. Scholiastes τῶνδε jungit cum εὔελπις, a cujus sententia hic discedo. Eum qui sequi volet, distinguat post τῶνδε, et accentum expungat qui propter encliticam rejectus erat in syllabam δε. H. STEPH. Ἔννοια parum apta, imprimis ubi mox rogant Oceanitides Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν; An legendum μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν τινός, sc. θεῶν? An distinguendum, Εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι Λυθέντα, μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν, Διός, ut λυθέντα Διός sit pro λυθέντα ὑπὸ Διός? neutrum satis lenocinatur mihi. PAUW. Plurimum sibi ad hunc locum negotii facessit Pauw., sed frustra. His enim quæ hic a Choro dicuntur, non repugnant quæ infra ỳ. 518. sequuntur, Τί γὰρ πέπρωται Ζηνί, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν; Nymphæ scil. quæ Saturnum de regno dejectum jam viderant, idem et Jovi accidere forsan posse reputabant, ideoque cum ejus imperio minus faverent, ut patet ex ỳ. 400—405. sperabant atque optabant tempus tandem affore quo Jove imperio exuto, Prometheus e vinculis liberaretur, et non minore quam ille potestate valeret. Cum tamen hoc revera eventurum non certo sciebant, nec vero absimile neque absurdum sane erat, eas cum de Jove Fatorum decretis subjecto sermo est, Prometheum, qui decreta ea ex matre Themide didicerat, percunctari, an aliud quoddam fatum Jovem maneret, ut summum in Deos imperium non esset perpetuo obtenturus. Ad hunc enim modum Nympharum quæstio in ỳ. 518. intelligi debet. Ita omnia plana sunt, et inter se congruentia. HEATH. Μηδὲν μεῖον Διὸς ἰσχύειν nihil aliud est quam: *æque ac Jupiter* viget et valet *vigere et valere*, quod salvo interim Jovis imperio ac majestate de Prometheo dici poterat, simul ac e vinculis liberatus esset. SCHUTZ. Recte Schutzius: itaque minus, quam solet, feliciter, interpres Gallus, *Tu pourras encore être* aussi puissant *que Jupiter*.

ỳ. 509. ΜΕΙΟΝ. Μεῖον' Garb. et mox ἰσχύσει Guelph.

ỳ. 510. ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ. Τελεσφόρων Ald.

ỳ. 511. ΚΡΑΝΑΙ. Κρῆναι Ald. Rob. Garb. Κράνας in modo optativo subaudito ἵνα, Turn. et Morell. Hoc recte durum esse judicavit Schutz., qui conjecturam viri doctissimi Le Grand, quamvis molliorem, non sine causa improbat, ut facilitati Dialogi aversantem,

Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρα πω τελεσφόρος
Κρᾶναι· πέπρωται· μυρίαις δὲ κ. τ. λ.

Abest autem δὲ post μυρίαις in Guelph.

℣. 512. ΔΕΣΜΑ. Δεσμὸν Guelph. quam lectionem redarguit lex metri a Porsono indicata, quæ senarios sic in trisyllabum exeuntes, spondæum in quinto recipere non patitur.

Ibid. ΦΥΓΓΑΝΩ. Φυγγάνω Brunck. Sed subjunctivus præsentis futuri vim habet.

℣. 516. ΤΟΥΤΩΝ ΑΡ' Ο ΖΕΥΣ. Τούτων ἄρα Ζεὺς contra metrum, Colb. 1. Ar. Cant. 2. Rob. Ἄρ' ὁ Ζεὺς Ald. quod perinde est. Si quid mutandum malim reponi γὰρ, et versum post Turnebum legerim cum interrogatione; sic enim illud γὰρ ἐνθύμημα significaret haud inelegans. Ἄρα Ζεὺς Ven. 1. 2. Turn. Pors. Schutz. 2. et apud eum Codd. Viteb. Gud. Et sane articulus plerumque ante nomina propria in nostro abesse solet.

v. 517. ΕΚΦΥΓΟΙ ΓΕ. Ἐκφύγῃ τι Colb. 1. Ask. A. Ven. 1. Cant. 2. Ἐκφύγῃ etiam sine particula Ar. Ask. D. Ἐκφύγοι τι Ald. Ἐκφύγῃ γε Ven. 2.

℣. 519. ΟΥΚ ΑΝ ΟΥΝ ΠΥΘΟΙΟ. Deest ἂν in Colb. 1. Guelph. Οὐκ ἔτ' ἂν πύθοιο Colb. 2. uterque Cant. et sic edidit Brunck. recte meo quidem judicio, quia subjungit, τόνδε δ' οὐδαμῶς καιρὸς γεγωνεῖν.

Ibid. ΜΗΔΕ ΛΙΠΑΡΕΙ. Primam in λιπαρὸς apud Homerum semper, et aliquando apud Aristophanem corripi monet Morell. sæpius autem apud Tragicos, λιπαρέω, infra ℣. 1003. Soph. Œd. Col. ℣. 810. 1265. Aristoph. Av. ℣. 451. et λιπαρὴς Soph. Œd. Col. ℣. 1181. et λιπαρὰς Aristoph. Lysistr. ℣. 674. produci.

℣. 520. ΞΥΝΑΜΠΕΧΕΙΣ. Cum interrogatione legit Schutz. 2. Melius forte intelligas Chorum non plene interrogare, sed conjectare tantum, ut reddatur illud ἦπου, *forsan*.

℣. 521. ΤΟΝΔΕ Δ' ΟΥΔΑΜΩΣ. Τόνδ' οὐδαμῶς Guelph.

℣. 522. ΣΥΓΚΑΛΥΠΤΕΟΣ. Συγκαλυπτέον Guelph. et Colb. 2. cui suprascriptum ος.

℣. 523. ΜΑΛΙΣΤΑ. Τάχιστα Ask. D. Cant. 1.

℣. 524. ΔΥΑΣ. Βίας Colb. 1. Ask. A. Cant. 1. 2. Rob. sed omnino retinendum esset δύας ex ℣. 179. 512. 745. etiamsi τοῦ βία in plurali adhibiti exempla occurrerent.

℣. 525. ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ. Hæc apud Canterum et priores editores sic se habent:

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος
Ἀντίπαλον Ζεὺς, μηδ' ἐλινύσαιμι
Θεοὺς ὁσίαις θοίναις ποτινισσομένα
Βουφόνοις, παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς
Ἄσβεστον πόρον, μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις.
Ἀλλά μοι τόδε μένοι, καὶ μήποτ' ἐκτακείη.
Ἡδύ τι θαρσαλέαις τὸν μακρὸν τείνειν βίον
Ἐλπίσι, φαναῖς θυμὸν ἀλδαίνουσαν

Ἐν εὐφροσύναις· φρίσσω δέ σε δερκομένη
Μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον.
Ζῆνα γὰρ ὐ τρομέων, ἰδίᾳ γνώμῃ σέβῃ
Θνάτους ἄγαν Προμηθεῦ· φέρ' ὅπως ἄχαρις
Χάρις, ὦ φίλος, εἰπέ πυ τίς ἀλκὰ,
Τίς ἐφαμερίων ἄρηξις· ὐδ' ἐδέρχθης
Ὀλιγοδρανίην ἄκικυν, ἰσόνειρον,
Ἁι τὸ φωτῶν ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον.
Οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι
Βυλαί· ἔμαθον τάδε σὰς προσιδῦσ' ὀλοὰς
Τύχας Προμηθεῦ· τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος
Προσέπτα τόδ', ἐκεῖνό θ' ὅ τ' ἀμφὶ λουτρὰ
Τὲ καὶ λέχος σὸν ὑμεναίυν ἰότητι γάμων,
Ὅτε τὴν ὁμοπάτριον ἕδνοις ἤγαγες Ἡσιόνην
Πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκρον.

Hæc et præ Stanleii Antistrophicis habuit Pauwius, et metra enarravit dicam, an enarrare conatus est. Sed cum res ei semper male succedat, quoties in metris versatur, hic autem solito infelicius, et hæc certissime Antistrophica sint, enarrationem ejus, ut plane inutilem, brevitatis causa omisi.

Ibid. ΜΗΔΑΜ'. Pro μηδαμὰ, ultima brevi. Aliter fieri non posset elisio. De hac voce ad Pers. ϒ. 429. fusius agemus. Brunck.

ϒ. 526. ΘΕΙΤ'. Θεῖτο Colb. 2. Ask. A. Cant. 2. Ald. Rob.

ϒ. 528. ΕΛΙΝΝΥΣΑΙΜΙ. Ἐλινύσαιμι Rob. Brunck. Schutz. Hic autem versus, cum proximo sequenti, non nisi unum constituit, Asynartetum sc. ex Ditrochæo et Penth. dactyl. cui prorsus gemellus est antitheticus, ut monet Heath. Sic Brunck. Schutz. Pors. Separatim vero juxta Morell. sunt Troch. Ithyphall. et Ion. seu Pæon. monom. hyperc.

ϒ. 529. ΟΣΙΑΙΣ. Ὁσίυς Ask. A.

ϒ. 531. ΒΟΥΦΟΝΟΙΣ. Βυφόνοισι Ask. A. Misere se torquet Morell. ut Strophen Antistrophæ conciliet; hic igitur legi vult:

Βυφόνοις πόρον παρ' ἄσβεσ-
τον πατρὸς Ὠκεανῦ.

Vide quæ ad ϒ. 542. Ὠκεανῦ autem habent Colb. 1. 2. Ask. A. B. Ven. 1. 2. Cant. 1. Guelph. Ald. Rob.

ϒ. 532. ΑΣΒΕΣΤΟΝ ΠΟΡΟΝ. Hunc versum abesse posse arbitror. Certe nihil desideratur ad sensum post ϒ. 543. ubi aliquid excidisse volunt editores recentiores. Et hic forte illud ἄσβεςον πόρον ex alio quodam nostri loco, ad marginem adscriptum, mox in textum irrepsit. Sed nihil statuo. Eligant lectores.

ϒ. 534. ΤΟΔΕ ΜΕΝΟΙ. Τόδ' ἐμμένει Ask. C. Cant. 2. Τόδ' ἐμμένοι Colb. 2. Cant. 1. Guelph. Rob. Ar. Morell. Brunck. Schutz. Pors. Et sic Heath. sed ob ἰδίᾳ in Antistropha mira quædam comminiscitur, primam scil. in ἀλλὰ hic corripi, ut sit versus Ionicus ex Pæone tertio et καταληκτικῶς Trochaica, et Pæoni in Antistropha respondeat Ionicus a min. Primam vero in ἀλλὰ corripi

posse tribus locis plane corruptis ostendere conatus est. Eurip. Alcest. ỷ. 802. Bacch. ỷ. 606. Herc. Fur. ỷ. 1079. Ex his primum corrigit Morell. legendo Οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος ἀλλὰ συμφορά, secundum minus feliciter tentavit, legendo Διατινάξαντος τὸ Πενθέως δῶμ' ἄρ' ἐξανίςατε, ut ἄρ' sit pro ἀλλ' ἄρα, de quo videndus Bos. vel pro ἀτὰρ, scil. αὐτὰρ, pro ἀλλὰ, de quo Devar. Legendum autem Διατινάξαντος τὰ Πενθέως δώματ', ἀλλ' ἀνίςατε, quam tamen emendationem nescio an jure pro mea venditem; in eam enim nuper videor incidisse, locum tamen ipsum in promptu non habeo. Tertium locum ex Heracl. Morellus monet nihil esse ad rem. Malit autem ille vel primam in ἰδίᾳ produci, ob sequens δ, vel potius cum Schol. legere ἐν ἰδίᾳ, unde versus fit Troch. hepth.

ỷ. 535. ΜΗ ΠΟΤ' ΕΚΤΑΚΕΙΗ. Μηπότε ταχείη Colb. 1. Μή ποτ' divisim Brunck. Τόδε censet Schutz. pertinere ad locum, qui sequitur, communem, ἡδὺ——εὐφροσύναις, ideoque post ἐκτακείη rectius colo quam puncto distingui. Sed potius dixerim τόδε ad pietatem et linguæ modestiam, quam supra memoraverat, referri.

ỷ. 536. ΘΑΡΣΑΛΕΑΙΣ. Θαρσαλέοις Ald. Turn.

ỷ. 537. ΤΕΙΝΕΙΝ. Deest in Colb. 1. sed suprascriptum διεξάγειν, τίνειν.

ỷ. 538. ΦΑΝΑΙΣ. Φαναῖς contracte pro φαειναῖς, ut supra, ỷ. 471. ᾳκὶς pro αἰκὶς Heath.

ỷ. 539. ΘΥΜΟΝ. Hic et qui proxime sequitur versiculus unum tantum conficiunt apud Heath. Brunck. Schutz. Pors.

Ibid. ΑΛΔΑΙΝΟΥΣΑΝ. 'Αλδαινούσαις Turnebi lectio est, quam nec metrum admittit nec verborum concinnitas, ut recte monet Schutz.

ỷ. 541. ΔΕΡΚΟΜΕΝΗ. Δερκομένα Ask. A. Cant. 1. Ven. 2. Guelph. Brunck.

ỷ. 542. ΜΥΡΙΟΙΣ. Hunc et qui proxime sequitur versum, in unum conjungunt Heath. Morell. Brunck. Schutz. Pors. Nihil igitur opus fuit ut Æschylum in Procrustis thalamo poneret Morell. rescribens etiam,

Τοῖσδε μυρίοισι μόχθοι-
σιν διακναιόμενον.

ỷ. 545. ΓΝΩΜΗι. Γνώμᾳ Mosq. 1.

ỷ. 546. ΘΝΑΤΟΥΣ. Θνητὸς Ald. Rob.

ỷ. 547. ΑΧΑΡΙΣ ΧΑΡΙΣ. Χάρις ἄχαρις Med. Colb. 1. 2. Cant. 1. 2. Guelph. Ald. Rob. Hunc et sequentem versum sic ordinat Heath.

Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις ὦ
Φίλος, εἰπὲ, ποῦ τις ἀλκά·

quem sequuntur Brunck. Schutz. 1.

ỷ. 548. ΧΑΡΙΣ, Ω ΦΙΛΟΣ, ΕΙΠΕ ΠΟΥ ΤΙΣ ΑΛΚΑ. Edidimus εἰπέ που, τίς ἀλκά. Hoc modo που vacat, ut cum dicitur τοῦτό που pro τοῦτό δή. Fortasse non male etiam εἰπὲ ποῦ τις ἀλκά. Utrovis modo legas idem omnino dicet his verbis quod ỷ. 83. habetur, Τί σοι Οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων. H. STEPH. Pauwius distingui

jubet, Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις ὦ φίλος· εἰπὲ πῶ τις ἀλκὰ, ne φέρ' εἰπὲ jungantur, quo tamen nihil usitatius, ut *dic age* apud Latinos; φέρε autem vult significare, *accipe* seu *disce*.

Χάρις, ὦ φίλος, εἰπὲ, πῶ τις ἀλκά;

Schutz. 2. qui et notam interrogationis post ἄρηξις ponit.

ỷ. 549. ΤΙΣ ΕΦΑΜΕΡΙΩΝ. Τίς ἐφαμέρων Guelph. Mosq. 2. Τίς δ' Rob.

ỷ. 550. ΟΛΙΓΟΔΡΑΝΙΗΝ. Ὀλιγοδρανίαν Med. Cant. 2. Brunck. Schutz. Ὀλιγοδράνειαν Colb. 1. Ὀλιγοδρανοῦσαν Guelph. Mox τὰν ἄκικυν legit Morell. pessime.

ỷ. 551. Αἰ. Αἷς Colb. 1. Ald. Ἧι Guelph. Hunc versum in duos sic dividit Heath.

Ἰσόνειρον ᾇ τὸ * * * *

Φωτῶν ἀλαόν.——

Et in fine versus prioris excidisse vocem quadrisyllabam arbitratur, cui in Antistropha respondet vox ὑμεναίων, cujus prima syllaba vi augmenti producitur. Aliter Morell. qui vocem desiderari negat, modo legatur τὰν ἄκικυν et in Antistropha σὸν λέχος pro λέχος σόν. Dubitat porro, quod mirere, utrum augmentum immutabilem vocalem possit producere, et brevem esse υ in imperfecto, probat ex Homer. Il. Σ'. 586. Odyss. Π'. 5. Dormitavit certe vir doctus qui non vidit augmentum ibi per Ionismum abjici. Brunckius sic legit:

Ἰσόνειρον ᾇ τὸ φωτῶν
Ἀλαὸν * * *

Et sic Schutz., ut vox trisyllaba sit quæ post ἀλαὸν exciderit; verbum nempe intransitivum cum participio ἐμπεποδισμένον periphrasin efficiens. Defectum post ἀλαὸν notat etiam Pors. qui conjunctim legit,

Ἀλαὸν * * * γένος ἐμπεποδισμένον.

Et in Antistropha,

Ἴόνατι γάμων, ὅτε τὰν ὁμοπάτριον.

Sic etiam Schutz. 2. Continuanda est autem interrogatio post ἐμπεποδισμένον.

ỷ. 553. ΤΑΝ. Τὴν Ald. Rob.

ỷ. 554. ΘΝΑΤΩΝ. Τῶν θνητῶν Guelph. Θνητῶν Ven. 1. 2. Ald. Rob.

ỷ. 556. ΠΡΟΣΙΔΟΥΣ'. Alii προϊδοῦσ' H. Steph. Hanc vocem versui superiori annectit Heath.

ỷ. 558. ΕΚΕΙΝΟ Θ' ΟΤ'. Ἐκεῖν' ὅτε τότ' Med. Ἐκεῖνό τι ὅ, τ' Colb. 2. Ask. A. Guelph. Ἐκεῖν' ὅτ' Cant. 1. Ἐκεῖν' ὅτε τ' Ven. 2. Ἐκείνω τι Ald. Ἐκεῖνό γε Rob. Ἐκεῖνό τ' Turn. Ἐκεῖν' ὁπότε Morell. ex Marg. Ask. Ἐκεῖνό θ' ὅ γ' Pauw. Ἐκεῖνό θ' ὅτ', pro ὅτι *quod*, Heath. qui locum sic ordinat,

Τόδ', ἐκεῖνό θ' ὅτ' ἀμφὶ λουτρὰ
Τὸ καὶ λέχος σὸν ὑμεναίων
Ἴόταντι γάμων.

Sic etiam Brunck. Schutz. Pors. nisi quod omittant τι. Schutz. vero in notis etiam hanc emendationem proponit,

Τόδ' ἐκεῖν' ὅ ποτ' ἀμφὶ λυτρὰ,

Illud nimirum carmen (mihi in animum venit) *quod olim circa lavacra et lectum tuum canebam*, ut τόδ' ἐκεῖνο, pro τοῦτο ἐκεῖνο, ad ipsum hymenæum referatur, quod vix necesse est; hoc enim tantummodo vult Chorus, carmen illud quod nunc ipsi in mentem venit, lugubre scil. et doloris plenissimum, ab hymenæi lætitia quem prius in nuptiis Promethei cecinerat longe discrepare, quæ quidem aptissima est sententia; solemus enim in rebus adversis fortunæ pristinæ non sine summa mentis ægritudine recordari.

Ibid. ΛΟΕΤΡΑ ΤΕ. Λυτρά τι Cant. 1. Λυτρὰ sine τὶ Colb. 2. Ask. A. C. Rob. Brunck. et reliqui. Τὶ etiam deest in Ald.

ỳ. 559. ΣΟΝ. Τόσον Ask. C. D. Σοὶ Guelph. Σὸν λέχος pro λέχος σὸν Morell. Mox ὑμεναίων Ald.

Ibid. ΙΟΤΗΤΙ. Ἰότατι Med. Colb. 2. ubi suprascriptum η. Brunck. Schutz. Pors.

ỳ. 560. ΤΗΝ. Τὰν Med. Colb. 2. Ven. 1. 2. Cant. 1. 2. Ald. Rob. Turn. Brunck. Schutz. Pors. Versuum 560, et 561, ordinem invertunt Ald. Rob. Turn.

ỳ. 561. ΗΓΑΓΕΣ. Ἄγαγες Med. Colb. 2. Cant. 2. Rob. Brunck. Schutz. Pors.

Ibid. ΗΣΙΟΝΗΝ. Ἡσιόνης Colb. 2. sed ibi ην in margine. Ἡσιόναν Rob. Turn. Brunck. Schutz. Pors. Jam vero totum carmen, ut nostra mente legendum est, exscribemus; quæ nobis quæ aliis debentur emendationes suis locis declaravimus.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΙΚΑ.

ΣΤΡΟΦΗ α'.

1. Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων
2. Θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος
3. Ἀντίπαλον Ζεὺς,
4. Μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις
5. Θοίναις ποτινισσομένα
6. Βουφόνοις, παρ' Ὠκεανοῖο πατρός.
7. Μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις,
8. Ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι
9. Καὶ μήποτ' ἐκτακείη.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ α'.

1. Ἡδύ τι θαρσαλέαις
2. Τὸν μακρὸν τείνειν βίον
3. Ἐλπίσι, φαναῖς
4. Θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις.
5. Φρίσσω δέ σε δερκομένα
6. Μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον,

7. Ζῆνα γὰρ ὢ τρομέων,
8. Ἐν ἰδίᾳ γνώμῃ σέβῃ
9. Θνατὺς ἄγαν Προμηθεῦ.

ΣΤΡΟΦΗ β΄.

1. Φέρ᾽, ὅπως ἄχαρις
2. Χάρις, ὦ φίλος, εἰπὲ πῦ τις ἀλκά;
3. Τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; ὐδ᾽ ἐδέρχθης
4. Ὀλιγοδρανίην ἄκικυν,
5. Ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν
6. Ἀλαὸν * * *
7. Γένος ἐμπεποδισμένον.
8. Οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν
9. Θνατῶν παρεξίασι βυλαί.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ β΄.

1. Ἔμαθον τάδε, σὰς
2. Προσιδῦσ᾽ ὀλοὰς τύχας, Προμηθεῦ.
3. Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
4. Τόδ᾽, ἐκεῖνο θ᾽ ὅ, τ᾽ ἀμφὶ λυτρὰ
5. Καὶ λέχος σὸν ὑμεναίων,
6. Ἰότατι γάμων,
7. Ὅτε τὰν ὁμοπάτριον
8. Ἕδνοις ἄγαγες Ἡσιόναν
9. Πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

Ex his, in priori Stropha; metra sunt, 1. Dactyl. penth. 2. Troch. dim. cat. 3. Adonic. 4. Asynart. ex Troch. monom. et Dactyl. penth. 5. Prosod. dim. acat. 6. Asynart. ex Troch. monom. et Dactyl. penth. 7. Dactyl. penth. 8. Troch. dim. cat. 9. Iamb. dim. cat. In Antistropha recepi ἐν ἰδίᾳ ex Schol. quod tamen haud omnino placet. In Stropha secunda, 1. est Ion. a min. dim. brachyc. 2. Ion. a min. trim. cat. 3. Ion. a min. trim. hyperc. 4. Ion. a min. dim. hyperc. 5. Troch. dim. acat. 6. Ion. a min. dim. brachyc. desideratur vox trisyllaba, de qua vide ad ℣. 551. 7. Ion. a min. dim. acat. 8. Dactyl. hepthem. 9. Iamb. dim. hyperc.

IV.

℣. 563. ΛΕΥΣΣΕΙΝ. Λεύσσειν ἐμὲ Ask. A. de quo vide supra ad ℣. 176.

℣. 564. ΧΑΛΙΝΟΙΣ. Χαλινοῖσιν Med. Ald. Rob. Χαλίνοισι Colb. 2. Cant. 1. 2. Guelph.

Ibid. ΠΕΤΡΙΝΟΙΣΙ. Alii ἐν πετρίνοισι τοῖσιν ὀρείοις Χειμαζόμενον. Sed nec in Victorii libro habetur τοῖσιν ὀρείοις et explicationem fuisse τῦ πετρίνοισι quæ ex margine in contextum irrepserit, ex Scholiaste cognoscis. H. STEPH. Πετρίνοισιν ὀρείοις Ask. C. D. Cant. 2. Guelph. Colb. 1. Ven. 2. Πετρίνοισι τοῖς ὀρείοις Cant. 1. Colb. 2. Ar.

Ox. Ask.B. Ald. Rob. quod in basin anapæsticam emendavit Turn. Sed omnino abesse debet ut recte vidit H. Steph. Χαλινοῖσιν ἐν πτερίνοισι ὀρίοις Ven. 1. Πτερίνοισιν Heath. recte ob metrum. Sic et reliqui.

℣. 565. ΑΜΠΛΑΚΙΗΣ. Ἀμπλακίας Colb. 2. Brunck. Schutz. Ἀπλακίης Pors.

℣. 566. ΠΟΙΝΑΙΣ. Alii ποινὰς ὀλέκῃ, quod durum mihi videtur. Quare vel retinendam lectionem nostram censeo, vel pro ποινὰς ὀλέκῃ, ex conjectura legerim Ποινά σ' ὀλέκει. Quamquam antea, ℣. 112. plurali numero usus est hoc nomine, τοιάσδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω. H. STEPH. Ποινὰς Colb. 1. 2. Ald. Corrige errorem typographicum in accentu edit. nostræ, et lege ποιναῖς. Obelum præfixum habet in Pors. 2.

Ibid. ΟΛΕΚΗ. Ὀλέσῃ Colb. 2. et mox ἐποῖ Med. Guelph.

℣. 567. ΓΗΣ. Γᾶς Ask.B. Brunck. Schutz.

℣. 568. ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ. 1. Colon, Iamb. dim. brachyc. 2. Iamb. dim. hyperc. 3. Iamb. hipponact. 4. Antispast. tetram. brachyc. quod displicet fere mihi, quia post primum antispastum ἄτακτον sequuntur duo ditrochæi, qui pro antispastis haberi quidem possunt, sed tamen difficilius quia sese excipiunt. An forte scribendum duobus colis Φοβοῦμαι, Τὸν μυριωπὸν κ.τ.λ. ut sit prius Iamb. monom. cat. Posterius, Iamb. trim. cat. 5. Asynart. e duobus Penth. troch. 6. Iamb. trim. cat. 7. Troch. trim. cat. 8. Asynart. ex Iamb. hepthem. et Troch. hepthem. vel altero Iamb. hepthem. 9. Troch. trim. hyperc. vel Iamb. trim. acat. 10. Potest esse Antispast. tetram. cat. sed quia sequens colon ad leges metricas commode redigi non potest, libenter ἰὼ ἰὼ ποῖ ποῖ a præcedentibus separarem, ut Ἀχίτας ὑποδόταν νόμον constituat Antispast. dim. hypercat. et alia sequentia cum illis separatis ad numeros legitimos adaptentur. Ἰὼ ἰὼ ποῖ ποῖ πῶ πῶ πῶ Dactyl. tetram. hyperc. ex Spondeis, nam ι in ἰὼ est anceps; posterius, Troch. trim. brachyc. cum Iambo in quinto loco, quomodo Pindarus sæpe, et ratio metrica constat. 12. Pæon. trim. cat. 13. Pæon. trim. acat. ex Pæone et duobus Bacchiis. 14. Antispast. trim. brachyc. ex Antispasto et Syzyg. Iamb. ἐκτασήμῳ cum Tribrache, qui pro tertio Iambo: si Iambum malles legendum πημοναῖς ἒ ἒ, sed non sequar quia non necesse. 15. Iamb. trim. brachyc. 16. Iamb. hepth. 17. Pæon. trim. acat. ex Bacchio et duobus Pæonibus secundis. 18. Antispast. trim. acat. cum Syzyg. Iamb. in fine; erunt qui δάκισιν malint, sed non necesse. 19. Glycon. cum Antispasto ἀτάκτῳ in longam desinente. Si μοὶ a colo præcedenti sumptum huic jungeres, illud Antispasticum esset Trim. cat. hoc Troch. dim. hyperc. ego nihil moveo, Antipasti enim ἄτακτοι in his non pauci. 20. Iamb. dim. acat. 21. Iamb. trim. acat. 22. Troch. Ithyphall. PAUW. Hactenus Pauwius, qui certe cum ad versus feriendos accessit, præceptum illud Horatianum ante oculos non habuit, quod quemque in ea se arte exercere, quam quisque intelligit, jubet. Ut alii hæc

digesserint suis locis narrabimus. Sunt autem hæc Ius Monostrophica consulto præfractiora, et nunc concitata nunc remissiora, prout incitantur vel resident animi motus. Hoc qui observaverit, facile intelliget, poetam nunc syllabarum resolutionibus, nunc contractionibus, studio indulsisse, quorum exempla passim occurrunt. Carmen nostra mente restitutum dabimus ad ỳ. 589.

Ibid. ΕΑ ΕΑ. Ἒ ἒ Med. Colb. 1. Ask. B. ubi etiam ἆ ἆ adjicitur.

ỳ. 569. ΜΕ ΤΑΛΑΙΝΑΝ. Μὲ τὴν τάλαιναν Ask. A. Cant. 1. Μὲ τὰν τάλαιναν Cant. 2.

Ibid. ΟΙΣΤΡΟΣ. Alii οἶστροις. H. STEPH.

ỳ. 570. ΕΙΔΩΛΟΝ ΑΡΓΟΥ. Εἴδωλον γὰρ Ἄργου in quibusdam codicibus fuisse testatur Turnebus. Fons erroris in aperto est ex voce Ἄργου.

Ibid. ΓΗΓΕΝΟΥΣ. Γένους Ven. 2.

Ibid. ΑΛΕΥ' Ω ΔΑ. Ἀλευάδα· τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀλεύα Schol. Cant. 2. Ἀλευάδα item Ask. A. Ἄλευ ἆδα divisim, manifesto errore Ask. B. Vide Stanl. et Notas Varr. Philologg. Post ὦ δᾶ huc retrahunt φοβοῦμαι ex versu seq. editt. vetustæ. Ἄλευε δᾶ Arnald. quem sequitur Morell. ut recto talo stet senarius, qui forte consulto impeditior a poeta profectus est. Ἄλευ' ἆ δᾶ Valck. in Phœniss. ỳ. 1304. quod in quibusdam libris fuisse testatur Turnebus. De loco Etymologici quem laudat Stanl. in Notis, videndus Arnald. Animadv. Crit. p. 181.

ỳ. 571. ΦΟΒΟΥΜΑΙ. Post hanc vocem inserui interjectiones ἒ ἒ ut metrum fieret concinnius. Eas vero excidisse collatis Vv. Ll. ad ỳ. 568. probabile est. Iterum in textu occurrunt, ỳ. 581.

Ibid. ΕΙΣΟΡΩΣΑ. Εἰσιδοῦσα Colb. 2. Ask. A.

ỳ. 572. ΔΟΛΙΟΝ. Δόλιον Cant. 2.

ỳ. 573. ΚΑΤΘΑΝΟΝΤΑ. Καταθανόντα Colb. 1.

ỳ. 575. ΚΥΝΗΓΕΤΕΙ. Κυναγετεῖ Brunck. Schutz. Hunc et seqq. versus hoc modo exhibent Ald. Rob. Turn. Garb. Morell.

Κυνηγετεῖ πλανᾷ τε νῆστιν ἀνὰ τὰν
Παραλίαν ψάμμον· ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος
Ὀττοβεῖ δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.
Ἰὼ ἰώ· ποῖ ποῖ, πῶ πῶ πῶ
Πῆ μ' ἄγουσι τηλέπλαγκτοι πλάνοι.

Aliter Brunck. Schutz. 1. et sic quidem,

Κυναγετεῖ πλανᾷ τε νῆστιν
Ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον
Ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀττοβεῖ
Δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.
Ἰὼ ἰὼ ποῖ ποῖ, πῶ πῶ πῶ
Ποῖ μ' ἄγουσι τηλέπλαγκτοι πλάναι;

At in edit. 2. vulgatum ordinem servat Schutz. Heathius autem sic ordinat,

Ἀλλά με τὰν τάλαιναν
Ἐξ ἐνέρων περῶν κυνηγετεῖ

Πλανᾷ τι νῆςιν ἀνὰ τὰν παραλίαν
Ψάμμον, ὑπὸ δὲ κηρόπλαςος οτοϐεῖ
Δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.

Deinde ut in Aldina.

Ibid. ΝΗΣΤΙΝ ΑΝΑ. Νῆςίν γ' ἀνὰ Heath. qui fulcrum ubique obtrudit.

ỷ. 576. ΚΗΡΟΠΛΑΣΤΟΣ. Κηρόπαςος conjicit Bentleius.

Ibid. ΟΤΤΟΒΕΙ. 'Οτοϐεῖ Heath. Pors.

ỷ. 577. ΥΠΝΟΔΟΤΑΝ. 'Υπνοδότην Ask. C. 'Υπνοδότ' ἄνομον Guelph. errore satis manifesto. Mox alterum ποῖ deest in Colb. 1.

ỷ. 578. ΠΩ ΠΩ ΠΩ. Πόποι πόποι Med. Cant. 1. 2. Colb. 1. Ar. Πῶ ποῖ πῶ ποῖ Guelph. Πῶ quater Ox. bis tantum Morell.

Ibid. ΠΩ ΠΩ ΠΩ ΠΗ Μ' ΑΓΟΥΣΙ. Πῶ· πῶ· ποῖ μ' ἄγουσ' αἱ Ask. C. D. Ven. 2. Et ποῖ certe malim.

Ibid. ΤΗΛΕΠΛΑΓΚΤΟΙ ΠΛΑΝΑΙ. Τηλέπλαγκται πλάναι Ask. A. C. D. Colb. 1. 2. Cant. 1. Πλάναι etiam Brunck. Schutz. 1. Sed πλάνοι ex Sophocle defendas, Œd. Tyr. ỷ. 67. ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις, ad quem locum advocat Brunck. Eurip. Hippol. ỷ. 284. Hel. ỷ. 541. 783. Stob. Grotii p. 105. Soph. Œd. Col. ỷ. 1114. Philoct. ỷ. 758. Et Schol. ad locum Œd. Tyr. supra laudatum, πλάνοις ἀντὶ θηλυτικοῦ πλάναις. Vide etiam Mœr. Attic. p. 315. Obelum habet πλάνοι in Pors. 2.

ỷ. 579. ΤΙ ΠΟΤΕ Μ' Ω ΚΡΟΝΙΕ ΠΑΙ ΤΙ ΠΟΤΕ. Abest primum ποτὲ ab utroque Cant. Alterum Τί ποτε a Med. Colb. 1. 2. Ven. 2. Ask. C. D. Guelph. Brunck. Schutz. 1. Τίς ποτε——τί ποτε Ald. Rob.

ỷ. 580. ΤΑΙΣΔ' ΕΝΕΖΕΥΞΑΣ ΕΥΡΩΝ ΑΜΑΡΤΟΥΣΑΝ, ΕΝ ΠΗΜΟΝΑΙΣΙΝ; Distinxi post ἁμαρτοῦσαν, ut sit τί ποτε εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν, ἐνέζευξας ἐν πημοναῖσι ταῖσδε. Est autem usus eodem verbo antea, si quibusdam libris fidem habeamus. Nam, ỷ. 108. ubi est ἀνάγκαις ταῖσδ' ὑπέζευγμαι τάλας, legitur in nonnullis ἐνέζευγμαι. Qua de re illic te admonui. Idem valet utrumque; et perinde est sive præpositio ἐν addatur, ut hic, sive omittatur, ut illic, utpote inclusa in verbo. Sæpius tamen omitti solet. H. Steph.

Ibid. ΕΥΡΩΝ. 'Αρῶν Ald. nullo sensu: sed ibi sæpius pro ευ reperies α. Sic mox pro εὐγμάτων, ἀγμάτων. Nimirum in cod. quem tantum non expressit Ald. ευ et α sæpissime confunduntur. Versum vero sic dividunt Med. Brunck. Schutz 1.

——εὑρὼν ἁμαρ-
τοῦσαν.——

ỷ. 581. Ε Ε. Αἶ, αἶ, ἒ ἒ Ask. A.

ỷ. 582. ΔΕΙΜΑΤΙ. Δείγματι Guelph. Versum sic dividunt Brunck. Schutz. 1. Heath.

Οἰςρηλάτῳ δὲ δείματι
Δειλαίαν παράκοπον ὧδε τείρεις;

ỷ. 583. ΠΑΡΑΚΟΠΟΝ. Παράκοτον Cant. 1. Π et Τ facillime confunduntur. Παράσκοπον Guelph.

ỷ. 585. ΠΟΝΤΙΟΙΣ ΔΑΚΕΣΙ. Ποντίοισι Guelph. Ven. 2. Cant. 2.

Ask. A. Brunck. Schutz. Δακνοῦσι Cant. 1. Δάκαισι Cant. 2. Δάκεσιν Morell. ex emendat. Pauwii. Porro ἢ ex superiori versu huc trahunt Brunck. Schutz. 1.

Ibid. ΜΗΔΕ ΜΟΙ. Μὴ δέ μοι Rob. Μήδ᾽ ἐμοὶ in sequentem versum trahunt Brunck. Schutz. 1. Μοὶ tantum Heath.

ỿ. 587. ΑΔΔΗΝ. Ἄδην Brunck. Schutz. Pors. Retineo ἄδδην, quia in eo consentiunt codices, nec repugnat metrum. Hesych. Ἄδδην· εἰς κόρον καὶ εἰς πλησμονήν.

Ibid. ΠΟΛΥΠΛΑΓΚΤΟΙ. Alii πολύπλανοι. Ego malim πολύπλαγκτοι, quod in aliis libris legitur, præsertim quum ỿ. 578. dixerit τηλέπλαγκτοι πλάνοι. Idem valet autem πλάνος quod πλάνη. Illud tamen πολύπλανοι convenit cum illo δύσπλανος quo utitur ỿ. 609. H. Steph. Πολύπλανοι Ask. A. D. Ven. 2. Ald. Turn.

Ibid. ΠΛΑΝΑΙ. Supra, ỿ. 578. πλάνοι quod hic etiam Schutz. 2. Pauwius vero poetam studio variasse arbitratur.

ỿ. 588. ΓΕΓΥΜΝΑΚΑΣΙΝ. Abest ν in Guelph. sed hiatus ferri non potest. Γεγυμνάσιν Ald. Jam vero totum carmen, metris ex nostra sententia ordinatis, exscribam.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ.

1. Ἃ ἇ, ἴα ἴα·
2. Χρίει τίς αὖ με τάλαιναν οἶστρος,
3. Εἴδωλον Ἄργου γηγένους;· ἄλευ᾽ ὦ δᾶ.
4. Φοβοῦμαι, ἒ, ἒ,
5. Τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν.
6. Ὁ δὲ πορεύεται, δόλιον ὄμμ᾽ ἔχων,
7. Ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.
8. Ἀλλά με τὰν τάλαιναν, ἐξ ἐνέρων περῶν,
9. Κυνηγετεῖ, πλανᾷ τε νῆστιν
10. Ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον,
11. Ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ,
12. Ἀχέτας, ὑπνοδόταν νόμον.
13. Ἰὼ ἰώ, ποῖ ποῖ, πῶ πῶ πῶ
14. Ποῖ μ᾽ ἄγουσι τηλέπλαγκτοι πλάνοι;
15. Τί ποτέ μ᾽ ὦ Κρόνιε παῖ τί ποτε
16. Τί ποτε ταῖσδ᾽ ἐνέζευξας εὑρὼν
17. Ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖσιν; ἒ, ἔ.
18. Οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
19. Παράκοπον ὧδε τείρεις;
20. Πυρὶ φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἢ
21. Ποντίοις δάκεσι δὸς βοράν, μηδέ μοι
22. Φθονήσῃς εὐγμάτων ἄναξ.
23. Ἄδδην με πολύπλαγκτοι πλάνοι
24. Γεγυμνάκασιν, οὐδ᾽ ἔχω μαθεῖν ὅπῃ
25. Πημονὰς ἀλύξω.

Metra sunt, 1. Ion. a maj. dim. brachyc.; vel potius, Iamb. dim. brachyc. si α in ἴα longum esse statuas. 2. Asynartet. e Penth.

Iamb. 3. Iamb. trim. 4. Dochmiacus. 5. Iamb. trim. 6. Asynart. e Dochm. 7. Iamb. trim. cat. 8. Choriamb. trim. acat. 9. Iamb. dim. hyperc. 10. Ion. a min. dim. hyperc. 11. Asynart. e Dochmiacis. 12. Period. dim. acat. 13. Dactyl. tetram. hyperc. ex Spondeis. 14. Malim dicere Asynart. e Troch. monom. et Cretico dim. quam Period. e Troch. dim. brachyc. et Iamb. monom. 15. Pæon. trim. cat. 16. Dici potest Pæon. trim. acat. sed rectius forte Antispast. dim. hyperc. 17. Antispast. trim. brachyc. 18. Asynart. e Penth. Iamb. pro Dochm. et dochmio. 19. Iamb. dim. cat. 20. Asynart. e Dochmiacis. 21. Asynart. ex Pæon. dim. et Dochm. 22. Antispastus Æschyleus dim. acat. Epitritum primum excipientibus Iambis *puris*. 23. Iamb. dim. acat. 24. Antispast. Æschyleus trim. 25. Ithyphallicus.

ỷ. 590. ΠΡΟΣΦΘΕΓΜΑ ΤΑΣ. Alii προσφθέγματα. Legitur et προσφθέγματος. H. STEPH. Φθέγμα Med. Rob. Φθέγμα τᾶς δὲ Ar. Colb. 2. Φθέγματα τῆς Colb. 1. Φθέγματα etiam Ask. C. D. Cant. 1. 2. Φθέγματα τᾶσδε Ven. 2. Guelph. Προσφθέγματα Ald. Turn. Hunc versum Pauwius vult esse Antispast. trim. acat. πολυσχημάτιστον, quod Ius Monostrophica quasi claudat, et ad Iambica leniter sese acclinet: sin minus legendum cum Arnaldo, Τᾶς παρθένου πρόσφθεγμα βούκερω κλύεις. Rectius Heath. Τᾶς βούκερω πρόσφθεγμα παρθένου κλύεις, dicendum enim τᾶς παρθένου τᾶς βούκερω si Arnaldum sequare. Minus concinne Morell. Πρόσφθεγμα παρθένου κλύεις τᾶς βούκερω, vel κλύεις τὸ φθέγμα παρθένου τᾶς βούκερω, vel τὰ φθέγματα, vel προσφθέγματα κλύεις παρθένου τᾶς βούκερω. (Accentum ubique in βούκερω ex penultima in antepenultimam rejeci, quod postulat analogia, quamvis id videtur viros doctos fugisse, excepto Porsono.) Recte vero hunc versum Iambicum esse contendit Morell., ob novam personam in scenam introductam, qua in re notandum poetas fere semper Iambicos usurpasse. Conf. Soph. Philoct. ỷ. 1246. Œd. Col. ỷ. 576. 1313. Eurip. Hec. ỷ. 215. Orest. ỷ. 1315. Alcest. ỷ. 1016. Heathium sequuntur Brunck. Schutz. quibus me adjungas velim. Vulgatam retinet Pors. sed in edit. 2. obelum apposuit ad βούκερω.

ỷ. 592. ΙΝΑΧΕΙΗΣ. Ἰναχείας Med. Ἰναχίας Colb. 2. Cant. 1. 2. Ἰναχίης Guelph. et mox θάλπῃ Guelph. huc etiam trahunt ἔρωτι ex seq. versu, contra metrum, Ald. Rob.

ỷ. 594. ΓΥΜΝΑΖΕΤΑΙ. Βιάζεται Cant. 2. Ar. Fons erroris in aperto est, ex voce βίαν præcedente.

ỷ. 595. ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ. Ex his, 1. est Troch. dim. hyperc. duo Trochæi in breves sunt resoluti. 2. Period. ex Syzyg. Troch. et Iamb. trim. brachyc. nisi ᾰ in ἄρα corripere malis, sic enim post Iambicum μογερᾶ τίς ὤν, τίς ἄρα, sequitur ditrochæus cat. μ' ὦ τάλας, et periodus fit duplex, Iambis in medio collocatis. 3. Period. a Troch. syzyg. incipiens, et in Troch. syzyg. cat. desinens, duo Iambi stant in medio. 4. Pæon. trim. cat. θεῶν patitur synizesin, et sic primus pes est Creticus, si θεόσυτον legeretur pro Cretico etiam adesset pæon quartus. 5. Pæon. trim.

De loco ubi Prometheus religatus est plene disserit illustris Stanleius. Scena igitur in Scythia Europæa, minime vero, ut Schutzio videtur, juxta Paludem Mæotidem. Chorus enim Scythas circa paludem illam cum Caucasi accolis conjungit, hos autem a loco Prometheæ religationis quam longissime ablegat. Quin et Prometheus, ỳ. 706. Ioi exponens peregrinationem suam, primum eam jubet, a loco ubi ipse vinctus est, ad ortum conversam Scythas Nomadas accedere, his autem evitatis et Chalybibus, qui ad sinistram habitabant, ad Araxem iter tendere, quem tamen donec ad Caucasum, a quo defertur iste fluvius, perveniat, transire vetat. Monte autem transcenso versus meridiem jubet illam contendere, ad Amazonas, nondum antiquis sedibus motas, a quibus ad Lacum Mæotidem deducatur. Intervalla sunt hæc humane commoda. Erat igitur locus procul dubio, ubi Prometheus vinctus est, a Palude Mæotico septentrionem et occasum versus. Ad eum, Hæmo monte transcenso, Apollod. II. 1. Io pervenit. Oceanum autem in conspectu habuit, quod ex ỳ. 1087. et ex ipsis fabulæ interlocutoribus Choro nympharum Oceanitidum, et ipso quidem Oceano, satis patet. Forte inter Gelonos ad Euxini Ponti angulum septentrionalem constituendus. Quod ad Caucasum attinet, in eo quidem erat scena Promethei Soluti; is nempe fuit secundæ religationis locus, ut fuse docet Schutz. de quo noster, ỳ. 1019. Neque enim in hac tragœdia aquilæ pœna Prometheus afficitur, quod diserte indicat Æschylus infra, ỳ. 1020. S. BUTLER.

ΚΕΙΤΑΙ ΔΕ Η ΜΥΘΟΠΟΙΙΑ. Epicharmum, et ipsum Pythagoreum, Æschylo fere coætaneum, quin et Hieroni gratissimum,

Promethei fabulam tractasse testatur Etymologici Magni Auctor, in voce Στατῆρες, qui hæc habet, —Ὅθεν καὶ στατῆρες, οἱ χρεῶσται· οἷον,

Πολλοὶ στατῆρες, ἀποδοτῆρες οὐδ' ἂν εἷς.

Ἐπίχαρμος Προμηθεῖ. Unde hoc drama Satyricum fuisse conjicias. Quin et nostri Προμηθέα πυρφόρον Satyricum fuisse ex fragmentis patet. An Epicharmum vel æmulum vel imitatorem Æschyli fuisse credibile est? S. BUTLER.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ.

DRAM. PERS. Quod ad personas hujus tragœdiæ attinet, sic habeto. In duabus editionibus hujus tragœdiarum libri, invenies primæ tragœdiæ personas numeratas esse novem, in una vero octo, duas enim addunt illæ ad eas quas posuimus, Terram videlicet et Herculem, hæc vero Herculem duntaxat. At nos septem tantum recensuimus, quod nec Terram nec Herculem in ipsa tragœdia loquentes inveniremus. Conjicere autem mihi videtur aliquis posse non male, eas ἐκ Προμηθέως λυομένου huc invectas fuisse; quod illam tragœdiam verisimile sit olim, in harum tragœdiarum volumine, hanc nostram, nimirum Προμηθέα δεσμώτην, subsequi solitam. Quanquam, in uno quidem certe veteri libro, memini me scriptum invenire, ὀκτὼ τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα: quum tamen nomina alia non haberentur illic, quam ea, quæ a nobis vides posita: adeo ut omnino, meo quidem judicio, necesse fuerit eum, quisquis illum numerum adscripsit, putavisse duas esse personas, Κράτος καὶ Βίαν. Atque ita duas esse certum est, ut pro una censeri debeant, quum etiam conjungantur, unde et initio tragœdiæ προλογίζουσαι simul loquantur, est enim ἥκομεν, non ἥκω· et Vulcanus ad utramque personam una sermonem convertit, quum ait, Κράτος Βία τε, σφῶν μὲν ἐντολὴ Διὸς Ἔχει τέλος δὴ κ.τ.λ. Sed et Hesiodus, de utraque simul loquens, dicit,

Τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἕδρη,
Οὐδ' ὁδὸς, ὅππη μὴ κείνοις θεὸς ἡγεμονεύει,
Ἀλλ' αἰεὶ παρ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται.

Quinetiam Callimachum, in Hymno in Jovem, unius mentionem cum mentione alterius conjungit, quum ait, ipsum Jovem alloquens,

Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε Βίη, τό τε Κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.

Tametsi hic Callimachus, non Κράτος dicit, sed Κάρτος, per metathesin literæ ρ, ut καρτερὸς, κρατερός. Scio tamen Κράτος etiam Vulcanum compellare, et ab eo compellari numero singulari. Verum ut duo, vel, ut in Choro, plures etiam sub unius persona nos compellent, et a nobis vicissim compellentur, ne in quotidiano quidem sermone novum videtur. Sed quid verbis opus est? Κράτος καὶ Βία, sive pro una persona haberi debeant, sive pro duabus, constabit nobis numerus earum personarum, quæ a poeta in hac tragœdia loquentes inducuntur, ut Terram et Herculem, hinc facessere omnino necesse sit. Hæc sunt, quæ ut audires,

discedentem te revocavi, et quorum mentionem, antequam ad observationes meas advenirem, faciendam ideo putavi, quod, quum ad poetæ verba nihil pertineant, si inter illas fuisset de iis sermo, ἀπροσδιόνυσα videri tibi potuissent. H. STEPH.

Κράτος significat imperium, potentiam, et potestatem. Hic per istam vocem intelligitur ille, qui ex ministris Jovis acceperat supremam potestatem de capiendo et constringendo Prometheo. Facilioris intelligentiæ gratia potest vocari Dux cum imperio et mandato, aut simpliciter Dux. Βία significat vim et violentiam: et ista voce intelliguntur reliqui, qui τῷ Κράτει adjuncti erant ad ipsum Prometheum invadendum et pertrahendum in Montem Caucasum, et possunt vocari Satellites sive Satellitium. Pulchre servatur decorum in his personis: inducuntur ministri potentissimi regis, imperiosi, violentes, immites, et rigidi executores mandati accepti, atque asperi exacerbatores delictorum Promethei. GARBIT.

Κράτος καὶ Βία jam ab Hesiodo memorantur, Theog. v. 385. qui eos cum Ζήλῳ et Νίκῃ Stygis, Oceani filiæ, e Pallante filios esse perhibet. Has ait semper apud Jovem sedere, neque unquam ab eo segregari. Βία autem in hac tragœdia muta persona est. Κράτος enim suo et illius nomine loquitur. Utramque enim simul in scena locutam fuisse, quod Stephano in mentem venit, nemini, credo, post eum probabitur. SCHUTZ.

Ibid. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Non dubium est, quin, qui primus ex hominibus est vocatus Prometheus, inde sit ita dictus, quia putaretur sua prudentia et sapientia, quasi Deus quidam esse inter homines, et præ aliis intelligens, consideratus, et prudens: nec male quilibet homo, ut ad imaginem mentis, bonitatis, et sapientiæ divinæ creatus, potest ita vocari; præcipue autem qui præ aliis, est mentis providæ et solertis industriæ. Sed, qui a Græcis scriptoribus primo et proprie est vocatus Prometheus, propter singularem ingenii, solertiæ, et industriæ vim, de quo est hæc fabula, ille perhibetur filius fuisse Iapeti ex Asia nympha, aut ex Clymene, juxta Hesiodum; aut ex Themide, ut noster videtur sentire. De hoc multa passim in sacris et profanis scriptoribus. August. De Civ. Dei, XVIII. 8. *Regnantibus hisce regibus, Saphro Assyriis, Ortopholo Sicyoniis, Chryaso Argivis: uno tempore natus Moses creditur a quibusdam fuisse Prometheus, quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientiæ doctor fuisse perhibetur.* Vid. Lud. Viv. in loc. Ita Suid. in voce Προμηθεύς. Theophrast. et alii. Lactantius putat eum primum hominis simulachrum ex luto formasse. Alii volunt eum regem Thessaliæ fuisse: sed tradita regni administratione fratri Epimetheo, se studio astrologiæ totum dedisse. Poetæ fere inventionem artium ad eum referunt, et fingunt eum illarum studio immodico, et se confecisse, et hominibus, a simplici vitæ abductis, labores varios induxisse, unde vitæ ratio eis facta difficilior: tum vero Jovis adversus se indignationem concitasse,

propter imposturam factam ipsi, et ignem subreptum, cujus usu sunt artes inventæ et excultæ ad calamitosam πραγματείαν. Prisci poetæ multum elaborarant in hoc argumento.—Videnturque hujus rei ansam sumpsisse ex iis, quæ ex historia sacra, de primo parente, ab Hebræis cognoverunt. Consilium autem nostri hoc videtur esse, ut exprimat vim et naturam mentis humanæ, et &c. hominum ingeniosorum et solertiam sæpe esse immodicam, etiam in optimis studiis et conatibus; et ideo interdum ad tempus esse reprimendam; sed non ita facilem esse repressu, nec unquam omnino et ad aliquam diuturnitatem reprimi posse. GARBIT.

Patrem Promethei haud memoravit Æschylus, quem tamen Iapetum fuisse satis consentiunt. Matrem, alii Clymenem, Asiam alii: Æschylus Themidem facit. Tres itaque Prometheos aliqui præcipue fingi volunt. Unum φυσικὸν et primævum ex providentia divina et vi cœlestium corporum ducentem originem, ex Iapeto natum et Themide;—alterum ψυχικὸν, qui est in animis hominum, et ipsa mens, et πρόνοια humana, ex Iapeto et Clymene, quia producitur et fovetur a celebritate famæ et nominis: tertium τεχνικὸν, cui inventio et elaboratio variarum artium inscribitur, ex eodem natum patre, matre Asia, quia ex tædio veterum fertur ad nova et grata excogitanda. GARBIT. Iræ Jovis in Prometheum causam satis ridiculam comminiscitur Hesiodus, Theogon. ♈. 536, &c. quam Æschylus pro tragica dignitate omnino prætermittit. Orta tamen Schutzio videtur, cujus longissimum excursum h. l. contraximus, ex eo quod in sacrificiis κνίσην καὶ ὀστέα συγκάλυπτα primus obtulerit. Idem ignis inventionem Prometheo, quippe quæ ab antiquissimis scriptoribus memoretur, tribuendam judicat. Alias autem, vel omnes vel saltem plerasque artes eundem reperisse, additamentum esse censet Schutzius, quo Æschylus aliique ex suo ingenio rem amplificaverunt. Eum tamen in Academia una cum Vulcano et Minerva, præclaris artium inventoribus, coli tradit Apollodor. et lampadum certaminis in honorem Promethei meminit Pausan. Attic. et ludorum Promethei Isæus in Orat. De homine a Prometheo fabricato decantata historia, quam ab ea fabula, quæ eum fictilium simulachrorum auctorem nuncupabat, deducit Lactantius. Reliquias luti, ex quo genus humanum Prometheus finxerit, apud Panopenses monstratas fuisse tradit Pausan. X. 4. Stephanus περὶ Πόλεων, in voce Ἰκόνιον. Γενομένε δὲ τῦ κατακλύσματος ἐπὶ Δευκαλίωνος, πάντες διεφθάρησαν· ἀναξηρανθείσης δὲ τῆς γῆς, ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε τῷ Προμηθεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἴδωλα διαπλάσαι ἐκ τῦ πηλῦ· καὶ προσκαλεσάμενος τὲς ἀνέμους, ἐμφυσῆσαι πᾶσιν ἐκέλευσε, καὶ ζῶντα ἀποτελέσαι· διὰ ἂν τὰς εἰκόνας ἐκεῖ διαγραφῆναι, Ἰκόνιον κληθῆναι· καὶ ἔθει διὰ διφθόγγε. Allegoricam Promethei fabulam alii aliter interpretantur. Cf. Voss. de Idol. I. 8. Bochart. Phal. I. 2. et Stillingfleet Orig. Sacr. III. 5. Quidam cum homines ad vitam urbaniorem e sylvis evocasse

aiunt, artesque invenisse, quarum studio perpetuo cruciaretur. Cicero hunc et Atlantem ob Astronomiæ peritiam locum fabulæ dedisse putat. Haud abs re est quod eum Herodotus (teste Eudocia in Ἰωνίᾳ, p. 346) Scytharum regem fuisse prodat, quem, cum subditis victum præbere non posset, propterea quod Ἀετὸς fluvius agros inundaverat, Scythæ in vincula conjecerant; Herculem vero, cum in istas regiones venisset, fluvium Ἀετὸν in mare deduxisse, unde occisæ aquilæ orta sit fabula, Prometheumque vinculis liberasse. Sed quis fluvius Ἀετός? nomen sane cuivis flumini rapidissimo conveniat. Similiter Agretas in XIII Scythicorum libro narravit, flumine illo Ἀετῷ optimam et fertilissimam Promethei terram afflictam fuisse: unde ortam esse fabulam de hepate ejus ab Aquila depasto. Ἧπαρ enim, sicut Ἦλας, a multis dici terram fructuosam. Cum deinde Hercules fossis aquam derivasset, id narrationi de cæde aquilæ, et liberatione Promethei per Herculem facta, locum dedisse. Cf. si lubet, Plut. de Phaside, Arrian. in Periplo Pont. Eux. p. 12. Apollon. Rhod. II. 1258. Philostrat. de Vit. Apollonii Tyanensis, II. 3. atque in eum locum notas Olearii. Alii in Ægyptum et Nilum transferunt. Verum his, quæ pleraque collegit vir cl. Schutzius, historicam veritatem deesse arbitratur. Neque enim historicam, ille ait, esse Promethei personam, sed primas de Prometheo fabulas comminiscendi origines ab observatione Philosophorum repetendas esse, qui artium, imprimis ignis inventionem, τῇ προμηθείᾳ deberi docuissent. Hinc deinde poetas, quos prosopopœia unice delectat, προμήθειαν in personam mutasse, eique Promethei nomen indidisse. Et quoniam προμηθείας, animi solertis, duplex vis est, altera ad artes inveniendas, altera ad fraudes excogitandas, duplicem fabularum seriem esse natam, unam, quæ Prometheo ignis omniumque fere artium inventionem, alteram, quæ ei varias fraudes, quibus vel Jovem decipere ausus sit, tribuerit, jamque patentibus fabularum rivis, alia alios pro suo ingenio commenta addidisse. Tum secutos historicos fabulas illas ad rerum gestarum veritatem revocare cupivisse. Et recte videtur vir præclarus Prometheum ad mythologiam revocare, quod eum memorat Apollod. Jovis caput securi percussisse, unde nata sit Minerva, artium inventrix. S. Butler.

ΧΟΡΟΣ. Chorum Nympharum Oceanitidum quot personis constare jusserit Æschylus, definiri nequit. Longum earum catalogum præbet Hesiodus, Theogon. ꝟ. 349. et seqq. Multo autem pauciores in scenam invexisse Æschylum, ideo credibile est, quod eas curru alato advenire finxit. Talem autem machinam haud magnum numerum fœminarum capere potuisse, facile intelligitur. Schutz. Si, quod credibile est, hæc fabula sit Æschyleæ senectutis, docta post Eumenidas, haud ultra xv chori numerus excurret. S. Butler.

Prometheus cum Jovi genus humanum extinguere volenti se opposuisset, multisque beneficiis affecisset miseros mortales; in quibus hoc primarium erat, quod ignem de cœlo suffuratus iis divisisset, iratus Jupiter tradidit eum Vulcano numinibusque, quæ appellantur Κράτος καὶ Βία, h. e. Robur et Vis; jussitque eum in rupe quadam Scythica religari et clavis affigi. In scenam igitur prodeunt Prometheus captivus, comitibus Vulcano, clavos trabales, cuneos, catenasque ferente, item Robore ac Vi, acerbis immitibusque supplicii exactoribus. Hi Vulcanum propter generis affinitatem Promethei misericordia captum, alioque a crudeli pœnæ ministerio refugientem, cunctantemque urgent, impellunt, ac nisi mandata properet, Jovis iram minantur. Victus necessitate Vulcanus Prometheum ad rupem præruptam ac scopulosam affigit. Ille præsentibus supplicii exsecutoribus neque vociferatur, neque ingemiscit, sed omnem e cruciatibus dolorem premit atque continet, nec priusquam isti discesserunt silentium clamore et lamentatione rumpit. Mox tamen ad fortitudinem suam redit, animumque perturbatum fati necessitate, conscientiaque immortalitatis suæ consolatur. Hæc secum reputanti superveniunt Nymphæ Oceanitides, ferramentorum, quibus Vulcanus Prometheum affixerat, strepitu excitæ, curruque alato per aerem advectæ. Quibus, postquam se Promethei eventum fortunamque miserari, ac de futura ejus conditione sollicitas esse significassent, causas pœnæ sciscitantibus, Prometheus, quam bene de Jove meritus fuerit, et quomodo propter beneficia generi humano tributa, iram sibi ejus et pœnam contraxerit, enarrat. SCHUTZ.

℣. 1. ΗΚΟΜΕΝ. Unde venerint, Κράτος non significat. Sed absque dubio eos Olympo descendisse poeta supposuit. Sæpius autem utuntur Tragici verbo ἥκω in exordiis personarum advenientium. Sic Oceanus, ℣. 284. Ἥκω δολιχῆς τέρμα κέλευθον. SCHUTZ. Cf. etiam Eurip. sub Hecubæ et Troadum initio. S. BUTLER.

℣. 2. ΣΚΥΘΗΝ. Genus mortalium veteres in Græcos Barbarosque partiebantur. Ad quos Græcis commercia erant barbaros nominibus distinguebant, reliqui indiscriminatim ad Meridiem Æthiopes, ad Ortum Indi, ad Occidentem Celtæ, Septentriones versus Hyperborei Scythæve appellabantur. Quo quis antiquior auctor, eo hæc genera apud illum latius patent. Scythiam Æschyli a Caucaso versus Istri fontes porrectam arbitror, illum in Oceani (quem forte putabat) Caspium, sinum desinere, hunc non Pyrenæis jugis non ita multum distare existimabat. Jo. MULLER.

Ibid. ΣΚΥΘΗΝ ΕΣ ΟΙΜΟΝ. Attico more substantivum pro adjectivo. Thucyd. VI. Ἑλλὰς πόλις ἔτι Pindar. Nem. X. 46. Ἑλλάνων στρατόν. Soph. Œd. Tyr. ℣. 80. Ἐν τύχῃ σωτῆρι pro σωτηρίῳ. GIACOMELLI. Vide sis Meurs. in Lycophron, ℣. 496. S. BUTLER.

Scythiam loca pro Scythicas regiones, οἶμος nempe h. l. non significat viam tritam, quod repugnaret sequentibus verbis ἄβατον εἰς ἐρημίαν, sed potius solum terræ, ubi iri aliquid potest. Eodem fere modo posuit Homerus Il. M. 168. id vocabulum, cum dicit apes cellas sibi parare ὁδῷ ἐπὶ παιπαλοέσσῃ, i. e. in loco confragoso, pedibus certe viatorum non trito. SCHUTZ.

℣. 3. ΗΦΑΙΣΤΕ, ΣΟΙ ΔΕ ΧΡΗ. Similis transitus a scenæ declaratione ad negotii instantis commemorationem apud Sophoclem Philoct. ℣. 15. ubi Ulysses ad Neoptolemum conversus ἀλλ᾽ ἔργον inquit ἤδη σὸν τὰ λοίφ᾽ ὑπηρετεῖν. SCHUTZ.

℣. 5. ΥΨΗΛΟΚΡΗΜΝΟΙΣ. Κρημνὸς apud Pindarum sæpe de præruptis litorum riparumque marginibus dici notavit doctissimus ejus fragmentorum editor Schneiderus, p. iii. eidemque poetæ usurpatur eodem sensu vocabulum βαθύκρημνος Isthm. IV. 96. Nem. IX. 55. apud nostrum igitur πέτραι ὑψηλόκρημνοι commode intelligi possunt, rupes mari imminentes, aut non multum a litore recedentes. SCHUTZ.

Ibid. ΛΕΩΡΓΟΝ. Maleficum, sollem, quippe Dei summi despectorem. BARTH. Duplex Promethei scelus, creati hominis, et in humanos usus ignis concessi. Utroque heroa, artium patrem, queis vita formatur, designari haud absurde credi videtur. Argumentum fabulæ est, instructos homines multiplici scientia, abjecta aurei ævi simplicitate, quæ reverentia Deum constabat, altiores spiritus extulisse. JO. MULLER.

℣. 6. ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΩΝ ΔΕΣΜΩΝ. Notum omnia invincibilia adamantina dici. Nam id genus æternæ immutabilitatis esse opinabantur. Calaber;

Ἄρματος ἀίδιον ἕστασ᾽ ὃ ῥά οἱ χάλκευσ᾽ ἀμφιγυήεις αὐτὸς

Χερσὶν ὑπ᾽ ἀκαμάτοισιν ἀτειρέος ἐξ ἀδάμαντος. BARTH.

Sic Miltonus ille, Parad. Amiss.

——There to dwell

In adamantine chains. S. BUTLER.

Ibid. ΕΝ ΑΡΡΗΚΤΟΙΣ ΠΕΔΑΙΣ. Solent Attici per pleonasmum adjungere dativo instrumenti præpositionem ἐν. Xenoph. Anab. IV. ἔδοξεν ἐν πέδαις δεδέσθαι. Noster infra, ℣. 168. καίπερ κρατεραῖς ἐν γυιοπέδαις αἰκιζομένου. Plato de Leg. X. ἐκ νέων παίδων ἔτι ἐν γάλαξι τρεφόμενοι. Similiter D. Marc. i. 8. ἐβάπτισα ἐν ὕδατι quod D. Luc. Act. i. 5. simpliciter ἐβάπτισεν ὕδατι. Item D. Marc. iv. 24. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν· quod sine præpositione D. Luc. vi. 38. τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Idem tamen xxii. 49. εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ. Neque per Ebraismum, sed more scribendi optimis scriptoribus usitato. Vid. Hom. Odyss. K. 286. Aristoph. Plut. ℣. 487, et 765. Lucian. Dial. Mort. et ibi Hemsterhus. et in Herod. sive Aët. c. 5. et ibi Reitz. Eurip. Hec. ℣. 468. GIACOMELLI. In vocabulo πέδαι translatio inest. Proprie enim dicitur de pedicis, quibus equorum pedes vinciuntur, ne aufugere et discurrere possint. Sic Homerus, Iliad. N. 34. et seqq. SCHUTZ.

℣. 7. ΤΟ ΣΟΝ ΓΑΡ ΑΝΘΟΣ.] Translatione ipsa Hesiodi Lucretius, *Donec flammai fulserunt flore coorto*, quod postquam arbores ramos inter se terendo, tandem expresso ignis cortice flamma micare fulgereque cœperunt. Tum ille Hesiodus Lycurgo, *ut videam Vulcani opera. hæc flammis florea* scribendum arbitror, *flammis fimbria flora*. Hoc est, ut adhærentibus flammis, velut fimbria. Satis flora eleganter dixit, ut ἄνθος Æschylus. Barth. Adv. XXXIV. 11. Convertit, *il pregio tuo*, non *il fiore tuo* quod in textu. Et sic exponunt Scholiastæ, primus per τὸν σὸν κόσμον, alter per [illegible]. Flos flammæ non aliud quam ἄνθος πυρὸς pro flamma. Sed in hoc loco non dicit Æschylus πυρὸς ἄνθος, sed τὸ σὸν ἄνθος, *il fiore tuo*, flos sive ornamentum, ac proprium Vulcani insigne, ut Fulmen Jovis, Hasta Palladis, Neptuni Fuscina. Giacomelli.

Ibid. ΠΑΝΤΕΧΝΟΥ.] Quia sine igne fere neque ab initio potuerunt, neque adhuc possunt confici ulla artium instrumenta, aut opera artium illarum quæ sunt de usu quotidiano. Unde in certamine cum aqua apud Plutarchum ignis primas ferre videtur obtinere palmam. Garbit.

℣. 8. ΚΛΕΨΑΣ ΩΠΑΣΕΝ.] Sophoc. Œdip. Colon. ℣. 55.

ὁ πυρφόρος θεὸς

Τιτὰν Προμηθεύς. Giac.

De furto Promethei varia traduntur. Alii volunt inde datam fabulæ ansam, quia Prometheus pro ingenii sui solertia, ex ferro et silice ignem excutere docuerit, servareque in ferula. Alii, quia docuerit homines eum excipere ex quercubus fulmine ictis. Alii, quia eum de cœlo, per Minervæ ope furatus, detulerit ad homines, quibus erat certo consilio Jovis denegatus, aut certe subtractus ad hoc, ut sine ejus usu simplicius et temperantius degerent. Sed non illam solam rationem intellexerunt, verum et eam qua ignea vis ingenii humani eliceretur, et applicaretur ad inventionem, elaborationem, et usum aliarum etiam artium, quæ essent liberales, et vitam excultiorem redderent. Inde enim Prometheus fingitur etiam formasse homines ex luto, quia rudiores et imperitiores doctrina sapientiæ et bonarum artium excoleret, et ad humanitatem, justitiam et honestatem informaret, ut ex sequentibus patebit. Garbit.

℣. 11. ΣΤΕΡΓΕΙΝ.] Etymol. Στέργω, αἱ μὲν συντασσόμεναι μετὰ δοτικῆς, σημαίνει τὸ ἀρκοῦμαι· αἱ δὲ μετὰ αἰτιατικῆς, σημαίνει τὸ ἀγαπῶ, καὶ φιλῶ. Γίνεται παρὰ τὸ στέγω ὃ σημαίνει τὸ ὑπομένω. Div. Paulus, 1 Thess. iii. 1. Διὸ μηκέτι στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι. et ℣. 5. Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν. S. Butler.

Στέργειν, contentum esse, boni consulere. Sæpius in hoc sensu occurrit hæc vox cum dativo. Ut Aristoph. Eccl. ℣. 292. Στέργων σκοροδάλμῃ *alliata muria contentus*. Giac. Στέργειν etsi alias idem est quod *ferre, pati*, nolim tamen h. l. vertere *Jovis imperium pati*, aut *boni consulere*: collatis enim ℣. 29. 1001, apparet reverentiam erga Jovem hoc verbo significari. Cæterum

totum hoc τῷ Κράτει exordium magnam vim habere debuit ad spectatorum attentionem commovendam. Videbant enim Prometheum, humani generis amicum, ad supplicium duci, et quo duriorem se præbebat Roboris persona, eo majorem Prometheo favorem et misericordiam conciliabat. Schutz.

℣. 12. ΣΦΩΙΝ. Ex hac voce colligere licet Κράτος καὶ Βίαν duas esse personas. Giac.

℣. 14. ΣΥΓΓΕΝΗ. Notat Sept. Fl. Christianus ad Aristoph. Pacem, ℣. 617. Pacem Phidiæ dici αὐτοῦ συγγενῆ, propterea quod pacis ore nihil formosius et speciosius. Contra bellicæ artes faciunt ut Phidiæ, et ejusmodi artificum pereat artificium; sic apud Æschyl. Prometheum, Vulcanus dictus ipsius Promethei συγγενής, quia sine ignis adminiculo nihil potest opera fabrilis, quæ cum illo nascitur et denascitur. S. Butler.

℣. 18. ΟΡΘΟΒΟΥΛΟΥ. Hoc epithetum Themidi forte a nostro tribuitur, quod Themis eadem est ac Terra, ℣. 210. Erat etiam antiquitus Terræ oraculum, Paus. Eliac. V. 14. Unde ex hujus oraculi responsis Themis forte ὀρθόβουλος dicitur. Et apud Harpocrationem in voce Θεμιστεύειν, vaticinari dicitur. Ovid. Metam. I. 321, *Fatidicamque Themin quæ tunc oracla tenebat.* Giac. Vide plura in Notis ad Eumen. ℣. 2. Pind. Pyth. IV. 466. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος. S. Butler.

℣. 20. ΤΩΙΔ' ΑΠΑΝΘΡΩΠΩΙ ΠΑΓΩΙ. Affixum Scythiæ finibus ita intellige, quod cultior Græcorum vita non ultra pertigerit. Jo. Muller.

℣. 21. ΟΥΤΕ ΦΩΝΗΝ, ΟΥΤΕ ΤΟΥ ΜΟΡΦΗΝ ΒΡΟΤΩΝ ΟΨΕΙ. Deest cognatæ significationis vocabulum. Hom.

—— οἶνον καὶ σῖτον ἔδοντες. J. Casaub.

Fallitur vir incomparabilis. Locum enim, ad quem provocat, occurrit Odyss. Π'. 110.

Καὶ οἶνον διαφυσσόμενοι, καὶ σῖτον ἔδοντες·

ubi apodosis τοῦ οἶνον est ad ἰδεῖν, quod subintelligitur, minime ad τὸ ἔδοντες. Forma autem loquendi notior est quam ut confirmatione egeat. Tac. Germ. c. 2. *Terra olim non classibus advehebantur, qui mutare sedes quærebant.* Mihi quidem minus recte videtur provocare ad Sept. Th. ℣. 103. illustris Stanleius, alia est enim figura dictionis. Hic syllepsis, illic catachresis. S. Butler. Notat Scholiastes β'. deesse verbum ἀκούειν. Certe ad φωνὴν, ut ad non μορφὴν, illud ὄψει referendum est. Haud absimili Zeugmate, Virg. Æn. XII. 435.

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem
Fortunam ex aliis.

H. e. *opta, pete fortunam,* ut ait Servius ad locum. Sic Georg. I. 92.

Ne tenues pluviæ rapidive potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Tenues autem *pluviæ* cum verbo *adurere* non consentiunt, sed intelligendum *noceant*. Cic. ad Att. X. 4. *Fortuna quæ illi*

florentissima; nos duriore conflictati sumus; h. e. *qua illi* usi sunt *florentissima.* Ut ex Græcis solutæ orationis scriptoribus exempla adjungamus: Lysias, Κατ' Ἀνδοκ. ἀσεβ. p. 107. Οὐχ οἷόν τε ὑμῖν ἐστιν ἅμα τοῖς τε νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι. *Fieri non posse, cum ut legibus civitatis utamini, tum ut Andocidem incolumem habeatis.* Sicut vero in alicujus verbi cum pluribus nominibus conjunctione, aliud verbum haud raro subintelligatur necesse est, sic in conjunctione plurium verborum cum uno nomine aut casu, alia nomina vel casus subaudiendi sunt. Lucian. Dial. Deor. XV. 1. καὶ ὅμως ἐπειδὰν ὄντα αὐτὸν περιβάλλουσί τε καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι, ubi cum postremo verbo subintelligendum αὐτῷ. Quod etiam optimis Latinis scriptoribus in usu fuit, ut ad locum nuper citatum observant viri docti. Gataker. Apocalyps. I. 12. ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνήν. Aristæn. I. 23. τὴν ὑπογάστριον ἀρτηθεῖσαν τοῖς δακτύλοις ἁρμονικῶς ψάλλουσα. Idem, II. 7. εἰ τὴν χεῖρα προσαγάγῃς τῷ στέρνῳ, ὄψῃ τὸ πήδημα· *vel sentias, admota deprehendes manu.* Contrario modo ἀκούω Musæus de Her. et Leandr. v. 5.

Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω·

ubi vid. cl. D' Orvill. Facile itaque carebimus Scholiastæ supplemento extrinsecus assumentis ὁρῶν. Sed est iste veterum criticorum mos, ut ubicunque fere verbum se offert aliquod duobus adjunctum nominibus, quorum alterum paulo rarius conjungi solet, illico ad ellipsin confugiant, quam ego haud facile admiserim, ut qui observasse mihi videor, plerumque in verbo addito id ipsum latitare, quod illi quærunt. Sic in illo Eurip. Orest. v. 898.

——κτανεῖν μὲν οὐκ εἴα σ' οὔτε σύγγονον

Εἶα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν.

Advocant λέγων. Atqui οὐκ ἐᾶν de impedimento non modo usurpatum invenias, quod effectum sortitur, verum etiam quod dehortando dissuadendove quis inferre conatur, atque ἐᾶν idem, quod συγχωρεῖν, i. e. σύμφημι, ὁμολογῶ. Herod. VIII. 69. et 101. IX. 69. et 76. Aristid. tom. III. p. 621. Lucian. in Tragopod. v. 270. Haud felicius versantur Sophoclis Grammatici in illo Elect. v. 438.

——ἢ πνοαῖσιν ἢ βαθυσκαφεῖ κόνει

κρύψον νιν (τὰ κτερίσματα) supplentes ῥῖψον, δὸς aut simile. Notat enim Græcis κρύπτειν quocunque modo e conspectu removere, idem quod ἀφανίζειν. Ælian. Hist. Animal. II. 7. Soph. Antigon. v. 202. Abresch. Φωνὴν βροτῶν. Linguam Græcam. Absonas reliquorum voces Græci et Romani vix linguas nuncupari volebant. Jo. Muller. Vide omnino præclarum virum Thom. Gataker, de Novi Instrumenti stylo, c. 38. S. Butler.

v. 21, ΟΥΤΕ ΤΟΥ. Τοῦ pro τινος Sophocli longe frequentissimum et Atticis, multo rarius apud Euripidem, apud Æschylum rarissime; nunquam occurrit apud Homerum. Valcken. ad Phœniss. v. 1009. Aliud exemplum occurrit apud Eurip. Hec. v. 374.

[illegible] ὑπὸ [illegible], ubi [illegible] loctus [illegible] [illegible]. R. P[illegible]. S. B[illegible].

℣. 22. ΣΤΑΘΕΥΤΟΣ. [illegible] propriè [illegible], hec [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] et [illegible]. [illegible] sensu Hesychius [illegible] [illegible] [illegible] Philosoph. Meteorol. [illegible]. [illegible] opponit τῷ [illegible]. Pauw.

℣. 23. ΧΡΟΙΑΣ [illegible]. Nomen [illegible] sicut corporis? Alias hercule [illegible] nimis exilis [illegible]. [illegible] vertit — *Dalla fervida* [illegible] [illegible] *il florido Colore* [illegible]. Additque in notis, [illegible] [illegible] colorem significari. Languidius certe, [illegible] [illegible] doctrina, aptius enim de nostro [illegible] [illegible] [illegible]. Nec [illegible] [illegible] [illegible], colorem floridum, vel florem [illegible], sed vigorem [illegible] [illegible] corporis intelligendum. [illegible] prætereundum est tamen doctissimum [illegible], in [illegible] versione Nostri Gallicâ, eodem fere sensu quo [illegible] transtulisse, *[illegible] lentement par les rayons ardens du soleil, ton corps* [illegible]. S. Butler.

℣. 24. ΠΟΙΚΙΛΕΙΜΩΝ. Vox non a λείμων, sed ab εἷμα composita, ut [illegible], [illegible], et similia. [illegible]. Nox in monumentis etiam repræsentabatur, ut velamen sideribus pictum super caput teneret. Ideo etiam ab Argonauticorum, quæ Orpheo tribuuntur, auctore, [illegible] appellatur. Schutz. Similiter Hor. Epod.

Urget diem nox, et dies noctem; neque est
Levare tenta spiritu præcordia.

Et inter pœnas gravissime Israelitis interminatas, Deut. xxviii. 67. *Mane dices, Quis mihi det vesperum? et vespere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, et propter ea quæ tuis videbis oculis.* S. Butler.

℣. 25. ΣΚΕΔΑ. Miror hanc vocem Schutzio præsentis visam temporis, cum sit futuri, forma contrahendi Atticis usitatissima. S. Butler.

℣. 26. ΑΠΙ ΔΕ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ. Pulsa innocentia, quo magis eruditi fuimus, eo major appetituum moles vitam ouris implevit. Jo. Muller.

℣. 27. Ο ΛΩΦΗΣΩΝ. Intelligit Herculem; per Herculem autem significatur præstantissimus ingenio et potentia, qui fere supervenire solet, et coercionem atque claustra sopiti ingenii perrumpere, atque ei fenestram aperire. Garbit. Non sic intelligo, quasi Vulcanus ad Herculem respiciat, qui liberaturus quidem olim sit Prometheum, sed qui nondum natus est; ita potius explicanda est Vulcani sententia, *Nemo plane in rerum natura est, qui te liberare velit aut possit.* Schutz. Scholiast. ὁ παύσων λωφῆσαι. Usurpat hanc vocem Tragicus noster in significatione neutra, ℣. 655. ut et Sophocles, Aj. Flag. ℣. 6.

——τοῦδ' ἐλώφησεν φόνου.—— Giac.

Verbi λωφάω pro quiescere Thucydidi frequens usus. Τῶν δὲ λωφήσειν τὰς ξυμφοράς. VII. 77. Vide sis Homer. Il. Φ'. 292. et

Schol. Apollon. II. 467. [illegible] ἄχθος ἀποθέσθαι. Καὶ λωφήσω ἀντὶ τοῦ λήξω, [illegible] [illegible] τῶν [illegible] εἰς τρίχας. S. Butler.

℣. 30. ΠΕΡΑ ΔΙΚΗΣ. Partim quia furatus erat ignem, partim quia Jovis consilia, qui homines perditum ibat, ℣. 232. et seqq., irrita fecerat. Schutz.

℣. 31. ΦΡΟΥΡΗΣΕΙΣ ΠΕΤΡΑΝ. Metaphora ab excubiis militaribus; ipse infra stationem vocat, ℣. 143. S. Butler.

℣. 34. ΑΠΑΣ ΓΑΡ ΤΡΑΧΥΣ [illegible]. [illegible] particula ad [illegible] refertur. Schutz.

℣. 36. ΕΙΕΝ. Satis de his. Butler [illegible] Giac. Εἶεν non significat Satis de his; sed [illegible] formula: Sic, esto, ut dicis; [illegible] subaudituri [illegible]. Schutz.

℣. 38. ΤΟ ΣΟΝ ΓΕΡΑΣ. Postquam, expulso Saturno ac Titani [illegible], Jupiter imperium adeptus esset, [illegible] Diis præmia, singulis singula, sortitus est, ut [illegible] Prometh. ℣. 229. Inter quos Vulcano ignem tribuit. Giac. [illegible] Κράτος Vulcanum, dum ei domesticam injuriam a Prometheo acceptam in memoriam revocat. Schutz.

℣. 39. ΤΟ ΣΥΓΓΕΝΕΣ. Supra, ℣. 14. συγγενῆ θεόν. S. Butler.

Ibid. ΔΕΙΝΟΝ. Δεινὸν significat *quod magnam vim habet*, ut hic apud Æschylum, et apud Eurip. Phœniss. ℣. 358. Δεινὸν [illegible] καὶ φιλότεκνον πως πᾶν γυναικεῖον γένος. *Magnam in fœminis vim habent*, &c. Significat etiam vox δεινὸν *mirum rem*. Eurip. Phaeton. Δεινόν γε [illegible], τοῦτο δ' ἔμφυτον, [illegible]. *Mirum est, at sic se res habet, stolidos esse locupletes*. In Hecub. ℣. 846. Δεινόν γε θνητοῖς [illegible], κ. τ. λ. *Mirum* [illegible]. Eadem ratione Italici, *è* [illegible] *gran cosa*. Giac.

℣. 42. ΑΙΕΙ ΤΕ ΔΗ ΝΗΛΗΣ ΣΥ. Hæc dicuntur potius τῇ βίᾳ quam τῷ Κράτει, nam talis solet esse Βία. Græci interpretes [illegible] hic per Κράτος intelligunt ipsum Jovem. Pauw.

℣. 43. ΑΚΟΣ ΓΑΡ ΟΥΔΕΝ ΤΟΝΔΕ ΘΡΗΝΕΙΣΘΑΙ. In particula [illegible] concessio quædam. Largitur enim Κράτος Vulcano, misericordia se non commoveri, ubi ea nihil proficiatur. Schutz. Nota est ellipsis, qua γὰρ refertur ad id quod elegantius reticetur. S. Butler.

℣. 48. ΛΑΧΕΙΝ. Λαγχάνειν, h. l. simpliciter est *accipere*, non *sortitione accipere*. Quamvis enim Homerus Jovem, Neptunum, et Plutonem mundi imperium sorte inter se divisisse fabuletur. Il. O. 187. et seqq. Æschylus tamen reliquis Diis omnibus jura ac munera ab uno Jove pro arbitrio distributa esse perhibet. Schutz.

℣. 49. ΑΠΑΝΤ' ΕΠΡΑΧΘΗ ΠΛΗΝ ΘΕΟΙΣΙ ΚΟΙΡΑΝΕΙΝ. Omnia ita ordinata sunt, ut quisque habeat suam functionem certam, quam rogatus et retinere et administrare ex præscripto: una tantum gubernatio Deorum Jovi assignata, sit proprii juris, et [illegible] libera concessa, ut ipse eam pro arbitrio usurpet. Garb.

Omnia sunt Diis acquisita præterquam imperare. Θεοῖσι pertinet ad ἐπράχθη, non ad κοιρανεῖν, quod fugit Grotium, qui sic h. l. vertit: *Cuncta assequaris, præter imperium in Deos.* Simillimus est constructionis ordo in Euripidis fragmento: οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ. Hic χωρὶς cum θεοῦ construendum plane eodem modo interjicitur inter verbum et dativum, ut h. l. πλὴν particula inter ἐπράχθη et θεοῖσι. SCHUTZ. Vide etiam Nott. Varr. Critt. Schutzio proxime accedit doctissimus interpres Gallus, *Les Dieux peuvent tout, mais non disposer d'eux-mêmes: Jupiter seul est libre.* Si meam post tantos viros sententiam breviter proferre liceat, locum sic interpretatum velim, Artem suam incusat Vulcanus, ỳ. 45. optatque, ỳ. 48. alium quemvis eam sortitum fuisse, ne Prometheum ipsi cognatum constringeret. Cui respondet Κράτος ferociter, qualis est τοῦ Κράτους ad imum a principio persona; Nihil valere ejusmodi querimonias; omnibus scilicet Diis, munere cuique assignato, Jovi inserviendum esse, cui liceat uni esse libero. In tempore autem præterito subintelligendum et præsens et futurum. Ἐπράχθη, ἀορίστως, *et factum et faciendum est.* Esse enim orationem τοῦ Κράτους interminantis, non suadentis, ut quidam volunt, aut solantis, ostendunt quæ sequuntur a Vulcano dicta, Κ' οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω. S. BUTLER.

ỳ. 50. ΠΛΗΝ ΔΙΟΣ. Unum numen, plebem Deorum subjectam; unum ordinem, cæteris unde leges fiunt: principium unum, post Jovem Deos vires naturæ, ministros, vides. JO. MULLER.

ỳ. 54. ΠΡΟΧΕΙΡΑ ΨΑΛΙΑ ΔΕΡΚΕΣΘΑΙ ΠΑΡΑ. Vulcanus cum malleo, cuneis, et catenis in scenam ingressus, statim dira hæc instrumenta indignabundus in terram abjecerat. Hæc igitur jam Robori nimium se urgenti monstrat. Πρόχειρος, ἕτοιμος, εὐχερής. Hesych. SCHUTZ.

ỳ. 57. Κ' ΟΥ ΜΑΤΑι. *Neque segniter peragitur opus.* Ita enim rectius explicatur quam vulgari ratione, neque frustra est. Οὐδ' ἐμάτησε apud Hom. Il. π'. 474. *Non cessavit.* SCHUTZ.

ỳ. 60. ΗΔΕ Γ' ΩΛΕΝΗ. Γε particula, h. l. *saltem, quidem,* significans, exceptionem Roboris dicto opponit. *Quamvis callidus sit,* Vulcanus inquit, *hoc certe brachium nunquam ex vinculis expediet.* SCHUTZ.

ỳ. 62. ΣΟΦΙΣΤΗΣ. Hæc vox tum temporis usurpabatur in laudem tantum, pro sapienti et præ aliis solerti: quomodo hic usurpatur, sed per εἰρωνίαν, ad arguendam sapientiam ejus arrogantiorem et confidentiorem atque liberiorem. Hesiod. Ἐργ. καὶ Ἡμ. I. 54.

Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς. GARB.

Σοφιστὴς Διὸς νωθέστερος, est, *veterator Jove tardior.* Jovem σοφὸν memorat Plato, et apud Plaut. Amphitr. I. 3. Mercurius eum *nimis scitum sycophantam appellat.* SCHUTZ.

ỳ. 63. ΠΛΗΝ ΤΟΥΔ'. *Præter hunc,* Prometheum. Operam suam, quam in vinciendo Prometheo posuerat, negat quem, quam jure criminando exacturum, nisi ipse Prometheus se nimis recte vinctum esse queratur. SCHUTZ.

ỳ. 64. ΑΥΘΑΔΗ ΓΝΑΘΟΝ. Schol. ad Agam. ỳ. 314. Πώγωνα λέγει τὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν ἀκμὴν τοῦ πυρός· καὶ ὁ πώγων γὰρ εἰς ὀξὺ λήγει. ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ αὐθάδη γνάθον τὴν ἀκμὴν εἴρηκε, καὶ ὀξύτητα τῆς σφηνός. S. Butler. Acutis instrumentis Græci non tantum *maxillam*, sed et *os* tribuunt. Sæpe etiam στόμα, *aciem* significat. Sic apud Div. Luc. xxi. 24. πεσοῦνται ἐν στόματι μαχαίρας, *cadent in ore gladii*, non est pleonasmus, ut credit Olearius de Styl. N. T. ut non sit aliud quam *gladio cadent*, sed quod dicimus *acie ferri cadent*. Philostr. Her. c. 19. τὸ δὲ στόμα τῆς αἰχμῆς ἀδάμαντός τε εἶναι, *cuspidem autem hastæ adamantinam esse*. Soph. Antig. ỳ. 1315. ἔπαισεν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει. Scholiast. ἀμφιθήκτῳ, ἤγουν δίστομῳ. Eur. Orest. ỳ. 1303. Δίπτυχα, δίστομα, φάσγανα πέμπετε. Giac. Γνάθος, *maxilla*, pro dente dicitur: ut Virg. Georg. II. 423. *terram unco dente recludi ait*. Schutz. Miserias hominum et ineluctabilia fata, quibus a libertate felicitateque retinemur. Muller.

ỳ. 65. ΣΤΕΡΝΩΝ ΔΙΑΜΠΑΞ. Hoc quidem unicum vulnus est quod Prometheo infligitur; nam etsi omnes artus, manus, brachia, femora, et pedes ei alligantur, clavi tamen non ipsa membra perrumpunt, sed vincula tantum iis affiguntur. Et sapienter Æschylus hic sanguinis non meminit e vulnere manantis, quia, cum Prometheus ante ipsos spectatorum oculos affigeretur, si sanguinis mentionem fecisset, eum etiam profluentem videre voluissent, qui in theatro sedebant. Prudens itaque poeta, h. l. sanguinem silentio præterit: prudentius tamen forte hanc scenæ particulam plane omisisset; satis enim, vel absque isto cuneo pectus perforante, cæteris membris vinctus erat Prometheus, ut se plane commovere non posset. Schutz. At hic forte nodum in scirpo quærit vir doctissimus; quidni per στέρνων διάμπαξ intelligamus vectem Promethei pectoribus transversum, actum, ita ut ne assurgere quidem posset, hinc illinc cuneis rupibus infixum. Et hoc sensu doctissimus interpres Gallus, *au travers de sa poitrine*. Nec aliter R. Potter, *Across his breast*. S. Butler.

ỳ. 66. ΑΙ ΑΙ ΠΡΟΜΗΘΕΥ. Quia cuneus per præcordia adactus incredibiles misero captivo dolores excitabat, Vulcanus ipse tenere se non potest, quin pressam parumper misericordiam cum suspirio effundat. Prometheus autem ne hic quidem ingemiscit, sed invicto animi robore tacitus se dolorum facibus urendum præbet, ne inimicis majorem cruciatibus suis irridendi occasionem offerat. Schutz.

ỳ. 68. ΟΠΩΣ ΜΗ ΣΑΥΤΟΝ. Animadvertit Scholiastes subintelligi σκόπει, vel ὅρα, ellipsi Atticis scriptoribus, Aristophani præsertim et Euripidi, usitatissima. Vide Kuster. ad Aristoph. Plut. ỳ. 326. Giac.

ỳ. 69. ΘΕΑΜΑ ΔΥΣΘΕΑΤΟΝ. Gravitatem huic structuræ Græcæ linguæ genius addit, quo substantivum cum verbo aut adjectivo verbali ejusdem originis copulare licet. Est autem, δυσθέατον θέαμα,

spectaculum, a cujus foeditate nemo non oculos avertere cupiat. Sic δυσθέατον θέαμα, ỳ. 696. Schutz.

ỳ. 70. ΤΩΝ ΕΠΑΞΙΩΝ. Vehementer ferit animum admirabilis haec duritiae Roboris cum Vulcani misericordia compositio, quam ipsa in verbis antithesis magis illuminat. Schutz.

ỳ. 71. ΑΛΛ' ΑΜΦΙ ΠΛΕΥΡΑΙΣ. Ἀλλὰ hîc ut saepe ellipticum est, quasi dicatur, *Verum quid disputando tempus teris? Tu potius fac lateribus catenas injicias.* Schutz.

Ibid. ΜΑΣΧΑΛΙΣΤΗΡΑΣ. Hesych. Μασχαλιστῆρες, ὁ διὰ τῶν μασχαλῶν δεσμὸς, σὺν ἱπποζύγῳ. J. Poll. I. 10. ... μασχαλιστῆρα. Morell.

ỳ. 73. ΚΑΙ ΘΩΥΞΩ ΓΕ ΠΡΟΣ. Demosth. Philipp. I. 10. ... ἐπιτήκοντα καὶ μεῖζόν τι ψῶμι. Lucian. in Herm. c. 61. Καὶ ἄλλα προσθεὶς. Et in Cataplo, c. 8. καὶ μικρόν τι προσ. Giac. Hoc est προσέτι, vel πρὸς τούτοις. S. Butler. Novo lineamento imaginem durissimae pertinaciae tragicus absolvit. Petenti Vulcano ut imperiis abstineat, respondet se clamores etiam additurum. Schutz.

ỳ. 74. ΧΩΡΕΙ ΚΑΤΩ. Non tragicae solum scenae dignitas verum etiam opinio de procera deorum statura postulabat, ut actor, Promethei personam actutus, esset quam procerissimus. Apposite igitur ad ipsam actionem scenicam dictum, χώρει κάτω. Schutz.

ỳ. 76. ΔΙΑΤΟΡΟΥΣ ΠΕΔΑΣ. Soph. Œd. Tyr. ỳ. 1034. ... διατόρους ποδοῖν ἀκμάς. hoc est *perforatas*: hic vero aliter significat, nisi legamus ... sed nihil muto. Sic ỳ. 181. διάτορος φόβος. Is. Casaub.

ỳ. 77. ΕΠΙΤΙΜΗΤΗΣ. Laudat Eustath. ad Odyss. Γ'. p. 355. init. et Ρ'. p. 641. l. 41. κολαστὴν junxit post Sophoclem apud Polluc. IX. 140. Eurip. Suppl. ỳ. 255.

Οὔτοι δικαστήν σ' εἱλόμην ἐμῶν κακῶν,
Οὐδ' ἢν κολαστὴν κἀπιτιμητήν.

Ἐπιτιμήτειρα, dixit Oppian. Hal. I. 682.

——ὅτι μακρόπολον ἔργων ἄπο παῖδας ἴασιν
Ἀθρόοι, οἱ δ' ἄρ' ὄπισθεν ἐπίσσωοι ἐγγὺς ἔσονται
Αἰδῶς τε πρατίδων τε καὶ τ' ἐπιτιμητῆρες.

Homerus, Ἐπιτιμήτορα, Odyss. Ι'. 270.

Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε. Abresch.

ỳ. 80. ΟΡΓΗΣ ΤΕ ΤΡΑΧΥΤΗΤΑ. Ὀργὴ vel iram vel generatim animi affectum notat. Utrumque huic loco aptum est. Schutz.

ỳ. 81. ΣΤΕΙΧΩΜΕΝ. Scite hoc instituit Æschylus, ut Vulcanus prior discessum paret. Nolebat scilicet tam tristi spectaculo diutius immorari. Κράτος forte nondum abiisset utpote quod libenter oculos inimici cruciatu pascebat. Nec prius discedit quam verbis mordacibus misero illusisset. Schutz.

Ibid. ΚΩΛΟΙΣΙΝ. *Membris*, ut recte interpres. Mirum igitur

Stanleium glossam ex Hesychio attulisse, [illegible], quæ, quomodocunque intelligatur, certissime ab hujus loci sententia est alienissima. Heath.

Ibid. ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡ' ΕΧΕΙ. Vide infra, v. 1078. Agam. v. 865. 1124. 1391. Choeph. v. 490. Soph. Trach. v. 1062. Primus hujus, ut aliarum quoque fere similitudinum et translationum poeticarum auctor, Homerus, Il. Ε΄. 487.

Μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου,
Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.

In sacris porro literis adeo usitata est hæc loquendi formula, ut qui ab Hebræis ad Græcos dimanasse omnia existimant, ab eorum fontibus deducendam putent. Ezek. xii. 13. Καὶ ἐκπετάσω τὸ δίκτυόν μου ἐπ᾽ αὐτόν, κ.τ.λ. Pott. ad Lycoph. v. 1099. Morell.

v. 84. ΤΩΝΔ' ΑΠΑΝΤΛΗΣΑΙ ΠΟΝΩΝ. [illegible] ἀπαντλῆσαι ut exponit Hesychius [illegible]. Schutz.

v. 85. ΨΕΥΔΩΝΥΜΩΣ. Recte innuit potius vocandum esse Ἐπιμηθέα, cum ipse suis conatibus ita se involverit in difficultates, ut opus habeat alieno Prometheo. Garb. Schol. ad Soph. Electr. v. 997. Προμήθεια, ἡ πρὸ τοῦ πράγματος σκέψις· καὶ Προμηθεὺς ἐκ τούτου. Ἐπιμηθεὺς δὲ, ὁ ἐπὶ τῷ μετὰ τὸ πρᾶγμα βουλευόμενος. Morell. Miram in modum delectabatur Æschylus ominibus et argumentis e notatione nominum seu ἐτυμολογίᾳ captis. Cf. quæ collegimus ad v. 716. Schutz.

v. 86. ΑΥΤΟΝ ΓΑΡ ΣΕ ΔΕΙ ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ. Alterum hoc Προμηθέως appellative quidem, sed tamen cum respectu ad nominis proprietatem intelligendum est: constructione vero copulatur cum sequenti ὅτῳ τρόπῳ q. d. σε αὐτὸν δεῖ Προμηθέως, ὅς ἂν προμηθεῖτο ὅτῳ τρόπῳ κ.τ.λ. Schutz.

Ibid. ΣΕ ΔΕΙ. Cf. Porson. ad Eurip. Orest. v. 659. S. Butler.

v. 88. Ω ΔΙΟΣ ΑΙΘΗΡ. Prometheus splendide jam tandem altum illud, quod præsenti Jovis satellitio servaverat, rumpit silentium; omnemque naturam invocat, ac testatur quam indignis a Jove sit acceptus modis. Sic Eurip. Med. v. 57.

Ὥσθ᾽ ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας·

quem locum sic vertit Ennius, apud Cic. Tusc. Quæst. III.

Cupido cepit miseram nunc me proloqui
Cælo atque terræ Medeaï miserias.

Plautus, Merc. Prol. v. 3.

Non ego idem facio, ut alios in comœdiis
Vidi facere amatores, qui aut Nocti, aut Die,
Aut Soli, aut Lunæ, miserias narrant suas:
Quos pol ego credo humanas querimonias
Non tanti facere, quid velint, quid non velint.
Vobis narrabo potius meas nunc miserias.

[illegible] est in tanta notarum supellectile, nequeo tamen mihi temperare, quin moneam hinc infirmari nobilem illam

Marklandi conjecturam ad Æn. VIII. 698. ubi pro *[illegible]* *[illegible] pater* [illegible] reponi voluit *[illegible]*. S. Butler. Eandem fere [illegible] vide invocationem apud Arist. Nub. v. 563. Morell. Mire argutantur Scholiastæ, dum causas inquirunt, cur Prometheus aërem, mare, tellurem, et solem invocarit. Quem enim alium potius in hac solitudine miser alloqueretur? Deosne? At hos sibi inimicos esse sciebat. An homines? At hic longe lateque nullum erat hominis vestigium. Quid igitur aptius ab Æschylo fingi poterat, quam ut Prometheus in excelsa petra sub dio soli et ventis expositus, atque in aethera, in flumina, in mare prospiciens, has naturas dolorum suorum testes invocaret, iisque, quas nec divinis, nec humanis auribus deponere licebat, querelas committeret. Habet hoc natura, ut qui a virorum colloquio remoti sunt, in magno animorum motu cum inanimatis loquantur. Speciosa igitur hæc est phantasia, et ad locum, in quo jam versatur Prometheus, scienter accommodata, quod is qui præter aërem, aquam, terram, ignem, nullius fere naturæ commercio fruitur, quatuor illa elementa, quibus se undique cinctum et circumclusum videt, alloquatur. Itaque hic locus non mythice sed physice interpretandus est. Non igitur hic poetarum ipse Oceanus, quatenus et ipse inter Deos numeratur, nec Tellus, dea, hoc loco a Prometheo compellantur. Sed prosopopœia potius usus, ipsum aërem, cujus flatum sentiebat, flumina, quorum lapsus e scopulo suo cernebat, mare, in quod prospectus ei dabatur, terram ante oculos positam, solem denique, cujus radiis expositus erat, alloquitur. Schutz.

Ibid. ΔΙΟΣ. Notum est sic vocari quicquid immensum, quicquid denique præstantissimum est aut pulcherrimum. S. Butler.

Ibid. ΤΑΧΥΠΤΕΡΟΙ ΠΝΟΑΙ. Ventos invocat, hi enim perpetuo rupem Scythicam, ad quam religatus erat, circumflabant. Schutz.

ṽ. 89. ΠΟΤΑΜΩΝ ΤΕ ΠΗΓΑΙ. Neque hoc ita dictum videtur, ut nihil ad scenæ conformationem pertineat. Prometheus enim, in alta quasi specula constitutus, flumina inde ab ipsis fontibus decurrentia oculis perlustrabat. Schutz.

ṽ. 90. ΑΝΗΡΙΘΜΟΝ ΓΕΛΑΣΜΑ. Oppian. Hal. IV. 334.

Κύματος ἀκροτάτοιο γέλως ὅθι χέρσον ἀμείβει. S. Butler.

Schol. α΄. Καλῶς εἶπε τὸ γέλασμα χεῦμα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν γελώντων καὶ διαχεομένων. Inde est quod διάχυσιν et μειδίαμα jungant aliquando Græci. Ut Plutarch. p. 1123. Is. Casaub. γέλασμα vocat fluctuum, ad modum risus, non solum dilationem, sed et continuam, et quasi gestientem motionem, quæ sua serie in longum protenditur. Garb. Non absimile Hom. Il. Ν΄. 29.

Γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο.

Ἀνήριθμον pro ἀναρίθμητον. Schol. ad Soph. Trach. ṽ. 251. Morell. Mare etiam ridere dicunt poetæ, ut Lucretius initio, I. 8.

—— *Tibi rident æquora ponti.*

Cum scilicet undarum superficies levi flatu crispatur. Ducitque translatio ab eo, quod in vultu humano apparet: nam et ora ridentium sinuantur. Aristoteles, Probl. I. 23. Διὰ τί ἐν [illegible] Gaza convertit, *Cur fluctus procul in pelagi superfrangi non solent, sed parvi tantum et brevis.* Rursus ejusd. sect. probl. 24. Διὰ τί [illegible] Septalius non absimili sensu: *Cur unda non intercidit in profundis pelagis?* Causam explicat Philosophus [illegible] Quibus ex verbis patet, quid sit mare [illegible] nempe *ridere* dicitur, cum non multum aquæ movetur, et id quod movetur, in multas exiguas et innumerabiles particulas frangitur: unde apud Æschylum, κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα. Plutarchus quoque ex cujusdam poetæ dithyrambis hæc affert in libro *de primo frigido*: [illegible] Jam vero et maris cachinnos dixit Catullus, cum unda vento agitata strepitum edit. Carm. LXIII. 269.

Hic, qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans Zephyrus proclivas incitat undas,
Aurora exoriente, vagi sub limina solis,
Quæ tarde primum clementi flamine pulsæ
Procedunt, leviterque sonant plangore cachinni.

Ita et Græci. Euripides in Hippol. ℣. 1210.

—— καὶ πέριξ ἀφρὸν
Πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι.

Attius, Phinidis:

Ac ubi curvo littore latrans
Unda sub undis labunda sonit,
Simul et circum magnisonantibus
Excita saxis sæva sonando
Crepitu clangente cachinnat, P. Petitus, Misc. Obs. II. 18.

Ibid. ΠΑΜΜΗΤΟΡ ΤΕ ΓΗ. Soph. Philoct. ℣. 391. Ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ. Morell.

℣. 91. ΚΥΚΛΟΝ ΗΛΙΟΥ. Noster in Persis, ℣. 504.

—— λαμπρὸς ἡλίου κύκλος.

et Soph. Antig. ℣. 422, iisdem verbis. Sic et Eurip. Hec. ℣. 412.

—— ἀλλὰ νῦν πανύστατον
Ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι. Giac.

Ovid. in Ibin, ℣. 73.

Sideraque et radiis circumdata Solis imago:

ad quem locum Dionysius Salvag. Boessius, Ajacis illud Atridis imprecati, Soph. Aj. Mast. ℣. 857. et hunc nostri locum contulit. S. Butler.

℣. 92. ΘΕΟΣ. Prometheus est Deus in nobis, animi virtus, quæ, supergressa corporea claustra, naturas in quibusdam

domina, non nisi fixis a Summo Rectore continetur finibus. Jo. Muller.

℣. 92. ΑΙΚΙΑΙΣΙ. Hesych. Αἰκία· ὕβρις, βάσανος, μάστιξ. Isocrates κατὰ Λοχίτου, ℣. 585. [illegible] ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αἰκίας, καὶ τῆς ἀτιμίας [illegible] αὐτοῦ δίκην λαμβάνειν. Etymol. Αἰκία, εἰς τὰς διαφόρους [illegible]. Ubi vide nis Hieron. Wolf. in Notis. S. Butler.

℣. 94. ΔΙΑΚΝΑΙΟΜΕΝΟΣ. Agam. ℣. 65. Aristoph. Ran. ℣. 1259. Pac. ℣. 250. Eurip. Alc. ℣. 108. Cycl. ℣. 484. Heracl. ℣. 299. ubi pro *extenuari, disperire, affligi* et *adimere* omittitur. Quæ obiter indicasse sufficiat, quod ea non tangant Hellenismi Thesauri. Spanheim. in Aristoph. Nub. ℣. 120.

Ibid. ΤΟΝ ΜΥΡΙΕΤΗ. Supple κατὰ, *tempore infinito*, vel ἄπειρον χρόνον, tolerabo, et magna cum difficultate perferam, et superabo temporis diuturnitatem immensam. Garb. Ergo non æterni Promethei compedes. Hic de locis vel temporibus sermo, quæ progressum ad cultiora longissime, nec semper, inhibuerunt. Si de locis, mens sit, vitam Græcam vix mensurabili ævo, Caucaseas rupes, poliendo Boreæ regno, evicturam tandem. Sive magis placet memoria temporum, quibus genus humanum ad cultiores mores evectum, fatali calamitate eo rejectum fuerit, unde post longas sæculorum injurias ad eandem felicitatem eruditionemque vix redierit. Traditio esset illius ætatis quam aquæ delerunt; multa ibi (quod I. *Bailly* adstruit) scientia viguit, rara post apud paucos servata. Jo. Muller.

℣. 99. ΠΗ ΠΟΤΕ ΜΟΧΘΩΝ. Lucretius, III. 1093.

Nec videt interea qui terminus esse malorum
Possit, nec quæ sit pœnarum denique finis. Schutz.

℣. 100. ΕΠΙΤΕΙΛΑΙ. Rarum admodum in hoc sensu. Notandum est vero Stephanum legisse non longe diversa significatione Apoll. Rhod. II. 83. βρυχὴ δ' ἐπετέλλετ' ἀϋτῶν· et Hesychium τέλλω exposuisse, non solum ποιῶν, verum etiam ἔμελλον. Morell.

℣. 101. ΚΑΙΤΟΙ ΤΙ ΦΗΜΙ. Se ipsum objurgat Prometheus, et paulisper ob malorum magnitudinem naturæ suæ oblitus, jam ad se redit. Sapienter hoc est a poeta institutum, ut illum humani generis amicum, non quidem omni doloris sensu privatum, sed tamen propter animi fortitudinem pertinaciter ei resistentem fingeret. Sic malorum magnitudo, sub quibus eum laborare videmus, misericordiam, animi autem robur, quo tantam molem molestiarum sustinet, admirationem spectatoris auget. Schutz.

℣. 102. ΣΚΕΘΡΩΣ. Pro σχεθρῶς· σχῶ, σχέω, σχέθω, σχεθρῶς. Pauw.

℣. 105. ΤΟ ΤΗΣ ΑΝΑΓΚΗΣ. Soph. Antig. ℣. 1118.

——ἀνάγκη δ' οὐχὶ δυσμαχητέον. Giac.

Cf. apud nostrum Sept. Th. ℣. 283. Pers. ℣. 293. Schutz. Addi possit Herod. I. 91. Τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. S. Butler.

℣. 106. ΑΛΛ' ΟΥΤΕ ΣΙΓΑΝ. Silere de infortunio non poterat, quia in ipsis questibus levamentum aliquod miseriarum reperiebat. Loqui vero ei grave erat, quia ad mitigationem querelis nihil proficiebat, et commemorando injurias sibi a Jove illatas magis incendebatur animus. Comparetur locus simillimus, ℣. 197. et Soph. Philoct. ℣. 332. ubi Neoptolemus se ab Ulysse, et cæteris læsum, Philoctetæ, quamvis falso, narrans, ait:

[illegible] καὶ Πολύτροπος, ἐξαγγελῶ μὲν, ...
Ἀλγῶ γ' ἐπ' αὐτῷ ἐξαγγέλλων μόνον. Schutz.

Bernardus Martinus, Var. Lect. III. X. collatis Eurip. Hec. ℣. 567. et ℣. 231. Soph. Antig. ℣. 1165. pluribusque aliis scriptoribus, hujusmodi antithetorum, in doloribus, qui modum superant, exprimendis, efficaciam demonstrat. S. Butler.

℣. 108. ΑΝΑΓΚΑΙΣ ΤΑΙΣΔ'. Τὸ ἀνάγκη usurpatur pro *misera conditione, calamitate*, ut apud Platonem in Menexeno: Τῇ [illegible] Δᾶτις κατηγάγετο ἐξ Ἐρετρίας εἰς Μαραθῶνα, ὡς ἑτοίμου σφίσιν ὄν, καὶ Ἀθηναίους ἐν τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ζεύξαντες Ἐρετριεῦσιν ἄγειν. Sic et Job, xv. 24. ex interpretatione LXXvirali ἀνάγκη δὲ καὶ θλίψις αὐτὸν καθέξει. Stanl.

Ibid. ΥΠΕΖΕΥΓΜΑΙ. Translatione ab equis petita, qui jugo et frenis coercentur. Fræna enim Pindarus, Pyth. IV. 417. βόεια ἀνάγκας ἔντεα appellat. Imprimis autem hac similitudine noster delectatur. Cf. ℣. 580. Agam. ℣. 226. Schutz. Addi possunt infra, ℣. 323. et ℣. 1008. S. Butler.

℣. 109. ΝΑΡΘΗΚΟΠΛΗΡΩΤΟΝ. Equidem puto νάρθηξ hic posse accipi pro *arca*, aut *scrinio*, ut apud Strab. p. 691. Sed de Prometheo dicitur, eum, ferula ad currum solis admota, ignem ita sumpsisse. Is. Casaub. *Quod ferulam implet, quod ferula contineri potest.* Pauw.

Ibid. ΘΗΡΩΜΑΙ. In hoc verbo declarat sagacitatem suam et industriam circa hanc rem. Πηγὴν fontem vocat, non solum ut causam et originem omnium artium, sed et quia parva ejus scintilla latens et abdita in ferula, et ab initio fuit, et adhuc soleat esse fons magnæ ignis copiæ. Κλοπαίαν pro κλοπαίως, furtim, quantum ad ignis surreptionem primam: quantum vero ad ignem conservandum in ferula, occultum et absconditum, qui in ferula lateat. Garb.

Ibid. ΠΥΡΟΣ ΠΗΓΗΝ. Scribit Theophrastus, idcirco dici Prometheum hominibus dedisse ignem cœlo dereptum, quia philosophiam ac lumen vitæ intellectualis, quæ divina est, mortalibus invexit. Ex Cic. Tusc. V. Morell.

℣. 110. Η ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ΤΕΧΝΗΣ. Isidorus Pelusiota Stanleio laudatus Xenophonteum illud expressit. Ἀπομ. IV. 3. Τὸ δὲ καὶ τὸ πῦρ πορίσαι ἡμῖν ἐπίκουρον μὲν ψύχους, ἐπίκουρον δὲ σκότους, συνεργὸν δὲ πρὸς πᾶσαν τέχνην, καὶ πάντα ὅσα ὠφελείας ἕνεκα ἄνθρωποι κατασκευάζονται; ὡς γὰρ συνελόντι εἰπεῖν, οὐδὲν ἀξιόλογον ἄνευ πυρὸς ἄνθρωποι τῶν πρὸς βίον χρησίμων κατασκευάζονται. S. Butler.

℣. 111. ΜΕΓΑΣ ΠΟΡΟΣ. Πόρον inter alia de *lucro, emolumentis,*

domina, non nisi fixis a Summo Rectore continetur finibus. Jo. Muller.

℣. 92. ΑΙΚΙΑΙΣΙ. Hesych. Αἰκία· ὕβρις, βάσανος, πόνος. Isocrates κατὰ Λοχίτου, p. 585. [illegible] ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αἰκίας, καὶ τῆς ἀτιμίας [illegible] Etymol. Αἰκία, εἰς τὰς [illegible]. Ubi vide sis Hierem. Wolf. in Notis. S. Butler.

℣. 94. ΔΙΑΚΝΑΙΟΜΕΝΟΣ. Agam. ℣. 65. Aristoph. Ran. ℣. 1259. Pac. ℣. 250. Eurip. Alc. ℣. 108. Cycl. ℣. 484. Heracl. ℣. 299. ubi pro *extenuari, disperire, adfligi* et *adimere*, amittere. Quæ obiter indicasse sufficiat, quod ea non tangant Hellenismi Thesauri. Spanheim. in Aristoph. Nub. ℣. 120.

Ibid. ΤΟΝ ΜΥΡΙΕΤΗ. Supple κατὰ, *tempore infinito*, vel, ἄπειρον χρόνον, tolerabo, et magna cum difficultate perferam, et superabo temporis diuturnitatem immensam. Garb. Ergo non æterni Promethei compedes. Hic de locis vel temporibus sermo, quæ progressum ad cultiora longissime, nec semper, inhibuerunt. Si de locis, mens sit, vitam Græcam vix mensurabili ævo, Caucaseas rupes, poliendo Boreæ regno, evicturam tandem. Sive magis placet memoria temporum, quibus genus humanum ad cultiores mores evectum, fatali calamitate eo rejectum fuerit, unde post longas sæculorum injurias ad eandem felicitatem eruditionemque vix redierit. Traditio esset illius ætatis quam aquæ delerunt; multa ibi (quod l. *Bailly* adstruit) scientia viguit, rara post apud paucos servata. Jo. Muller.

℣. 99. ΠΗ ΠΟΤΕ ΜΟΧΘΩΝ. Lucretius, III. 1033.

Nec videt interea qui terminus esse malorum
Possit, nec quæ sit pœnarum denique finis. Schutz.

℣. 100. ΕΠΙΤΕΙΛΑΙ. Rarum admodum in hoc sensu. Notandum est vero Stephanum legisse non longe diversa significatione Apoll. Rhod. II. 83. βρυχὴ δ' ἐπιτέλλετ' ὀδόντων· et Hesychium τέλλω exposuisse, non solum ποιῶν, verum etiam ἵμελλον. Morell.

℣. 101. ΚΑΙΤΟΙ ΤΙ ΦΗΜΙ. Se ipsum objurgat Prometheus, et paulisper ob malorum magnitudinem naturæ suæ oblitus, jam ad se redit. Sapienter hoc est a poeta institutum, ut illum humani generis amicum, non quidem omni doloris sensu privatum, sed tamen propter animi fortitudinem pertinaciter ei resistentem fingeret. Sic malorum magnitudo, sub quibus eum laborare videmus, misericordiam, animi autem robur, quo tantam molem molestiarum sustinet, admirationem spectatoris auget. Schutz.

℣. 102. ΣΚΕΘΡΩΣ. Pro σχεθρῶς· σχῶ, σχέω, σχέθω, σχεθρῶς. Pauw.

℣. 105. ΤΟ ΤΗΣ ΑΝΑΓΚΗΣ. Soph. Antig. ℣. 1118.

——ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον. Giac.

Cf. apud nostrum Sept. Th. ℣. 283. Pers. ℣. 293. Schutz. Addi possit Herod. I. 91. Τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. S. Butler.

℣. 106. [illegible]. Silere de infortunio non poterat, quia in ipsis questibus levamentum aliquod miseriarum reperiebat. Loqui vero ei grave erat, quia ad liberationem querelis nihil proficiebat, et commemorando injurias sibi a Jove illatas magis incendebatur animus. Comparetur locus simillimus, ℣. 197 et Soph. Philoct. ℣. 332. ubi Neoptolemus se ab Ulysse, et cæteris læsum, Philoctetæ, quamvis falso, narrans, ait:

[illegible] καὶ πῶς, [illegible] ἐξερῶ, [illegible]
[illegible] αὐτῶν [illegible]. Schütz.

Bernardus Martinus, Var. Lect. III. X. collatis Eurip. Hec. ℣. 567. et ℣. 351. Soph. Antig. ℣. 1183. pluribusque aliis scriptoribus, hujusmodi antithetorum, in doloribus, qui modum superant, exprimendis, efficaciam demonstrat. S. Butler.

℣. 108. ΑΝΑΓΚΑΙΣ ΤΑΙΣΔ'. Τὸ ἀνάγκη usurpatur pro *misera conditione, calamitate*, ut apud Platonem in Menexeno: Τῇ [illegible] Δάτις κατηγάγετο ἐξ Ἐρετρίας εἰς Μαραθῶνα, ὡς ἕτοιμον σφίσιν ὄν, καὶ Ἀθηναίους ἐν τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ζεύξαντες Ἐρετριεῦσιν ἄγειν. Sic et Job, xv. 24. ex interpretatione LXXvirali: ἀνάγκη δὲ καὶ θλῖψις αὐτὸν καθέξει. [illegible]

Ibid. ΥΠΕΖΕΥΓΜΑΙ. Translatione ab equis petita, qui jugo et frenis coercentur. Fracta enim Pindarus, Pyth. IV. 417. βόεια ἀνάγκας ἔντεα appellat. Imprimis autem hac similitudine noster delectatur: Cf. ℣. 580. Agam. ℣. 226. Schütz. Addi possunt infra, ℣. 323. et ℣. 1008. S. Butler.

℣. 109. ΝΑΡΘΗΚΟΠΛΗΡΩΤΟΝ. Equidem puto νάρθηξ hic posse accipi pro *arca*, aut *scrinio*, ut apud Strab. p. 691. Sed de Prometheo dicitur, eum, ferula ad currum solis admota, ignem ita sumpsisse. Is. Casaub. *Quod ferulam implet, quod ferula contineri potest.* Pauw.

Ibid. ΘΗΡΩΜΑΙ. In hoc verbo declarat sagacitatem suam et industriam circa hanc rem. Πηγὴν fontem vocat, non solum ut causam et originem omnium artium, sed et quia parva ejus scintilla latens et abdita in ferula, et ab initio fuit, et adhuc soleat esse fons magnæ ignis copiæ. Κλοπαίαν pro κλοπαίως, furtim, quantum ad ignis surreptionem primam: quantum vero ad ignem conservandum in ferula, occultum et absconditum, qui in ferula lateat. Garb.

Ibid. ΠΥΡΟΣ ΠΗΓΗΝ. Scribit Theophrastus, idcirco dici Prometheum hominibus dedisse ignem cœlo dereptum, quia philosophiam ac lumen vitæ intellectualis, quæ divina est, mortalibus invexit. Ex Cic. Tusc. V. Morell.

℣. 110. Η ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ΤΕΧΝΗΣ. Isidorus Pelusiota Stanleio laudatus Xenophonteum illud expressit. Ἀπομν. IV. 3. Τὸ δὲ καὶ τὸ πῦρ πορίσαι ἡμῖν ἐπίκουρον μὲν ψύχους, ἐπίκουρον δὲ σκότους, συνεργὸν δὲ πρὸς πᾶσαν τέχνην, καὶ πάντα ὅσα ὠφελείας ἕνεκα ἄνθρωποι κατασκευάζονται; ὡς γὰρ συνελόντι εἰπεῖν, οὐδὲν ἀξιόλογον ἄνευ πυρὸς ἄνθρωποι τῶν πρὸς βίον χρησίμων κατασκευάζονται. S. Butler.

℣. 111. ΜΕΓΑΣ ΠΟΡΟΣ. Πόρον inter alia de *lucro, emolumentis,*

ratione redituum, alicujus urbis vel loci, ab Atticis dictum, vel unus docere potest Xenophontis liber inscriptus, Πόροι ἢ περὶ προσόδων. Πόρος deinde Atticis ratio parandæ pecuniæ, ut in dicto Xenophontis libro, et apud Demosth. Philipp. I. p. 35. Πόθεν ἔσ ὁ πόρος τῶν χρημάτων; Spanh. in Aristoph. Ran. ỳ. 1513.

Πόρον δὲ τὰς ναῦς, ἀντιλέγειν δὲ ταῖς πόρος. MORELL.

ỳ. 115. ΤΙΣ ΟΔΜΑ ΠΡΟΣΕΠΤΑ. Eurip. Hippol. ỳ. 1391.

Ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς

Ὦν ἠσθόμην σοῦ —

Credebant scilicet antiqui benigniora numina odorem gratum fundere. Virg. Æn. I. 607.

Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem

Spiravere. — GRAG.

Notæ sunt ex Homero vestes mulierum odoratæ, εἵματα θυώδεα Odyss. Φ΄. 52. Notus est ἀμβρόσιος Veneris πέπλος. Il. E΄. 338. notum denique quomodo se apud eum Juno Jovis amplexibus paret, et quo pacto. Il. Ξ΄. 170.

Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος

Λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ

Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.

Sine dubio igitur Æschylus advenientes nymphas e vestibus et capillis ambrosiæ odorem spargere finxit, cujus ad Prometheum usque dulcis aura spiraret. SCHUTZ.

Ibid. ΑΦΕΓΓΗΣ. *Obscura, dubia*, et quam ego dignoscere non possum. Ἀφεγγὴς et ad ἠχὼ et ad ὀδμὰ pertinet, et translatio est tragica a luce. BAUW.

ỳ. 118. ΠΟΝΩΝ ΕΜΩΝ ΘΕΩΡΟΣ. *Spectator, contemplator.* Plat. Peculiariter spectator certaminum. MORELL. Hæc verba conjecturam potius quam interrogationem exprimunt. SCHUTZ.

ỳ. 119. ΟΡΑΤΕ. *Vos quicunque estis videte quæso.* Nondum enim Prometheus, cum ista dicebat, nymphas oculis viderat. Imperativus autem est ὁρᾶτε, non indicativus, ut Stanleius putabat. Cf. ỳ. 140, et ỳ. 304. SCHUTZ.

ỳ. 120. ΤΟΝ ΔΙΟΣ ΕΧΘΡΟΝ. Est emphasis in articulo τὸν, *illum* Jovi invisum, et inde omnibus aliis ejus aulæ incolis. GABR. Διὸς ἐχθρὸν, sic interpretor, *quem Jupiter hostem suum declaravit, quique adeo ejus odium atque inimicitiam excepit*. Hoc et sequentia postulant, et aliis locis consentaneum est, ỳ. 37, et ỳ. 972. et hoc argumento confirmatur, quod ubique Prometheus se non læsisse Jovem, sed bene de eo meritum esse profitetur. SCHUTZ.

ỳ. 121. ΔΙ' ΑΠΕΧΘΕΙΑΣ ΕΛΘΟΝΘ'. Multi sunt in hujusmodi locutionibus Attici. Notio phraseos pendet e nomine, pro cujus natura significat modo active, modo passive, nunc absolute. Resolvitur plerumque per verbum nomini adfine; id si minus procedit, defectum supplent Lat. *grassari et experiri*. Hæc non monerem, nisi deprehendissem ὁ τυχόντας impegisse Eurip. Troad. ỳ. 916.

——οἶδά σοι διὰ λόγων ἐσθλῶν ἐμῶν

Κατηγορήσων——

Et Med. ℣. 872.

Ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην,

Κἀλοιδόρησα——

quorum sensum non percepit interpres, vertens mecum rationem inii. Nunquam χρῆσθαι est ratio; debebat, conviciis in memet grassata sum, aut simili modo. ABRESCH. Sic Eurip. Phœniss. ℣. 482. Καὶ μὴ δι' ἐχθρᾶς τῷδε καὶ φόνῳ (l. φθόνῳ) μολών quod nihil aliud est quam ἐχθρὰς γνώμης καὶ φθονερῶς. Valck. in loc. Vide etiam Eurip. Hec. ℣. 850. Hippol. ℣. 1164. Orest. ℣. 775. Androm. ℣. 416. Phœniss. ℣. 1554. MORELL.

Ibid. ΟΠΟΣΟΙ. Non temere dicit; sed ut ostendat illam subitam et universalem mutabilitatem, quæ est in aulicis, pro indignatione et gratia magnatum erga aliquem. GARB.

℣. 122. ΕΙΣΟΙΧΝΕΥΣΙΝ. Secundum Homerum, Il. A'. 606, et seqq. et Odyss. Δ'. 74. εἰσοιχνεῦσι Ionice pro εἰσοιχνοῦσιν, ut apud Homerum, Odyss. I'. 120. Hic ibi enim Æschylus Ionismos intermiscet. SCHUTZ. Sic ℣. 135. Σύθην pro ἐσσύθην. S. BUTLER.

℣. 123. ΔΙΑ ΤΗΝ ΛΙΑΝ ΦΙΛΟΤΗΤΑ ΒΡΟΤΩΝ. Propter nimium hominum amorem, a quo eum Chorus avocare studet, ℣. 506.

Μὴ νῦν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα. SCHUTZ.

℣. 124. ΤΙ ΠΟΤ' ΑΥ ΚΙΝΑΘΙΣΜΑ ΚΛΥΩ. Cum jam propius accessisset Chorus, Prometheus, qui paulo ante confusum tantum ambiguumque sonum perceperat, jam alarum clangorem auribus distinguebat. Αὖ particula cum verbo κλύω conjungenda, refertur ad sonum illum obscurum paulo ante auditum, ℣. 114. κινάθισμα strepitus ex motu. SCHUTZ.

℣. 125. ΑΙΘΗΡ—ΥΠΟΣΥΡΙΖΕΙ. Nondum, cum hæc dicebat, oculis ejus Nymphæ occurrebant, a tergo sic appropinquantes, ut deinde a latere scenæ currus earum a Prometheo conspici posset. Ῥιπαῖς πτερύγων, ut apud Virg. Æn. XII. 876.

——ne me terrete timentem

Obscœnæ volucres, alarum verbera nosco.

Ὑποσυρίζει apte exprimit sibilum vel stridorem, a corporibus, quæ per aërem feruntur, excitatum. Non magis ob audaciam dictorum in choricis admirandus est Æschylus, quam ob verborum proprietatem in interlocutorum partibus laudandus. SCHUTZ.

℣. 127. ΠΑΝ ΜΟΙ ΦΟΒΕΡΟΝ ΤΟ ΠΡΟΣΕΡΠΟΝ. Soph. in Aj. Flag. ℣. 227.—φοβοῦμαι τὸ προσέρπον. GIAC. Mos est hominis, timore aliquo perculsi, omnia deinde ad eam rem pertinentia timere. Carmel. ad Eurip. Hippol. ℣. 519. Πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι. Sophocles apud Stob. Tit. VIII. p. 96. Ἅπαντα γάρ μοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ. Plutarch. Symp. VII. p. 682. Οἱ δειλοὶ καὶ τὰ σώζοντα φοβοῦνται. De Pompeio fugiente, Lucan. VIII. 5.

ratione redituum, alicujus urbis vel loci, ab Atticis dictum, vel unus docere potest Xenophontis liber inscriptus, Πόροι ἢ περὶ προσόδων. Πόρος deinde Atticis ratio parandæ pecuniæ, ut in dicto Xenophontis libro, et apud Demosth. Philipp. I. p. 35. Πόθεν ἔσται ὁ πόρος τῶν χρημάτων; Spanh. in Aristoph. Ran. ỷ. 1613.

Πόρους δὲ τὰς ναῦς, ἀπορίαν δὲ τὴν πενίαν. Morell.

ỷ. 115. ΤΙΣ ΟΔΜΑ ΠΡΟΣΕΠΤΑ. Eurip. Hippol. ỷ. 1391.

Ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα· καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
Ὢν ᾐσθόμην σου——

Credebant scilicet antiqui benigniora numina odorem gratum fundere. Virg. Æn. I. 607.

Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere. ——— Grac.

Notæ sunt ex Homero vestes mulierum odoratæ, εἵματα θυώδεα Odyss. Φ'. 52. Notus est ἀμβρόσιος Veneris πέπλος. Il. E. 338. notum denique quomodo se apud eum Juno Jovis amplexibus paret, et quo pacto. Il. Ξ'. 170.

Ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος
Λύματα πάντα κάθηρεν, ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.

Sine dubio igitur Æschylus advenientes nymphas e vestibus et capillis ambrosiæ odorem spargere finxit, cujus ad Prometheum usque dulcis aura spiraret. Schütz.

Ibid. ΑΦΕΓΓΗΣ. *Obscura, dubia*, et quam ego dignoscere non possum. Ἀφεγγὴς et ad ἀχὼ et ad ὀδμὰ pertinet, et translatio est tragica a luce. Pauw.

ỷ. 118. ΠΟΝΩΝ ΕΜΩΝ ΘΕΩΡΟΣ. *Spectator, contemplator.* Plat. Peculiariter spectator certaminum. Morell. Hæc verba conjecturam potius quam interrogationem exprimunt. Schütz.

ỷ. 119. ΟΡΑΤΕ. *Vos quicunque estis videte quæso.* Nondum enim Prometheus, cum ista dicebat, nymphas oculis viderat. Imperativus autem est ὁρᾶτε, non indicativus, ut Stanleius putabat. Cf. ỷ. 140, et ỷ. 804. Schutz.

ỷ. 120. ΤΟΝ ΔΙΟΣ ΕΧΘΡΟΝ. Est emphasis in articulo τὸν, *illum* Jovi invisum, et inde omnibus aliis ejus aulæ incolis. Garb. Διὸς ἐχθρὸν, sic interpretor, *quem Jupiter hostem suum declaravit, quique adeo ejus odium atque inimicitiam excepit.* Hoc et sequentia postulant, et aliis locis consentaneum est, ỷ. 37, et ỷ. 972. et hoc argumento confirmatur, quod ubique Prometheus se non læsisse Jovem, sed bene de eo meritum esse profitetur. Schutz.

ỷ. 121. ΔΙ' ΑΠΕΧΘΕΙΑΣ ΕΛΘΟΝΘ'. Multi sunt in hujusmodi locutionibus Attici. Notio phraseos pendet e nomine, pro cujus natura significat modo active, modo passive, nunc absolute. Resolvitur plerumque per verbum nomini adfine, id si minus procedit, defectum supplent Lat. *grassari et experiri.* Hæc non monerem, nisi deprehendissem ἐς συχνὰς impegisse. Eurip. Troad. ỷ. 916.

——οἶδά σε διὰ λόγων ἰόντ' ἐμοὶ
Κατηγορήσειν——

Et Med. ℣. 872.

Ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην,
Κἀλοιδόρησα——

quorum sensum non percepit interpres, vertens mecum rationem inii. Nunquam λόγος est ratio; debebat, *convitiis in memet grassata sum*, aut simili modo. Abresch. Sic Eurip. Phœniss. ℣. 482. Καὶ μὴ δι' ἐχθρᾶς τῶνδε καὶ φόνυ (l. φθόνυ) μολών quod nihil aliud est quam ἐχθρὸς γενόμενος καὶ φθονερός. Valck. in loc. Vide etiam Eurip. Hec. ℣. 850. Hippol. ℣. 1164. Orest. ℣. 775. Androm. ℣. 416. Phœniss. ℣. 1554. Morell.

Ibid. ΟΠΟΣΟΙ. Non temere dicit; sed ut ostendat illam subitam et universalem mutabilitatem, quæ est in aulicis, pro indignatione et gratia magnatum erga aliquem. Garb.

℣. 122. ΕΙΣΟΙΧΝΕΥΣΙΝ. Secundum Homerum, Il. Α'. 606, et seqq. et Odyss. Δ'. 74. εἰσοιχνεῦσι Ionice pro εἰσοιχνοῦσιν, ut apud Homerum, Odyss. Ι'. 120. Hic ibi enim Æschylus Ionismos intermiscet. Schutz. Sic ℣. 135. Σύθην pro ἐσσύθην. S. Butler.

℣. 123. ΔΙΑ ΤΗΝ ΛΙΑΝ ΦΙΛΟΤΗΤΑ ΒΡΟΤΩΝ. Propter nimium hominum amorem, a quo eum Chorus avocare studet, ℣. 506.

Μὴ νῦν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα. Schutz.

℣. 124. ΤΙ ΠΟΤ' ΑΥ ΚΙΝΑΘΙΣΜΑ ΚΛΥΩ. Cum jam propius accessisset Chorus, Prometheus, qui paulo ante confusum tantum ambiguumque sonum perceperat, jam alarum clangorem auribus distinguebat. Αὖ particula cum verbo κλύω conjungenda, refertur ad sonum illum obscurum paulo ante auditum, ℣. 114. κινάθισμα strepitus ex motu. Schutz.

℣. 125. ΑΙΘΗΡ—ΥΠΟΣΥΡΙΖΕΙ. Nondum, cum hæc dicebat, oculis ejus Nymphæ occurrebant, a tergo sic appropinquantes, ut deinde a latere scenæ currus earum a Prometheo conspici posset, Ῥιπαῖ πτερύγων, ut apud Virg. Æn. XII. 876.

——*ne me terrete timentem*
Obscœnæ volucres, alarum verbera nosco.

Ὑποσυρίζει apte exprimit sibilum vel stridorem, a corporibus, quæ per aërem feruntur, excitatum. Non magis ob audaciam dictorum in choricis admirandus est Æschylus, quam ob verborum proprietatem in interlocutorum partibus laudandus. Schutz.

℣. 127. ΠΑΝ ΜΟΙ ΦΟΒΕΡΟΝ ΤΟ ΠΡΟΣΕΡΠΟΝ. Soph. in Aj. Flag. ℣. 227.—φοβοῦμαι τὸ προσέρπον. Giac. Mos est hominis, timore aliquo perculsi, omnia deinde ad eam rem pertinentia timere. Carmel. ad Eurip. Hippol. ℣. 519. Πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι. Sophocles apud Stob. Tit. VIII. p. 96. Ἅπαντα γάρ μοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ. Plutarch. Symp. VII. p. 682. Οἱ δειλοὶ καὶ τὰ σώζοντα φοβοῦνται. De Pompeio fugiente, Lucan. VIII. 5.

—— pavet ille fragorem
Motorum ventis nemorum.

Talis dicebatur ψοφοδεής. Vid. Gataker ad M. Antonin. p. 191. Hæc plerumque ex Valck. ad Phœniss. ℣. 277. adducit MORELL. Quæri autem potest quid sit quod Prometheus h. l. fateatur; sibi quæcunque appropinquent metum injicere, cum paulo ante dixisset, se omnia clare prævidere, nihilque sibi inopinatum accidere posse. Respondere licet, Prometheum summam quidem eventuum, non autem singulas eorum partes prævidisse. Itaque etsi animum ad gravissima mala subeunda bene præparatum habebat, non tamen quo loco, quo tempore, quibus causis ea eventura essent, præsagiebat animus: ideoque eodem timore se liberare non poterat, ita tamen ut ex eo se cito colligeret, ac nunquam succumberet. SCHUTZ.

℣. 128. ΜΗΔΕΝ ΦΟΒΗΘΗΣ. Initium actus secundi hic statuunt Garbitius et Morell. quod mihi minus probatur; est enim πάροδος, sive Chori ingressio prima. S. BUTLER.

℣. 129. ΑΜΙΛΛΑΙΣ. Apte dicitur de alis, quæ in volatu pariter moventur, ut videantur quasi contendere et certare invicem, ne alterutra deprehendatur altera segnior. GARB. Vel refertur ad certamen inter se. MORELL. Θοαῖς πτερύγων ἁμίλλαις, celeres alarum alternationes. Sunt qui hæc ita interpretentur, ipsas Oceanitides alatas fuisse, adeoque propriis alis advolasse: nos autem de alis currui, quo vehebantur, adaptatis capimus. Cf. ℣. 135. 272. 279. et seqq. Quod se patri ægre persuasisse dicunt, ut iis commeatum daret, id e vetere sexus muliebris, virginum imprimis, disciplina judicandum. Sic pædagogus Antigones apud Eurip. Phœniss. ℣. 89. viam circumspicit, veritus nequis in publicum prodeuntem regis filiam vituperet. SCHUTZ.

℣. 131. ΠΑΡΕΠΙΠΟΥΣΑ. Homer. Il. A. 555.

—— μή σε παρείπῃ
Ἀργυρόπεζα Θέτις. MORELL.

℣. 132. ΚΡΑΙΠΝΟΦΟΡΟΙ ΔΕ Μ' ΕΠΕΜΨΑΝ ΑΥΡΑΙ. Secundus nimirum ventus currus aliferi cursum accelerabat. Πέμπειν h. l. pro Προπέμπειν. SCHUTZ. Sic. Pers. ℣. ult. πέμψω σε δυσθρόοις γόοις. S. BUTLER.

℣. 133. ΚΤΥΠΟΥ ΓΑΡ ΑΧΩ. Pulchre vocibus ἀχὼ et κτύπος usus est Æschylus, quorum altera ad sonitum antrorum recessus penetrantem, altera ad clavorum ictus exprimendos, vim propriam habet: a κτύπος venit ἐκτυπέω, quo verbo Sophocles undarum sonum scopulis allisarum exprimit. Trachin. ℣. 800.

—— ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι,
Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες Εὐβοίας τ' ἄκραι. GIACOM.

Scilicet jam antequam Prometheus affigeretur, Oceanitides earumque pater Oceanus fama audierant, quonam supplicio ignis divisorem Jupiter affecturus esset. Itaque cum jam ingentem ferramentorum stridorem audiissent, illico Prometheum

a Vulcano jam affigi colligebant: ideoque misericordia compulsæ virginalem pudorem excutiebant, patremque, ut sibi miserum cognatum visere liceret, exorabant. Quod si mera eas curiositas ad iter hoc faciendum impulisset, ridiculum sane fuisset, victi pudoris mentionem facere; rem enim parum decoram excusatione magis etiam indecora defendissent. Sola erat et justa hujus peccati excusatio, quod amici causa peccavissent. Verum enim vero ex prima Oceani oratione, ỳ. 284. certo perspicitur, eum sic ad Prometheum accedere, ut, quo in statu eum deprehensurus esset, jam antequam iter susciperet, haud ignoraverit. Cæterum mallei ictus tantum strepitum excitasse, ut in antro nympharum Oceanitidum exaudiri potuerit, neminem offendet, qui malleum hic a Vulcano manu versatum cogitaverit: et immanes Neptuni clamores, et tellurem sub deorum incessu trementem ex Homero; imo Ætnam impositis Cyclopum incudibus gementem e Virgilio commeminerit. SCHUTZ.

Ibid. ΧΑΛΥΒΟΣ. Caucasia gens, Chalybes, prima ferrum solo traxit, igniumque ope ferramenta fabricavit. Apte ibi Promethei vincula, nam tranquille cultus vitæ viguit, quousque armorum vi cuncta confusa. JO. MULLER.

ỳ. 134. ΕΚ Δ' ΕΠΛΗΞΕ. Eodem sensu infra, ỳ. 360.

Ὃς αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων

Κομπασμάτων.

Thom. Magister in voce Ἐκπλήττω. Ἔστι δὲ ἐκπλήσσω, καὶ τὸ ἐξιστῶ, καὶ ἐκβάλλω. Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ, (Ὃ μ' ἐκπλήσσει φόβος.) Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ· ἃ καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει· καὶ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ· φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει. S. BUTLER.

Ibid. ΤΑΝ ΘΕΜΕΡΩΠΙΝ ΑΙΔΩ. *Ruborem calidum*: huc facit quod Nævius *Auroram* appellavit *pudoricolorem*. A. Gellius, XIX. 8. IS. CASAUB. Pulcherrimum est epithetum et personæ convenientissimum. Atque hic operæ pretium est considerare, quomodo Æschylus et Sophocles videantur quasi ἀλλήλοις ἀντιφωνεῖν, eodem ambo respicientes, et rem eandem, sed diversis verbis, elegantissime exprimentes; ita ut alter alteri vice sit enarratoris. Sophocles enim ruborem qui in ore virginali conspicitur indicans, αἱματόεν ῥέθος dixit; quia ex sanguine oritur ille rubor: quum Æschylus idem significare volens, vocem usurpasset, quæ calorem, qui illum sanguinem comitatur, demonstraret. H. STEPH. Θεμερὸν, σεμνὸν, *grave*, venerandum; θεμερή, σεμνή, βεβαία, εὐσταθής· θεμερόφρονας, συνετούς, σώφρονας· θεμερῶπις, ἱεροσμία. Hesych. Steph. App. MORELL.

E mi hà fatto giù porre
Il rossor verecondo. GIAC.

ỳ. 135. ΣΥΘΗΝ Δ' ΑΠΕΔΙΛΟΣ. *Sine calceis*, vel festinantissime, et ἀπερφασίτως, ut allusio fiat ad hoc Hesiodi, Ἔργ. καὶ Ἡμ. ỳ. 342.

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί. GARB.

Theocr. Idyll. XIV. 5.

——ἀφίκετο Πυθαγορικτὰς

Ὠχρὸς, ἀνυπόδητος.——

Soph. Elect. ℣. 877.

Ὑφ' ἡδονῆς τοι, φιλτάτη, διώκομαι,

Τὸ κόσμιον μεθεῖσα, σὺν τάχει μολεῖν. MORELL.

Ibid. ΟΧΩι ΠΤΕΡΩΤΩι. Hæc verba non de singularum nympharum alis, sed de *curru alifero* (Ov. Fast. IV. 462.) capienda esse, primum nobis persuadet solemnis mos tragicorum, deos in machina quadam, quæ currum simulabat, in scenam producendi. Sic apud Æschylum in Eumenidibus, Minerva curru per aerem advehitur; apud Euripidem, Medea curru draconibus alatis juncto aufugit. Deinde non video, si Æschylus Oceanitidas ipsas per aerem volantes repræsentare voluisset, quomodo pro iis, qui tum erant, artis mechanicæ finibus, architectus, qui apparatum scenæ curabat, id efficere potuisset; præsertim cum nymphæ, non statim post introitum, sed versu demum 279 pronuntiato, in solum se demitterent, ut adeo se eum ad finem in aere librare debuissent. Accedit, quod multo planius ac simplicius est, ὄχον πτερωτὸν de *curru alato*, quam de alis singularum nympharum intelligere. Denique verba Promethei, ℣. 272. et Chori, ℣. 281. et seq. non sinunt nos de alis cogitare, quod ibi videbimus. Utrum vero ipsum tantum currum alis moveri finxerit Æschylus, an eum, quod Heathio placet, ab avibus tractum theatro repræsentaverit, certo definire non ausim. SCHUTZ. Heathii sententiam, ut magis naturæ consentaneam, amplectendam esse arbitror, sic Minervæ currum in Eumenidibus equi, Medeæ apud Euripidem dracones alati trahunt. Solita arrogantia contendit Pauwius nymphas αἰώραις h. e. *restibus* suspensas Parodum cecinisse. Eum vero tam pulchre refutavit Schutzius, ut ne verbum quidem adjicere aut debeam aut possim. S. BUTLER.

℣. 137. ΤΗΣ ΠΟΛΥΤΕΚΝΟΥ. Πολύτεκνον vocat Thetim, vel quia per ipsam intelligit Terram, quæ est nutrix omnium; vel quia ipsa uxor Oceani fingitur mater Nympharum, per quas possunt intelligi fontes et scaturigines aquarum, quibus passim terra irrigatur ad omnem fertilitatem. GARB.

℣. 138. ΕΙΛΙΣΣΟΜΕΝΟΥ. Oceanus antiquitus flumen immensum habitus est, quod terras omnes circumflueret. Max. Tyr. Dissert. XVI. p. 481. de Oceano, Εἴτε τις ἐστὶ ποταμοῦ ῥόος, περὶ πᾶσαν γῆν εἱλούμενος, κ. τ. λ. GIAC.

℣. 139. ΑΚΟΙΜΗΤΩι ΡΕΥΜΑΤΙ. Ἀκοίμητον ῥεῦμα appellatur mare, cui Oceanus præsidet, propter perpetuum motum; et ab hoc fonte sine dubio fluxit nobilis Homeri phantasia, Il. ξ'. 245. qua Somnum sic loquentem inducit, ut Oceanum in soporem dare magnum opus ac difficile esse significet. SCHUTZ. Sic Homer. Odyss. Λ'. 637. Ὠκεανὸς ποταμός. JO. MULLER. Addi possunt,

Hom. Il. Γ'. 5. Et Poeta, Par. Amiss. I. 221. ex veterum sententia, —— *The ocean stream.* S. BUTLER.

ỿ. 140. ΔΕΡΧΘΗΤ', ΕΣΙΔΕΣΘ'. Synonyma hæc vehementiam commoti animi produnt. SCHUTZ.

ỿ. 143. ΦΡΟΥΡΑΝ ΑΖΗΛΟΝ. Sic ỿ. 31. φρουρήσεις πέτραν. Translationibus a re militari maxime delectatur Æschylus animosissimus poeta. S. BUTLER.

Ibid. ΟΧΗΣΩ. Hesych. Ὀχήσεις, ἐν αὑτοῖς ἕξοντες. Ὀχήσοι, ὑπομένει, ἔφερον. S. BUTLER.

ỿ. 145. ΟΜΙΧΛΗ ΠΡΟΣΗΙΞΕ ΠΛΗΡΗΣ ΔΑΚΡΥΩΝ. Eurip. Herc. Fur. ỿ. 1140.

—— στεναγμῶν γάρ με περιβάλλει νέφος.

Et Medea, ỿ. 107.

—— ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον

Νέφος οἰμωγῆς. —— GIAC.

Hic locus fuerit, eos, qui recentes ad Tragicorum lectionem accedant, admonere, in chori canticis, utpote quæ lyrico spiritu inferuntur, graviorem linguæ sonum, nova vocabula, metaphoras audaciores, et flumen orationis liberius se jactans neminem offendere debere. Itaque, nisi ubi a veritate imaginum aut sensuum poetam discessisse argui potuerit, nemo ei elatum et magnificum dicendi genus, præsertim in choricis, vitio vertet. Ὀμίχλη προσῇξε, de lachrymis, imagine naturam æmulante. Lachrymæ enim obortæ quasi nebula aut velo oculos obducunt, eorumque luminibus officiunt. Προσᾴσσειν vehementiam prorumpentium lachrymarum designat. Id occasioni aptissimum est. Etiamsi enim lachrymas cohibere voluissent nymphæ, magnitudo tamen malorum Promethei eis vel invitis expressisset. Nec dubito quin apte positum sit Ὀμίχλη πλήρης δακρύων etsi enim ipsæ hanc nebulam lachrymæ efficiunt, tamen eodem modo nebula lachrymarum plena probabiliter dicetur, quo nubes pluviæ plena offensionem non esset habitura. Φοβερὰ vero, quia ob metum et angorem de Promethei fortuna lachrymæ prorumpunt. Non enim interpretor *horrenda*, sed ex *horrore* coorta. Ut autem Æschylus nebulæ similitudinem ad lachrymas transfert, ita Soph. Antig. ỿ. 532. et Eurip. Hippol. ỿ. 173. in eadem re νέφος usurpant, hoc tamen discrimine, ut ista metaphora frontem obnubilatam designent, e qua tanquam ex nube lachrymæ stillant. SCHUTZ.

ỿ. 146. ΣΟΝ ΔΕΜΑΣ. Ut Latini *corpus tuum, animum tuum*, loco pronominis personalis simpliciter positi. SCHUTZ. Vix equidem assentior, vim enim suam hic habet σὸν δέμας, alluditque ad illud χρόας ἄνθος, ỿ. 23. S. BUTLER.

ỿ. 147. ΠΕΤΡΑΙΣ ΠΡΟΣΑΥΑΙΝΟΜΕΝΟΝ. Durum hoc si animum advertas. Sed Græci αὐαίνεσθαι pro φθείρεσθαι usurpant: Hesych. Αὐαίνεται, ξηραίνεται, φθείρεται. Αὐαινομένοις, ξηραινομένοις, φθειρομένοις. Αὔει, ξηραίνει, φθείρεται. Et ita intellige igitur hic παῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι

λύμαις προσαυαινόμενον. Pauw. Nihil durum videtur, si αὐαίνω proprio sensu pro exsiccare accipias; refert enim ad ℣. 22.

——σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ,

Χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος.——

Si pro corrumpi dura omnia. S. Butler. Προσαυαινόμενον apte dicitur de ingeniosis et doctis qui sunt natura αὖοι (sicut Heraclitus dicere solebat αὔη ψυχὴ, ψυχὴ σοφωτάτη), et studiis suis tanquam affixi perpetuo adhærentes, indies magis exsiccantur. Garb.

℣. 148. ΛΥΜΑΙΣ. Λύμας vocat catenas et clavos ab effectu. Garb.

℣. 149. ΝΕΟΙ ΓΑΡ. Supra, ℣. 95.

——ὁ νέος

Ταγὸς μακάρων.

Eumen. ℣. 724.

Ἀλλ' εἴ τι τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις

Θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ.—— Morell.

Addi possunt, ℣. 954. Νέον νέοι κρατεῖτε, et multa alia. S. Butler.

Ibid. ΟΙΑΚΟΝΟΜΟΙ. Vide quæ Stanleius ad Sept. Theb. ℣. 3. S. Butler.

℣. 150. ΝΕΟΧΜΟΙΣ ΔΕ ΝΟΜΟΙΣ. Proverbium illud, *Novi reges, novæ leges*, citat Is. Casaub. quod nos ad verbum Anglice, servata item misella paronomasia, *New Lords, new Laws.* S. Butler.

℣. 151. ΤΑ ΠΡΙΝ ΔΕ ΠΕΛΩΡΙΑ. Recte Scholion Titanas excitat. Et apud Mosen artes, quibus vita colitur, Caïnidum inventa, quorum generis gigantes creduntur; eademque illis ἀθεότητος fama. Jo. Muller.

℣. 152. ΕΙ ΓΑΡ. Εἰ pro εἴθε *utinam* a particula γαρ sejungi non solet. Εἰ vero, ut et εἴθε et αἴθε cum indicativo sæpe jungitur, sic etiam apud Aristoph. Nub. ℣. 24.

Εἴθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ·

sæpe etiam cum voce ὄφελον. Cum vero ὄφελον εἰ præcedentem non habet, modus qui sequitur indicativus vel optativus (quoniam non nisi subjunctivus sine solœcismo esse possit, Lucian. in Solœc. c. 1.) non ab ὄφελον regitur, ut vulgo credunt, sed a particula εἰ, quæ subintelligenda est. Giac. Non equidem cum doctissimo Brunckio h. l. *utinam*, sed potius *immo vero si*, verterem. Est enim elliptica orationis forma; et post ἐπεγήθει reticentur verba facile supplenda v. c. *ferendum fuisset*, vel similia. Schutz. Votum annihilationis, quum vocant: scilicet, *quæ quies unquam, si in sublimi sensus animæ manet, inferius umbræ! Duplicat obitus si dolere etiam posthumi æstimatione evenit.* Plin. H. N. VII. 56. Sed antiquiora Æschyleis παράλληλα plurima liber Jobi habet. Nempe hæc ultima desperatio, humanarumque rerum [illegible] quum verior æstimatio est. Jo. Muller.

℣. 153. ΤΟΥ ΝΕΚΡΟΔΕΓΜΟΝΟΣ. Sic Lycophr. ℣. 655. Ἅδης πανδοκεύς. Soph. Antig. ℣. 815. Παγκοίτας θάλαμος. Hor. Od. III. 1. *Omne capax movet urna nomen.* Morell.

℣. 156. ΜΗΤΕ ΤΙΣ ΑΛΛΟΣ. ἀρείμων nempe, qui ἐμῦ minor. Obscure Schol. α΄. eodem tamen forsitan respicit. In imo Tartaro non erant ἄλγεσιν. Pauw. Immo ne θεοὶ quidem qui Promethei miseriis gauderent, atque eam ipsam ob causam, optat se potius in Tartarum fuisse detrusum, quam sub æthere suspensum, Diis aliisque sibi inimicis spectaculum gratum pœnarum suarum præbere. Heath. Μήτε θεὸς μήτε τις ἄλλος periphrastice pro ὐδείς. Sed hæc periphrasis affectum orationis decet. Aptum vero est quod non dicit μήτε θεὸς μήτε βροτὸς, nam pro tanta, cujus sibi conscius erat, erga homines benevolentia, eos ex malis suis fructum lætitiæ suæ capturos esse, credibile non erat. Schutz. Tres habuit filios Iapetus, Menœtium, Promethea, Epimethea, e quibus Menœtium ob audaciam fulmine disjectum in Tartaro cum Titanibus conclusit Jupiter, ut est apud Hesiodum. Huc videtur Æschylus alludere. Rob. Potter.

℣. 157. ΑΙΘΕΡΙΟΝ ΚΙΝΥΓΜ'. Elegantiam hujus loci non vident vulgo. Ego puto alludi ad αἰώρας Atheniensium, *oscilla* Romanorum. Servius de his ad Virg. G. II. 389. Is. Casaub. Eodem modo αἰώρημα apud Lycophr. ℣. 1075. ponitur, cujus locum etiam propter argumenti affinitatem, transcribimus.

Σὺ τοῖα τλῆμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος
Μίμνει λυγαίων, ἔνθα γυιόχοις πέδαις
Οἰκτρὰ χαλκείῃσιν ὀργυιωμένη
Θανῇ, πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν στόλον,
Ἔκβλητον αἰάζουσα Κραθίδος πέλας
Τόργοισιν αἰώρημα φοινίοις δέμας. Schutz.

℣. 159. ΤΙΣ ΩΔΕ ΤΛΗΣΙΚΑΡΔΙΟΣ. Hac Nympharum sententia, ut et ℣. 144. optime expressit Poeta ingenium muliebre, de quibus Aristoteles Hist. An. IX. 1. γυνὴ ἀνδρὸς ἐλεημονέστερον καὶ ἀρίδακρυ μᾶλλον. Giac.

℣. 162. ΔΙΧΑ ΓΕ ΔΙΟΣ. *Si nimirum a Jove discesseris!* γε est scilicet. Schutz. Errat vir doctus, Δίχα γε Διὸς reddendum est potius, *uno tamen excepto Jove*, vel, *si Jovem saltem exceperis.* S. Butler.

℣. 163. ΘΕΜΕΝΟΣ ΑΓΝΑΜΠΤΟΝ ΝΟΟΝ. Vide infra, ℣. 994.

Γνάμψει γάρ ᾤδιν τῶνδέ μ'.——

Eurip. Iph. Taur. ℣. 815.

——ἐγγὺς τῶν ἐμῶν κάμπτῃ φρενῶν. Giac.

℣. 169. ΧΡΕΙΑΝ ΕΞΕΙ. Ipsam naturam exprimit Poeta, his verbis Promethei contra Jovem indignantis, et ex vindictæ spe certa doloris et miseriarum remedium quærentis. Hæc omnia cum Philosophi dictis consentiunt, Rhetor. II. 2. Ἕπεσθαί τινα ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τῦ τιμωρήσασθαι· ἡδὺ μὲν γὰρ τὸ οἴεσθαι τεύξεσθαι ὧν ἐφίεται· ὁ δ' ὀργιζόμενος ἐφίεται αὐτῷ δυνατῶν, ἀκολουθεῖ γὰρ καὶ

ἡδονή τις διά τε τοῦτο, καὶ διότι διατρίβουσιν ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι τῇ διανοίᾳ, ἡ οὖν τότε ἐγγινομένη φαντασία ἡδονὴν ποιεῖ, ὥσπερ ἡ τῶν ἐνυπνίων. GIAC.

℣. 170. ΤΟ ΝΕΟΝ ΒΟΥΛΕΥΜΑ. Opponitur pristino, quod Titanes adversus Jovem moliti erant. Novum consilium hic subobscure et ambigue Prometheus indigitat, in quo magna cernitur ars poetæ, qui sic et attentionem spectatorum acuit, et actionis tragicæ cursum, ne justo citius ad finem perveniat, inhibet ac suspendit. Præclare vero et hoc instituit, ut cum primam h. l. Prometheus consilii adversus Jovem olim nectendi mentionem fecisset, Chorus quanquam alias in curiositate ὀξύτονος, tamen id animadvertere non videatur, nec ab eo nunc diligentius quando aut quo pacto illud futurum sit, exquirat; sed omne illud vaticinium, quasi somnium quoddam animi nimis concitati, silentio prætereat. Inde sibi poeta aditum paravit ad sequentem Promethei narrationem de beneficiis humano generi a se tributis, ad colloquium cum Oceano, ad Ius episodium, donec tandem a ℣. 915. repetitis iisdem de Jovis periculo præsagiis, et paulo clariore in luce positis, viam sibi ad catastrophen totius fabulæ faceret. SCHUTZ.

℣. 171. ΑΠΟΣΥΛΑΤΑΙ. Præsens pro futuro ad notandam rei certitudinem. SCHUTZ.

℣. 172. ΚΑΙΤΟΙ Μ' ΟΥ ΜΕΛΙΓΛΩΣΣΟΙΣ, κ. τ. λ. Primum hic mihi velim aliquis attendat, quam ornate hoc extulerit: *nec precibus nec minis mihi persuadebit*: sic tamen temperato verborum ornatu, ut omnia colorum pigmenta, a quibus naturalis tragici dialogi decor abhorreat, vitaverit. Θέλξει ex Homerica consuetudine significaret, persuadendo aut incantando decipere: ut Hesychius θέλγει exponit ἀπατᾷ quod bene h. l. conveniret. Forte tamen simpliciter ex usu scriptorum post Homerum positum est, pro *delinire, mulcere, mollire*; quæ vocabuli potestas propter viciniam oppositi τεγκτὰς commodam hic sedem nacta fuerit. Ita concinne aliquis dicat, *nec precibus me mollies, nec minis me franges*. In ultimis verbis elucet libera viri contumacia, non ut solvatur tantum e vinculis, verum etiam ut sibi satisfiat, postulantis. Ποινὰς τίνειν, *mulctam pendere* aut quocunque modo satisfacere. SCHUTZ.

℣. 179. ΕΠΙΧΑΛΑΙΣ. Ἐπιχαλᾶν est *cedere*, item *aliquid remittere*. Prior significatio hic aptior est. Alteram expressit versione Stanleius, qua quidem admissa sic explicanda est verborum structura, ut dativus πικραῖς δύαισιν sit, i. q. *propter acerbas calamitates*, et post ἐπιχαλᾷς repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ vocabulum θράσους, *nihil ob istas calamitates ab audacia remittis*. His ambagibus opus non est, si verbum ἐπιχαλᾶν, *cedere*, cum dativo δύαισιν construatur. SCHUTZ.

℣. 181. ΔΙΑΤΟΡΟΣ ΦΟΒΟΣ. Respicit ad ℣. 133.

Κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῇξεν ἄντρων,
Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ. S. BUTLER.

℣. 184. ΤΕΡΜΑ ΚΕΛΣΑΝΤ' ΕΣΙΔΕΙΝ. Metaphora ab homine

diuturnis erroribus maritimis exercito ducta, qui tandem aliquando ad littus appellit, aut in portu navigat. Πόνου τέρμα, supra ỷ. 99. μόχθων τέρματα. SCHUTZ.

ỷ. 186. ΟΙΔ' ΟΤΙ ΤΡΑΧΥΣ. Quanta his Jobus æquivoca dixit. Magnitudo duorum auctorum summæ antiquitatis similitudinem habet, altior tamen Ausitidensis, Græcus ad humaniorem μυθολογίαν delabitur. JO. MULLER.

Ibid. ΠΑΡ' ΕΑΥΤΩι ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ ΕΧΩΝ. Sic Dio, p. 968. Ἔχειν παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον et videtur esse proverbium. Is. CASAUB. Sic infra, ỷ. 403.

Ἰδίοις νόμοις κρατύνων.

Unde ut conjicit Cl. Markland. Eurip. Suppl. ỷ. 430.

——τὸν νόμον κεκτημένος

Αὐτὸς παρ' αὑτῷ. MORELL.

Enimvero Jupiter summus justitiæ fons et moderator. Nec arbitrium hoc notioni legis repugnat: quippe, nisi rebus suppositis quas fecit, lex non potest aliqua esse. JO. MULLER.

Ibid. ΑΛΛ' ΕΜΠΑΣ. Ἀλλ' ἔμπης pro ἔμπης δέ. Sic Theognis, ỷ. 295.

Οὐδὲ λέων αἰεὶ κρέα δαίνυται, ἀλλά μιν ἔμπης
Καὶ κρατερόν περ ἐόνθ' αἱρεῖ ἀμηχανίη.

Notante cl. Hoogeveen, de Doctr. Partic. in voce Ἔμπης. Hesych. Ἔμπα δὲ — ἀλλ' οὖν. An hic latent ἀλλ' οἴω. S. BUTLER.

ỷ. 190. ΤΗΝ Δ' ΑΤΕΡΑΜΝΟΝ. Sic Aristoph. Vesp. ỷ. 729. Ἀτεράμων ἀνήρ. S. BUTLER.

ỷ. 188. ΜΑΛΑΚΟΓΝΩΜΩΝ. Apte opponitur antecedenti τραχὺς, et in ỷ. 189. ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ pulchre continuatur metaphora. SCHUTZ.

Ibid. ΣΤΟΡΕΣΑΣ ΟΡΓΗΝ. Tacitus, Hist. I. 58. de Julio Burdone Germaniæ classis præfecto. *Ita in custodia habitus, et post victoriam demum, stratis jam militum odiis, dimissus est.* Quid elegantius? *strata odia* pro compositis, sedatis, postquam detumuerunt. Ut *stratum æquor*. Apoll. Rhod. I. 115,

——ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ
Νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ' εὔνασε πόντον.

Et II. 174. de mari:

——ἀλλὰ τό γ' ἔμπης
Στόρνυται.——

Unde Grammatici Græci, Στορεύς, γαληνοποιός, Στορῶ, γαληνιῶ. Στορέσας, κατακοιμίσας, καταπραΰνας. Virgil. Ecl. IX. 57.

Et nunc omne tibi stratum silet æquor.——

Achill. Tatius, III. τὸ πολὺ τοῦ πνεύματος περιεπέπαυτο, τὸ δὲ ἄγριον ἐστόρεστο τοῦ κύματος. Et plane Statius, Sylv. II. 5. ita de leone mansueto; ut Tacitus:

Quid tibi constrata mansuescere profuit ira.

Immo, ex quo uterque hauserunt, Æschylus. Prometh. ỷ. 190.

——στορέσας ὀργήν. JO. FRED. GRONOV. Obs. III. 22.

ỷ. 192. ΣΠΕΥΔΩΝ ΣΠΕΥΔΟΝΤΙ. Hæc multo sunt iis leniora, quæ supra dixerat Prometheus, et sic plerumque fit, moderi

ἡδονὴ τις διά τι τῦτο, καὶ διότι διατρίβουσιν ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι τῇ δικαίᾳ, ἢ ὡς πότε ἐγγινομένη φαντασία ἡδονὴν ποιεῖ, ὥσπερ ἡ τῶν ἐνυπνίων. GIAC.

ỳ. 170. ΤΟ ΝΕΟΝ ΒΟΥΛΕΥΜΑ. Opponitur pristino, quod Titanes adversus Jovem moliti erant. Novum consilium hic subobscure et ambigue Prometheus indigitat, in quo magna cernitur ars poetæ, qui sic et attentionem spectatorum acuit, et actionis tragicæ cursum, ne justo citius ad finem perveniat, inhibet ac suspendit. Præclare vero et hoc instituit, ut cum primam h. l. Prometheus consilii adversus Jovem olim nectendi mentionem fecisset, Chorus quanquam alias in curiositate ὀξύτονος, tamen id animadvertere non videatur, nec ab eo nunc diligentius quando aut quo pacto illud futurum sit, exquirat; sed omne illud vaticinium, quasi somnium quoddam animi nimis concitati, silentio prætereat. Inde sibi poeta aditum paravit ad sequentem Promethei narrationem de beneficiis humano generi a se tributis, ad colloquium cum Oceano, ad Iûs episodium, donec tandem a ỳ. 915. repetitis iisdem de Jovis periculo præsagiis, et paulo clariore in luce positis, viam sibi ad catastrophen totius fabulæ faceret. SCHUTZ.

ỳ. 171. ΑΠΟΣΥΛΑΤΑΙ. Præsens pro futuro ad notandam rei certitudinem. SCHUTZ.

ỳ. 178. ΚΑΙΤΟΙ Μ' ΟΥ ΜΕΛΙΓΛΩΣΣΟΙΣ, κ. τ. λ. Primum hic mihi velim aliquis attendat, quam ornate hoc extulerit: *nec precibus nec minis mihi persuadebit:* sic tamen temperato verborum ornatu, ut omnia colorum pigmenta, a quibus naturalis tragici dialogi decor abhorreat, vitaverit. Θέλξει ex Homerica consuetudine significaret, persuadendo aut incantando decipere: ut Hesychius θέλγει exponit ἀπατᾷ quod bene h. l. conveniret. Forte tamen simpliciter ex usu scriptorum post Homerum positum est, pro *delinire, mulcere, mollire;* quæ vocabuli potestas propter viciniam oppositi στερεὰς commodam hic sedem nacta fuerit. Ita concinne aliquis dicat, *nec precibus me mollies, nec minis me franges.* In ultimis verbis elucet libera viri contumacia, non ut solvatur tantum e vinculis, verum etiam ut sibi satisfiat, postulantis. Ποινὰς τίνειν, *mulctam pendere* aut quocunque modo satisfacere. SCHUTZ.

ỳ. 179. ΕΠΙΧΑΛΑΙΣ. Ἐπιχαλᾶν est *cedere,* item *aliquid remittere.* Prior significatio hic aptior est. Alteram expressit versione Stanleius, qua quidem admissa sic explicanda est verborum structura, ut dativus πικραῖς δύαισιν sit, i. q. *propter acerbas calamitates,* et post ἐπιχαλᾷς repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ vocabulum θράσος, *nihil ob istas calamitates ab audacia remittis.* His ambagibus opus non est, si verbum ἐπιχαλᾶν, *cedere,* cum dativo δύαισιν construatur. SCHUTZ.

ỳ. 181. ΔΙΑΤΟΡΟΣ ΦΟΒΟΣ. Respicit ad ỳ. 133.

Κτύπυ γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρων,
Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ. S. BUTLER.

ỳ. 184. ΤΕΡΜΑ ΚΕΛΣΑΝΤ' ΕΣΙΔΕΙΝ. Metaphora ab homine

diuturnis erroribus maritimis exercito ducta, qui tandem aliquando ad littus appellit, aut in portu navigat. Πόνου τέρμα, supra ỷ. 99. μόχθων τέρματα. SCHUTZ.

ỷ. 186. ΟΙΔ' ΟΤΙ ΤΡΑΧΥΣ. Quanta his Jobus æquivoca dixit. Magnitudo duorum auctorum summæ antiquitatis similitudinem habet, altior tamen Ausitidensis, Græcus ad humaniorem μυθολογίαν delabitur. JO. MULLER.

Ibid. ΠΑΡ' ΕΑΥΤΩι ΤΟ ΔΙΚΑΙΟΝ ΕΧΩΝ. Sic Dio, p. 968. Ἔχων παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον· et videtur esse proverbium. Is. CASAUB. Sic infra, ỷ. 403.

Ἰδίοις νόμοις κρατύνων.

Unde ut conjicit Cl. Markland. Eurip. Suppl. ỷ. 430.

——τὸν νόμον κεκτημένος

Αὐτὸς παρ' αὑτῷ. MORELL.

Enimvero Jupiter summus justitiæ fons et moderator. Nec arbitrium hoc notioni legis repugnat: quippe, nisi rebus suppositis quas fecit, lex non potest aliqua esse. JO. MULLER.

Ibid. ΑΛΛ' ΕΜΠΑΣ. Ἀλλ' ἔμπης pro ἔμπης δέ. Sic Theognis, ỷ. 295.

Οὐδὲ λέων αἰεὶ κρέα δαίνυται, ἀλλά μιν ἔμπης
Καὶ κρατερόν περ ἐόνθ' αἱρεῖ ἀμηχανίη.

Notante cl. Hoogeveen, de Doctr. Partic. in voce Ἔμπης. Hesych. Ἔμπα δὲ — ἀλλ' οὖν. An hic latent ἀλλ' οὖν. S. BUTLER.

ỷ. 190. ΤΗΝ Δ' ΑΤΕΡΑΜΝΟΝ. Sic Aristoph. Vesp. ỷ. 729. Ἀτεράμων ἀνήρ. S. BUTLER.

ỷ. 188. ΜΑΛΑΚΟΓΝΩΜΩΝ. Apte opponitur antecedenti τραχὺς, et in ỷ. 189. ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ pulchre continuatur metaphora. SCHUTZ.

Ibid. ΣΤΟΡΕΣΑΣ ΟΡΓΗΝ. Tacitus, Hist. I. 58, de Julio Burdone Germaniæ classis præfecto. *Ita in custodia habitus, et post victoriam demum, stratis jam militum odiis, dimissus est.* Quid elegantius? *strata odia* pro compositis, sedatis, postquam detumuerunt. Ut *stratum æquor*. Apoll. Rhod. I. 115.

——ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ
Νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ' εὔνασε πόντον.

Et II. 174. de mari:

——ἀλλὰ τὸ γ' ἔμπης
Στόρνυται.——

Unde Grammatici Græci, Στορεὺς, γαληνοποιός, Στορῶ, γαληνιῶ. Στορέσας, κατακοιμίσας, καταπραΰνας. Virgil. Ecl. IX. 57.

Et nunc omne tibi stratum silet æquor.——

Achill. Tatius, III. τὸ πολὺ τοῦ πνεύματος περιεστέπαυτο, τὸ δὲ ἄγριον ἐστόρεστο τοῦ κύματος. Et plane Statius, Sylv. II. 5. ita de leone mansueto; ut Tacitus:

Quid tibi constrata mansuescere profuit ira,

Immo, ex quo uterque hauserunt, Æschylus. Prometh. ỷ. 190.

——στορέσας ὀργήν. JO. FRED. GRONOV. Obs. III. 22.

ỷ. 192. ΣΠΕΥΔΩΝ ΣΠΕΥΔΟΝΤΙ. Hæc multo sunt iis leniora, quæ supra dixerat Prometheus, et sic plerumque fit, mederi

orationem iracundiæ. Vide sis quæ ad ℣. 378. adnotavit Ill. Stanleius. S. BUTLER.

℣. 193. ΠΑΝΤ' ΕΚΚΑΛΥΨΟΝ. Ad hanc Chori responsionem a proxime præcedente Promethei dicto transitus præfractior est, nec satis, ut ita dicam, complanatur. Certe pro iis, quæ Prometheus postremo, desperata sibi Jovis reconciliatione, dixerat, magis a Choro expectabatur, ut spei tam lætæ, quam ut pœnæ causas et crimina Promethei, curiosius exploraret. SCHUTZ.

℣. 196. ΕΙ ΤΙ ΜΗ. Pro εἰ μή τι, i. e. κατά τι. Nisi in aliquo offenderis in ista narratione. Ita modeste petit; et simul oblique eum monet, ut caute et considerate de negotio loquatur. GARB.

℣. 198. ΑΛΓΟΣ ΔΕ ΣΙΓΑΝ. Idem quod ἀλγεινά, sed scite variavit verbi formam. Πανταχῇ δὲ δύσποτμα, in utramque partem, sive eloquar sive sileam, malorum meorum sensu premor. Aut, si mavis, quocunque me vertam, nil nisi infortunium est. SCHUTZ.

℣. 199. ΗΡΞΑΝΤΟ ΔΑΙΜΟΝΕΣ ΧΟΛΟΥ. Sic apud Homer. Il. O'. 122.

"Ενθα κέ τις μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος
Πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη. SCHUTZ.

℣. 200. ΣΤΑΣΙΣ Τ' ΕΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣΙΝ ΩΡΟΘΥΝΕΤΟ. Si physica in fabulis quæris, Gigantum pugna, Chaos, inordinatorum lucta στοιχείων, erit; si historica malis, virorum summis animi, corporis, adolescentiæque mundi viribus ferocientium superba impietas. JO. MULLER.

℣. 205. ΟΥΡΑΝΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΧΘΟΝΟΣ ΤΕΚΝΑ. Cœli et Terræ prolem faciunt Titanas Orpheus et Æschylus, et ex Æschylo Attius, apud M. Tullium, Tusc. II. 10. Tartari vero et Terræ Hyginus et Claudianus in Gigantomachia. MERULA in Ennium, p. 51. quem vide.

℣. 206. ΑΙΜΥΛΑΣ ΔΕ ΜΗΧΑΝΑΣ. Nota μηχανὴ in bonam partem. MORELL. Nescio an in bonam partem, idem hic significat μηχανὴ, quod alibi μῆχος, rationem, consilium. Steph. et Pott. in Lycoph. ℣. 1124, etiam hic dolosas et fraudulentas artes intelligunt. S. BUTLER.

℣. 207. ΑΤΙΜΑΣΑΝΤΕΣ. 'Ατιμάζειν, quod proprie est dedecorare, interdum significat rejicere, rejici enim dedecus est maximum: unde idem auctor postea dixit, ℣. 782. μηδ' ἀτιμάσῃς λόγον. POTTER. in Lycoph. ℣. 1124.

℣. 209. ΕΜΟΙ ΔΕ ΜΗΤΗΡ ΟΥΚ ΑΠΑΞ ΜΟΝΟΝ ΘΕΜΙΣ, ΚΑΙ ΓΑΙΑ. Junge, 'Εμοὶ δὲ μήτηρ Θέμις (ἡ) καὶ Γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, οὐχ ἅπαξ μόνον (ἀλλὰ πολλάκις) προὔτ. κ. τ. λ. Secundum alios, quorum est Lycophron, ℣. 1283. Asia Promethei mater, forte ut ait Potterus, quod patria ejus fuerit. Secundum alios Clymene. Ipse Æschylus, qui Atlanta κασίγνητον Promethei vocat, in hanc sententiam delabi videtur; nam Atlanta Clymenes esse filium uno ore omnes tradunt. Hesiod. Theog. ℣. 507. et seqq.

Scholiast. noster A'. ad ỷ. 347. Theon in Arat. ỷ. 254. unde argumento nostro major etiam fides oritur. Cf. Notas Varr. Critt. S. BUTLER. Justitia Terræ forsan, propter pondus æqua lance libratum assimilabatur. Jo. MULLER.

ỷ. 210. ΚΑΙ ΓΑΙΑ ΠΟΛΛΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΜΟΡΦΗ ΜΙΑ. Videtur Æschylus obiter taxare multitudinem Deorum. Is. CASAUB. Πολυωνυμίαν maxime Diis gratam esse, sententia veterum, notissimum est. Hinc etiam Noster infra, Agam. ỷ. 168.

Ζεὺς, ὅςις ποτ' ἐςὶν, εἰ τόδ' αὐ-
τῷ φίλον κεκλημένῳ,
Τῦτό νιν προσεννέπω.

Hanc sententiam salse vellicat Aristoph. Plut. ỷ. 111.

Ὡς ἀγαθὸν ἐςιν ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν.

Vide sis plura apud Spanheim, in Callim. Hymn. in Dianam, ỷ. 7. et qui multa congessit ad hunc Æschyli locum, Bernard. Martinum, Var. Lect. III. 13. S. BUTLER.

ỷ. 215. ΟΥΚ ΗΞΙΩΣΑΝ ΟΥΔΕ ΠΡΟΣΒΛΕΨΑΙ ΤΟ ΠΑΝ. Προσβλέπειν mihi potius ad consilia quam ad Promethei personam pertinere videtur. SCHUTZ.

ỷ. 216. ΤΩΝ ΠΑΡΕΣΤΩΤΩΝ ΤΟΤΕ. Stanleius vertit, *in præsenti rerum statu,* quod verborum structura non patitur. Prometheus postquam Titanas recta consilia spernere vidit, aliud ex alio cogitare cœpit; ex omnibusque, quæ ei in mentem venerant, postremo nihil melius et consultius ei videbatur, quam ad Jovis partes transire. Hanc interpretationem etiam doctissimo Matthæi placere vidi, qui eam in margine variantium lectionum e codd. Mosqq. excerptarum notaverat. SCHUTZ. Supple βουλευμάτων. S. BUTLER.

ỷ. 218. ΕΚΟΝΘ' ΕΚΟΝΤΙ. Sic supra, ỷ. 192. Σπεύδων σπεύδοντι· et ỷ. 19. Ἄκοντα σ' ἄκων· et sæpe, in hoc enim polyptoti genere multus est Æschylus. S. BUTLER.

ỷ. 221. ΤΟΙΑΔ' ΕΞ ΕΜΟΥ. Inter iræ causas recenset Aristoteles, quod collocati beneficii fructus non referatur. Rhet. II. 2. Ἔτι (ἀγανακτῦσι) ὑφ' ὧν τις οἴεται εὖ πάσχειν δεῖν. GIAC.

ỷ. 222. ΩΦΕΛΗΜΕΝΟΣ. Lys. Orat. pro Polystr. p. 370. Λέγεται γὰρ, τὺς κακῶς πεπονθότας μεμνῆσθαι μᾶλλον ἢ τὺς εὖ. GIAC.

ỷ. 223. ΚΑΚΑΙΣΙ ΠΟΙΝΑΣ. *Malam hanc mercedem mihi retribuit.* Sic enim interpretari malo, τὰς ποινὰς, quam cum Stanleio *pœnas* vertere. Punitum enim se a Jove Prometheus non concedebat, sed vexatum, injuria affectum. Mercedis vim interdum vocabulo ποινὴ tribui e Pindaro constat, qui Nem. I. 107. ἡσυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν appellat. SCHUTZ. Animum, ut videtur, non advertit vir doctissimus ad ea quæ ỷ. 112.

Τοιάσδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω. S. BUTLER.

ỷ. 224. ΕΝΕΣΤΙ ΓΑΡ ΠΩΣ. Hujus rei rationem reddit Polybius, II. Τὺς βασιλεῖς εἰδὼς φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτε ἐχθρὸν ὄντε φίλον· ταῖς δὲ τῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετρῦντας τὰς ἔχθρας καὶ φιλίας. Et ante Polybium Aristoteles, Polit. III. 7. Ἡ μὲν γὰρ τυραννίς ἐςι

μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος. Aliam affert rationem, V. 11. Τυραννικὸν δὲ τὸ μάλιστ' ἀπιστεῖν τοῖς φίλοις, ὡς βουλομένων μὲν πάντων, δυναμένων δὲ μάλιστα τούτων, αὐτὸν καθελεῖν. GIAC. Isocrates in Encomio Helenæ, id tyrannorum, quos pestes et νοσήματα πόλεων appellat, maximum et gravissimum νόσημα esse ait, quod ἀπιστοῦντες τοῖς οἰκειοτάτοις, non magis securos se et tutos arbitrantur, quam ii, quibus mors semper imminet: quippe tanta est eorum diffidentia, ut non minus a doryphoris et satellitibus suis sibi timeant, quam ab insidiatoribus ipsis. Μηδὲν ἧττον φοβούμενοι τοὺς φυλαττόντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Quod de se ingenue fatetur Phalaris quodam ad Pausolam filium protrepticeo, quo eum ne paternis vestigiis insistat, neve tyrannice se gerat, diligenter hortatur. Ὁ [illegible] [illegible] τυραννευθῆναι μᾶλλον εὔξαιτ' ἂν ἢ τυραννεῦσαι. Ὁ μὲν γὰρ ἕνα φοβεῖται, τῶν ἄλλων χαλεπῶν ἀπηλλαγμένος, τὸν τύραννον· ὁ τύραννος δὲ τοὺς ἔξωθεν ἐπιβουλεύοντας, καὶ δι' ὧν σώζεται. Denique, ut ait ille, necesse est multos timeat quem multi timent. BERN. MARTINUS, Var. Lect. II. 22. Ex his verbis causæ, quas irarum in Prometheum Jupiter habuerit, plenius intelliguntur. Quærat enim fortasse quispiam, cur Jupiter beneficia generi humano tributa tam graviter in Prometheo ulciscatur. Hic itaque perspicue significatur Jovem diffidentia potissimum adductum fuisse, ut Prometheum, quem, postquam sibi mortales tot beneficiis devinxisset, ad seditionem concitandam pronum et potentem fore suspicaretur, tempestive opprimeret et vinculis coerceret. SCHUTZ. In ethicis sententiis ubique Æschylum nosces, hominem nempe, Atheniensem, liberæ reipublicæ civem, fortem, prudentem. Jo. MULLER.

℣. 226. ΑΙΤΙΑΝ ΚΑΘ' ΗΝΤΙΝΑ. Κατὰ pro διά. S. BUTLER.

℣. 229. ΕΥΘΥΣ ΔΑΙΜΟΣΙΝ ΝΕΜΕΙ ΓΕΡΑ. Ἦθος noviorum gubernatorum pulchre exprimit. De ista autem distributione est etiam apud Platonem in Protagora. Per δαίμονας possunt intelligi magnates purpurati; per homines plebs subditorum, qui fere non probantur novis gubernationibus. GARB. Homerus narrat Il. O'. 175. Jovem, Neptunum, et Plutonem sorte inter se divisisse imperium; atque ita Jovi cœlum, quod aere et nubibus continetur, Neptuno mare, Plutoni orcum obtigisse; terram autem et Olympum omnium communem fuisse. Hesiodus autem fabulatur, postquam Dii bellum cum Titanibus confecissent, eos Terræ consilio Jovi imperium detulisse, qui deinde singulis munera distribuerit. Theog. ℣. 71. et 885. SCHUTZ.

℣. 232. ΑΪΣΤΩΣΑΣ ΓΕΝΟΣ ΤΟ ΠΑΝ. Gen. vi. 7. Neminem Christianum hæc et quamplurima alia in hac fabula legentem, latere potest analogia, qua sancti olim patres Promethei Vincula ad Passionem Domini nostri referebant. Meum est autem, hic modo poetæ scientiam ac sapientiam, quaqua adquisitam, tacite admirari. MORELL. Cur humano generi Jupiter adeo infensus fuerit, causam nullam Prometheus affert: idque consilio sic instituisse videtur Æschylus, ut iterum constaret Jovem omnia

ad arbitrium suum exigere, nec aliam juris legumque causam, nisi voluntatem ac lubitum suum agnoscere. In quo quanto violentiorem tyrannum Jovem esse spectatoribus ostendebat, tanto propius eorum animos Promethei fortuna tangi volebat, unici nimirum salutis hominum auctoris et præsidii. Ceterum hic iterum Æschylus ab Hesiodo discedit, qui Jovem hominibus propter fraudem Promethei in carnium distributione sibi illatam iratum fuisse, iisque perditis, illum ulcisci voluisse scribit. De hoc Jovis consilio genus humanum delendi varie apud alios contexitur fabula. Quæ de pluribus hominum generibus, aureo, argenteo, &c. Hesiodus narrat, ea ab Æschyli figmento plane aliena sunt. Propius vero accedit Apollodori narratio, I. 7. qui, cum Jupiter æneum hominum genus diluvio perdere vellet, Deucalionem Promethei consilio arcam illam seu navem confecisse scribit, qua se cum Pyrrha servaret. SCHUTZ.

℣. 235. ΕΓΩ ΔΕ ΤΟΛΜΗΣ. Vid. V. L. sed utrum legas τολμῆς, ὁ τολμῆς, vel ἐτόλμησ', haud inutile erit vim verbi τολμᾶν illustrare, quod de magno facinore non sine labore et audacia perpetrando usurpatur. Lucian. Necyom. c. 14. Μεμίμηλο πᾶσι τῶν τετολμημένων. Sic Virgil. Æn. VI. 624.

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Sic et aliquando *sustineo*. S. BUTLER.

℣. 239. ΘΝΗΤΟΥΣ Δ' ΕΝ ΟΙΚΤΩι ΠΡΟΘΕΜΕΝΟΣ. Προθέμενος i. q. θέμενος valere affirmat Schutzius, malim vel cum Pauwio subintelligi ἐμαυτοῦ, ut sit sensus, suscepto mortalium patrocinio, quos meæ ipsius felicitati miserabundus præposui, vel, quod forte simplicius, propositis ad miserandum mortalibus. Verbum προτίθεσθαι in deliberationibus peculiarem vim habere notum est. Demosth. Philipp. I. init. Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τίνος πράγματος προὐτίθετο λέγειν. Thucyd. III. 37. Θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν. S. BUTLER.

℣. 242. ΣΙΔΗΡΟΦΡΩΝ ΤΕ Κ'ΑΚ ΠΕΤΡΑΣ ΕΙΡΓΑΣΜΕΝΟΣ. Dixerat supra Chorus, ℣. 159.

Τίς ὧδε τλησικάρδιος
Θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ;
Τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς
Τεοῖσι, δίχα γε Διός;

et hæc nimis fere gemella. PAUW. Eurip. Med. ℣. 1279.

Τάλαιν' ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος, ἢ σί-
δαρος, ἅτις τέκνων, ὧν ἔτεκες,
Ἄροτον αὐτοχειρὶ μοίρᾳ κτενεῖς; GIAC.

Ibid. Κ'ΑΚ ΠΕΤΡΑΣ. Sic Theophr. Τὰς τριήρεις ἐκ Κέδρου ποιοῦσι. Vid. Bos. Ellips. p. 336. MORELL. Vide quam diligenter etiam in singulis verbis curet poeta, ut a tenuioribus ad altiora et sublimiora ascendat. Supra enim eundem sensum Chorus levioribus verbis extulerat, ℣. 159. et seqq. hic autem magis incensus graviore dicendi genere utitur. Σιδηρόφρων, *ferreo animo*

natus, κἀκ πέτρας εἰργασμένος, *et ex saxo genitus.* Nobilis hyperbole jam apud Homerum obvia. Il. Π'. 33.

——γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
Πέτραι δ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Sæpius deinde ab aliis poetis repetita et variata. Cf. elegantissimi Heynii not. ad Virg. Æn. IV. 365. Schutz.

℣. 245. ΕΧΡΗΖΟΝ. Ὤφελον. Eurip. Hec. ℣. 395.

——θάνατος οὐ προσοιστέος
Ἄλλος πρὸς ἄλλῳ, μηδὲ τόνδ' ὠφείλομεν. Is. Casaub.

℣. 247. ΜΗ ΠΟΥ ΤΙ ΠΡΟΥΒΗΣ ΤΩΝΔΕ ΚΑΙ ΠΕΡΑΙΤΕΡΩ. Caute ac moderate loquitur Chorus: non dicit ἥμαρτες, sed περαιτέρω προὔβης, ne animum Promethei offendat, eumque a pertexenda narratione absterreat. Schutz.

℣. 248. ΘΝΗΤΟΥΣ Τ' ΕΠΑΥΣΑ ΜΗ ΠΡΟΔΕΡΚΕΣΘΑΙ ΜΟΡΟΝ. Soph. Antig. ℣. 365.

Παντοπόρος ἄπορος
Ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται
Τὸ μέλλον. Giac.

Ne haberent homines mortem præ oculis, nec scire possint ubi, quando, et quomodo, eam essent consecuturi, atque ita viverent tranquillius, et alacrius quosvis labores capesserent. Garb. Novum hujus loci sensum fundit interpretatio Gallica, *Par moi les hommes ne désirent plus la mort;* quasi προσδέχεσθαι esset *avide exspectare.* Speciem habet ista interpretatio ex versu seq. Sensum tamen satis commodum dedit Garbitius. S. Butler.

℣. 249. ΕΥΡΩΝ. Participia, ut hic εὑρὼν, in responsionibus posita, pulchre inserviunt vinciendis dialogi nodis. Νόσον appellat curiositatem futura prævidendi. Schutz.

℣. 250. ΤΥΦΛΑΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΛΠΙΔΑΣ ΚΑΤΩΚΙΣΑ. Unde Thucydides. Κινδύνῳ παραμυθία ἡ ἐλπὶς. Plato vocat ἀγαθὴν γηροτρόφον. Et Ovid. *Vivere spe vidi, qui moriturus erat.*

Quo respiciens Hesiodus, Ἔργ. καὶ Ἡμ. ℣. 96. finxit eam solam adhærere in labiis pyxidis Pandoræ. Eurip. Phœniss. ℣. 409.

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας.

Noster Agam. ℣. 1677.

Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.

Soph. apud Stob. p. 463.

Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.

Ideo Plato pulcherrime vocat ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους καὶ ἐνύπνια. Nam ut Ovidius dicit,

Fallitur augurio mens bona sæpe suo:

quanto magis hoc evenit in spe non ita bona et probabili, qualis est fere majoris hominum partis, ut pravæ, inconsideratæ, et stultæ? Garb. An, quibus mortales esse obliviscimur, rerum gerendarum utendarumque vani in longum prospectus? An mavis cultiores de immortalitate obscuram expectationem cepisse? Nam spes, quam fraudem, laborioso generi in

beneficium contulisse videri mallet. Jo. Muller. Posteriorem interpretationem utpote elegantissime et exquisitissime excogitatam, amplectimur, præsertim cum mythologia apprime conveniat; de qua vide Dram. Pers. S. Butler.

℣. 251. ΜΕΤ' ΩΦΕΛΗΜΑ. Soph. Antig. ℣. 625.

Ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτας ἐλπὶς
Πολλοῖς μὲν ὄνησις ἀνδρῶν
Πολλοῖς δ' ἀπάτα
Κουφονόων ἐρώτων.
Εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει
Πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ. Giac.

℣. 253. ΦΛΟΓΩΠΟΝ ΠΥΡ. Φλογωπὸν Chorus vocat ad differentiam ignis ætherei et στοιχειακοῦ, a quo hunc Prometheus deduxit in usum hominum. Vel vocat φλογωπὸν quia ignem latentem in silice aut quercubus fulmine ictis, ipse docuerat homines excutere, inflammare et usurpare ad omnem usum artium et rerum aliarum. Garb. Epitheton φλογωπὸν ornatus causa additum. Qui argutiis delectatur is aut cum Scholiaste eo adjectivo ignem διακονικὸν ab elementari distingui, aut artem e parva scintilla *flammam* ignis excitandi designari dicat. Hesiodus Jovem vehementer iratum esse tradit, cum ignem inter homines elucere vidisset. Theogon. ℣. 569. Schutz.

℣. 254. ΑΦ' ΟΥ ΓΕ. Particula γε quæstionis a Choro propositæ affirmationem involuit: q. d. *possident;* et ab hoc quidem multas artes discent. Schutz.

℣. 255. ΑΙΤΙΑΜΑΣΙΝ. Αἰτίαμα usurpat Chorus pro culpa et delicto et causa, quæ prætendatur: et utitur mollibus verbis, nequid vel contra Jovem durius, vel ad irritandum Prometheum vehementius loquatur, et ideo etiam hanc pœnam vocat ἆθλον. Garb.

℣. 263. ΕΛΑΦΡΟΝ ΟΣΤΙΣ ΠΗΜΑΤΩΝ. Hunc locum citans Muretus, Var. Lect. I. 9. hujus etiam versus meminit:

Ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾷστα πᾶς τις νουθετεῖ·

qui decantato Terentiano est simillimus. S. Butler.

℣. 266. ΟΥΚ ΑΡΝΗΣΟΜΑΙ. Quod breviter atque aspere Prometheus, eleganti periphrasi Sophocles Electr. ℣. 529.

——τῶνδ' ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι. Giac.

Hic mihi velim aliquis attendat, quam generoso spiritu culpam non solum confiteatur, sed etiam augeat. Nimirum Chorus tantum deliquisse eum monuerat; consultone id fecerit an imprudenter in dubio relinquebat: Prometheus vero non se deliquisse solum fatetur, sed addit insuper ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον. Scilicet quia, quod illæ vitio sibi vertebant, id summam virtutem esse sibi conscius erat. Schutz.

℣. 267. ΕΥΡΟΜΗΝ. Quod Latini dicunt *nancisci, adipisci, consequi*, id apud Græcos denotat verbum non jam activum εὑρεῖν, sed medium εὕρεσθαι. Dawes. Misc. Crit. p. 258.

ỷ. 269. ΠΕΔΑΡΣΙΟΙΣ. Infra, ỷ. 709. 915. Æolica forma pro μεταρσίοις. Vid. Valck. ad Eurip. Phœniss. ỷ. 1034. T. Morell.

ỷ. 271. ΚΑΙ ΜΟΙ ΤΑ ΝΥΝ. Καὶ h. l. transitum ad alia significat. Schutz.

ỷ. 272. ΠΕΔΟΙ ΔΕ ΒΑΣΑΙ. Hæc locutio inepta fuisset si Nymphæ alis advolassent. Perspicue significatur eas curru per aerem advectas, adhuc in eo consedisse, et sublimes pependisse. Sic Agamemnoni Clytemnestra a Troja redeunti, Agam. ỷ. 915. Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε. Schutz.

Ibid. ΤΑΣ ΠΡΟΣΕΡΠΟΥΣΑΣ ΤΥΧΑΣ. Solent poetæ præcipue vero Tragici verbis uti quæ speciem aliquam peculiarem actionis significant pro actione simplici. Ita Soph. Ajac. ỷ. 282. προσέπτατο, *advolavit*, pro simplici *advenit*; nec aliud hic προσέρπειν, ut et supra ỷ. 127. quam *adventare*. Aristoph. Eq. ỷ. 1500. τουτὶ τί ἂν τὸ προσέρπον q. e. *hoc quod huc accedit*: et ỷ. 1522. Καὐτὸς γὰρ ὁ Ποντομέδων ἄναξ πατὴρ προσέρπει.

Ipse etiam maris dominator pater huc adventat.

Euripidis illud Phœniss. ỷ. 41.

Ὁ δ' εἷρπ' ἄναυδος, μέγα φρονῶν·

male convertit Barnesius, *Ille serpebat humi sine voce*; dicendum erat, *Ille vero pergebat tacitus, magnos spiritus gerens.* Soph. Electr. ỷ. 906. Τύμβου προσεῖρπον ἄσσον, *Accessi ad tumulum propius.* Giac. Huc referatur προσέπτατο infra, ỷ. 645. S. Butler.

ỷ. 275. ΤΑΥΤΑ ΤΟΙ ΠΛΑΝΩΜΕΝΗ. Similis est sententia in Suppl. ỷ. 332.

——αἰόλ' ἀνθρώπων κακά.

Πόνου δ' ἴδοις ἂν οὐδαμοῦ ταὐτὸν πτερόν.

Similior illa apud Pindarum, Olymp. II. 62.

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι

Εὐθυμιᾶν τε μετὰ καὶ

Πόνων εἰς ἄνδρας ἔβαν.

Cæterum ob eandem inconstantiam et mutabilitatem Mars noto nomine dicitur ἀλλοπρόσαλλος: nec absimilis est imago Cupidinis apud Moschum, Idyl. I. 16.

Καὶ πτέροεις, ὡς ὄρνις, ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλως. Schutz.

ỷ. 280. ΠΟΡΟΝ ΟΙΩΝΩΝ. Vel universe dictum est, sæpe enim aer ita describitur, ut regnum aut via avium appelletur: vel cum quodam respectu ad aves currui junctas, si modo eas habuerint, nec tantum curru alato usæ fuerint: quemadmodum Oceanus de ave, qua vectus erat, ỷ. 394. dicit:

Λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς.

Nobis tamen verius ac simplicius videtur universe pronuntiatum interpretari. Schutz.

ỷ. 283. ΑΚΟΥΣΑΙ. Recte hic annotat doctissimus interpres Gallus, Elles descendent de leur char ailé. Et mox etiam, L'Océan monté sur un animal ailé. S. Butler.

II.

Oceanus quoque ad visendum Prometheum venit, equo alato, seu alite quadrupede, quem Gryphem interpretantur, vectus. Is flebilem propinqui casum deplorat, eumque a pertinacia abducere et ut animi ferociam compescat, seque præpotenti Jovis numini submittat persuadere cupit. Immo se ipsum fortunarum ejus deprecatorem apud Jovem futurum profitetur. Ille vero tantum abest ut amici voluntatibus obtemperet, ut potius iter ad Jovem, cui se Oceanus obtulerat ultro ei dissuadeat, seque deorum regis iram, donec ipse eam remiserit, constanter perlaturum denuntiet. Itaque Oceanus obstinatum eum videns infecta re discedit. Chorus deinde tristem Promethei statum lamentari pergit. SCHUTZ.

ỷ. 284, ΗΚΩ ΔΟΛΙΧΗΣ. Quæri potest ubinam locorum Æschylus antrum seu domum Oceani posuerit. Nam etsi Oceanus, mare, totam tellurem ambire credebatur, tamen Oceanus deus alicubi domicilium habebat. Δώματος Ὠκεανοῦ meminit Homerus, idque eum post Æthiopas in Oceano meridionali, aut saltem versus occasum hibernum posuisse verisimile est. Id vero etiam Æschylum tenuisse levi quidem conjectura, sed tamen haud prorsus contemnenda ducor ad suspicandum. Ubi Atlantis et Typhonis mentionem facit Oceanus, ita loquitur ut commode eum ea loca, ubi illi versabantur, in hoc ipso itinere prætervectum esse credibile sit. Cf. ỷ. 347. 352. 363—365. Itaque si fingamus Oceanum e sinu Hesperio ad promontorium quod Ἑσπέρου κέρας vocabatur, recto itinere ad Pontum Euxinum contendisse, ad sinistram Atlantem in Mauritania ex aere despicere poterat; deinde vero etiam Siciliam supervolans, Ætnam, cui Typhon subjacebat. Et quoniam Oceanitides in eodem antro cum patre Oceano habitabant, ỷ. 30. Æschylus forte, cum Nymphas se in antro suo sonum ferramentorum quibus Prometheus affigebatur, exaudiisse dicentes fingit, pro rudi quæ tum erat Geographiæ notitia, imaginatus est, antrum Oceani et Nympharum sic versus occasum hibernum subjacere monti Scythico, ad quem Prometheum religatum esse perhibet, ut linea recta ex isto monte per mediam tellurem, sed versus occasum hibernum ducta, ipsum Oceani et Nympharum antrum penetraret. Sed hic ipsi suo lectores utantur judicio; nihil enim impedio. Fieri enim potest, ut Æschylus ipse, unde venerit Oceanus, et ubi ejus domicilium sit, aut ignoraverit, aut certe definire noluerit. SCHUTZ.

ỷ. 285. ΔΙΑΜΕΙΨΑΜΕΝΟΣ. Singularis est hujus verbi significatio. Observandum est tamen verbum, quod propriam habet significationem, sæpe in duabus diversis significationibus accipi, si actio, quæ prima significatione exprimitur, cum duabus diversis actionibus conjungi potest: e. g. ἀμείβειν, *cambiare, alternare,* in colloquiis locum habet; unde ἀμείβεσθαι

significat respondere, ut apud Eurip. Suppl. ✝. 517.

Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ' ἀμείψομαι·

et apud Homerum sæpissime: quæ tamen significatio verbi lexicographis est prætermissa. *Cambiare* aut *alternare* etiam actionem pedum exprimit in ambulando, itaque ἀμείβειν quanquam rarius, aliquando tamen pro *incedere* accipitur. Ut apud Apoll. Rhod. Argon. I. 125.

Νεῖον ἀπ' Ἀρκαδίης Λυγκήϊον Ἄργος ἀμείψας
Τὴν ὁδὸν·——

et hic apud nostrum, et Choeph. ✝. 1019.

——Οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
Διὰ πάντ' ἄτιμος ἀμείψεται. Giac.

Addi possit Homer. Il. Λ'. 546.

——ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων·

qui locus supra annotata præclare illustrat. S. Butler.

✝. 286. ΤΟΝ ΠΤΕΡΥΓΩΚΗ ΤΟΝΔ' ΟΙΩΝΟΝ. Mythici monstri, gryphi, mentio et apud Hesiodum est. Id nescio qua primævorum idea fictum; simile huic alatum quadrupes rationale, celeberrimum viget in poesi populorum Orientalium, Persis *Simung* dictum. Allegoriam puta, qualem Sphinges et Cherubim habuerunt. Jo. Muller.

✝. 287. ΓΝΩΜΗι ΣΤΟΜΙΩΝ ΑΤΕΡ. Optime interpres Gallus, *Que ma volonté conduite sans le secours du frein*. S. Butler.

✝. 289. ΞΥΓΓΕΝΕΣ ΟΥΤΩΣ ΕΞΑΝΑΓΚΑΖΕΙ. Sic ✝. 39.

Τὸ συγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία. S. Butler.

✝. 291. ΜΕΙΖΟΝΑ ΜΟΙΡΑΝ ΝΕΙΜΑΙΜ'. Ita Soph. Trach. ✝. 165.

——εἶπε δ' ἣν τέκνοις
Μοῖραν πατρῴας γῆς διαιρετὸν νέμοι. S. Butler.

✝. 293. ΧΑΡΙΤΟΓΛΩΣΣΕΙΝ. Elegans verbum est in Oceani sermone χαριτογλωσσεῖν, de quo disceptant grammatici: est vero ubi verba sine mente dantur, quod verba dare simpliciter dicunt Latini, hoc est, blandiendo decipere. Barthius. Advers. VII. 11.

✝. 298. ΕΑ ΤΙ ΧΡΗΜΑ. Sic D. Marc. i. 24. Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί. Is. Casaub. Formula est rem inexpectatam admirantis, cujus exempla multa occurrunt: v. c. Eurip. Orest. ✝. 1611. Andr. ✝. 896. Schutz.

✝. 299. ΠΩΣ ΕΤΟΛΜΗΣΑΣ. *Sustinuisti*. Vide quæ nos supra ad ✝. 235. S. Butler.

✝. 302. ΘΕΩΡΗΣΩΝ ΤΥΧΑΣ. Supra, ✝. 118.

Πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων; S. Butler.

✝. 304. ΘΕΑΜΑ. Pœnam suam θέαμα vocat ad notandum Jovem, cui tales amicorum afflictiones sunt spectaculo. Garb.

✝. 308. ΠΟΙΚΙΛΩι. Ποικίλος et ποικιλόφρων subinde ab [illegible] vocatur prudens et sapiens, qui quodque negotium varie et in omnes partes eventus expendit, et pro eo recte aggrediendo et feliciter expediendo varia consilia in promptu habet, ut uno non procedente aliud arripiat. Garb. Ποικίλως, Latine [illegible], notante Oleario. Philostr. de Sophist. 1. Proem. ἐν εἴδει ἀπαγγέλλοντι

καὶ ποικίλως et Apoll. Tyan. IV. 20. πρὸς ἀνδράποδον ποικίλον πανοῦργόν τι καὶ ἀναιδές. S. BUTLER.

ỿ. 309. ΓΙΝΩΣΚΕ ΣΑΥΤΟΝ. Perpende vires tuas quæ potentiæ Jovis nequeunt resistere. Apud Xenoph. Cyrop. VII. 13. Crœsus a Cyro devictus, suorumque infortuniorum causas inquirens, oraculum quod multo ante acceperat,

Σαυτὸν γινώσκων, εὐδαίμων, Κροῖσε, περάσεις,

sic interpretatur, ut ad suarum virium cognitionem referat: Ἐπεὶ γὰρ ἔγνων ἐμαυτὸν μὴ ἱκανὸν ὑμῖν μάχεσθαι, ἀσφαλῶς σὺν τῷ θεῷ ἀπῆλθον· et sic paulo post, Ἀγνοῶν ἄρα ἐμαυτὸν, ὅτι σοὶ ἀντιπολεμεῖν ἱκανὸς ᾤμην εἶναι. GIAC.

ỿ. 311. ΤΕΘΗΓΜΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ. Sic etiam Soph. Ajac. ỿ. 585.

Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη. S. BUTLER.

ỿ. 312. ΚΑΙ ΜΑΚΡΑΝ ΑΝΩΤΕΡΩ ΘΑΚΩΝ ΚΛΥΟΙ ΖΕΥΣ. Eandem habet infra sententiam Eumen. ỿ. 297.

——κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεός·

et ỿ. 400: Πρόσωθεν ἐξήκουσα κληδόνος βοήν. S. BUTLER.

ỿ. 314. ΠΑΙΔΙΑΝ. *Child's play.* Græcorum proverbium est, cum duorum alterum alteri longe anteponunt, παιδία φαίνοιτο ἂν εἶναι, vel λῆρος· ut docet Casaub. Animadv. ad Athenæum, p. 70. JAC. TATE.

ỿ. 315. ΑΣ ΕΧΕΙΣ ΟΡΓΑΣ ΑΦΕΣ. Eadem fere Jobo dicuntur: vanum, ex meritis litigare; non esse nisi reverentem, quæ flectere possit, subjectionem. JO. MULLER.

ỿ. 319. ΤΑΠΙΧΕΙΡΑ. Consilia et conatus et quæcunque in manus suscipiuntur; tum vero eorum eventus et præmia atque mercedes ita vocantur. Eodem modo et Sophocles ἐπίχειρα dixit pro τιμωρίαν. Antig. ỿ. 832.

Οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ'·

h. e. *mercedem, supplicium*: quin et apud Lucian. ἐπίχειρα τῆς ῥαθυμίας legimus. S. BUTLER. Τὰ ἐπίχειρα proprie ut Hesychius explicat τὰ ὑπὲρ τὸν μισθὸν διδόμενα τοῖς χειροτέχναις, lucrum igitur ironice damnum vocat. SCHUTZ.

ỿ. 321. ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΠΑΡΟΥΣΙ Δ' ΑΛΛΑ. Soph. Electr. ỿ. 216.

Οὐ γνώμαν ἴσχεις ἐξ οἵων
Τὰ παρόντ' οἰκείας εἰς ἄτας
Ἐμπίπτεις. GIAC.

ỿ. 323. ΠΡΟΣ ΚΕΝΤΡΑ ΚΩΛΟΝ ΕΚΤΕΝΕΙΣ. Non est prætermittendus gemellus Pindari locus. Pyth. II. 173.

——ποτὶ κέντρον δέ τοι
Λακτιζέμεν, τελέθει
Ὀλισθηρὸς οἶμος·

et noster eadem metaphora usus est, ỿ. 652 hujus tragœdiæ, et in Agam. ỿ. 1633. S. BUTLER. Act. Apost. ix. 5. πρὸς κέντρα λακτίζειν. Diceres, Æschylum ex cœlis citari. JO. MULLER.

ỿ. 324. ΟΥΔ' ΥΠΕΥΘΥΝΟΣ. His verbis utitur Prometheus, ut Jovis tyrannidem designet, quibus item usus est Aristoteles in tyrannide definienda. Politic. IV. 10. Ἥτις ἀνυπεύθυνος ἄρχει τῶν

ἀμείνονι καὶ βελτίονι πάντων. *Senza dar conto a chi che sia.* GIAC. Joseph. adv. Apion. II. p. 1077. de Jove, Οὕτως μὲν πατέρα, τῷ λόγῳ, τύραννον δὲ ἔργοις καὶ δεσπότην ἐφιστάντες. SPANHEIM, ad Aristoph. Plut. ỳ. 124.

ỳ. 327. ΜΗΔ' ΑΓΑΝ ΛΑΒΡΟΣΤΟΜΕΙ. Pind. Olymp. I. 84.

— ἀπείρονα λέλογχε

Θαμίνα κακαγόρους. GIAC.

ỳ. 329. ΓΛΩΣΣΗ ΜΑΤΑΙΑ ΖΗΜΙΑ ΠΡΟΣΤΡΙΒΕΤΑΙ. Eurip. in Ægeo, Frag. ỳ. 3.

Εἰ μὴ καθέξεις γλῶσσαν, ἔσι σοι κακά. GIAC.

Præclara sententia, et imprimis junioribus diligenter observanda, qui per imperitiam sunt fere incogitantiores in linguæ usu. GARB. Γλῶσσα ματαία lingua proterva. Sic ματαίων Suppl. ỳ. 206. SCHUTZ.

ỳ. 330. ΖΗΛΩ Σ'. Μακαρίζω σε, *Miror te.* Beatum te prædico, ideoque invidendum, qui tam grato errore frueris: ea enim est vis verbi si paulo fusius explices. Sic Eurip. Med. ỳ. 60. Pædagogo ignoranti Medeæ infortunia respondet nutrix:

Ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέ πω μεσοῖ. S. BUTLER.

ỳ. 331. ΠΑΝΤΩΝ ΜΕΤΑΣΧΩΝ. In omnibus, quæ egerat Prometheus, adjutorem sibi habuerat Oceanum. Quare hic miratur quod eum non punierit Jupiter, ut nunc puniebatur ipse. Nescio an alii Mythologi idem dicant. Interpretes Græci pessime explicant de τῷ συναλγεῖν τῷ Προμηθεῖ, quod hic post pœnam inflictam facit Oceanus: id verba et verborum connexio demonstrant aperte. PAUW. Nimirum ante τὸ μετασχὼν subintelligendum est καίπερ, sin minus, μετασχόντα καὶ τετολμηκότα dicendum erat. In τετολμηκὼς præpositionem σὺν aut μετὰ repetendam esse ex participio μετασχὼν monet Schutz.; sed plerumque μετὰ significat *in* vel *inter*, ubi dativo jungitur; malim itaque subaudire σύν. S. BUTLER. Cf. Soph. Antig. ỳ. 544. Καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας· ubi genitivus pendet a ξυμμετίσχω, ut hic a μετίσχω dativus. JAC. TATE. Ideo Oceanus forsitan coadjutor Promethei dicitur fuisse, quia ignis et aquæ est fere par utilitas. GARB. Dicit sedes hominum, Terras, ab Oceano formatas, traditionum et recentiorum qui de historia naturali scripserunt miro consensu. JO. MULLER.

ỳ. 332. ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΑΣΟΝ. Leviter figere Oceanum videtur quod non prius se adversus Jovem defenderit. SCHUTZ.

ỳ. 335. ΦΡΕΝΟΥΝ· i. e. instruere et informare mentem consiliis, et rationibus, atque efficere sapientes, eosque flectere et permovere. GARB. Hesych. φρενοῖ· φρονεῖν· διδάσκειν· νουθετεῖ. S. BUTLER.

ỳ. 338. ΤΗΝΔΕ ΔΩΡΕΑΝ. Infra, ỳ. 617.

Οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί.

Et D. Luc. Act. Apost. xi. 17. Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεός. GIAC. Δῶρον et δωρεὰν differre ex Suida colligimus. Sic enim ille, Δῶρα καὶ δωρεὰ διαφέρει. Δῶρα μὲν τὰ ἐπὶ δωροδοκίᾳ διδόμενα· δωρεὰ δὲ

ἐπὶ τιμῇ. Et mox, Δωρεὰ· δόσις ἀνταπόδοτος, ἔστι δὲ ἡ δόσις γένος τῆς δωρεᾶς. Bene igitur Oceanus Promethei solutionem δωρεὰν vocat; h. e. munus honoris causa sibi a Jove concessum. S. BUTLER.

℣. 342. ΜΑΤΗΝ ΓΑΡ ΟΥΔΕΝ ΩΦΕΛΩΝ ΕΜΟΙ ΠΟΝΗΣΕΙΣ. Non solum hic intelligit quod nihil sibi sit effecturus et profuturus isto suo conatu, sed etiam, ut maxime quid sit effecturus, id sibi non sit futurum beneficium gratum; quia ipse non cupiat isto modo liberari a Jove, nempe per intercessionem et qualemcunque deprecationem, sed potius per ultionem quandam et alias causas, ipsi Jovi omnino adversas. Ita retinet semper ἦθος αὐθαδὲς. GARB.

℣. 344. ΣΑΥΤΟΝ ΕΚΠΟΔΩΝ ΕΧΩΝ. Scholiastes B. Ἐκποδὼν μακρὰν ἐκείνου· quod probo, et appositissimum est. Hic nihil a Jove metuendum erat Oceano, non magis quam Oceanitidibus: imprimis, si consideres, quæ hactenus Oceanus dixerat, sobria et modesta. PAUW. Sensus est: *Sed tu, cum extra teli jactum sis, cum in tuto sis, quiesce.* SCHUTZ.

℣. 345. ΕΓΩ ΓΑΡ ΟΥΚ ΕΙ ΔΥΣΤΥΧΩ. Generosum hic animum prodit Prometheus, et quamvis acrem et propositi tenacem, eundem tamen humanum, benevolum et commodi aliorum studiosum. SCHUTZ.

℣. 348. ΑΤΛΑΝΤΟΣ. D. Aug. de Civ. Dei, XVIII, 8. Frater Promethei Atlas magnus fuisse dicitur astrologus, unde occasionem fabula invenit, ut eum cœlum portare confingeret: quamvis mons ejus nomine nuncupetur, cujus altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. GARB. Atlantis ideo potissimum hic meminerat Oceanus, ut ostenderet se iter ad Jovem non solius Promethei causa suscipere, adeoque ultimum argumentum, quo eum ille ab hoc itinere avocare cupiebat, everteret. Jam vero Typhonis mentionem injicit, ut novo exemplo Prometheum doceret, nullam vim adeo potentem, nullamque ferociam tam superbam esse, quæ a Jove vinci ac retundi non possit. Quapropter consilio ejus aptissimum est, quod primum vivis coloribus Typhoei minas et conatus adversus Jovem, deinde autem turpem ejus cladem, acerbissimasque pœnas depingit. Cum enim vehementer cupiat mitiorem Prometheo mentem inspirare, eique ut supplex Jovi se submittat, persuadere, nihil utique magis idoneum videri poterat quam Typhonis exemplum; cujus commemoratione ubi eum nihil commoveri intelligit, mox omnem, quam de salute ejus restituenda conceperat, spem deponit. SCHUTZ.

℣. 350. ΕΡΕΙΔΩΝ. Ἐρείδειν vel ἐρείδεσθαι apud Atticos dicitur, magno nisu, certatim, et cum quadam contentione aliquid facere, proprie *incumbere alicui rei*, per metaphoram sumptam a remigibus, qui cum strenue remigare volunt, remis incumbunt. Scholiastes Comici ad Pacem, ℣. 25. Ἐρείδειν φασὶν οἱ Ἀττικοὶ τῶν ἔργων συντόνως γινόμενον. Ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, καὶ ἐπερειδομένων ταῖς κώπαις. KUSTER, ad Aristoph. Nub. ℣. 1378.

ϯ. 351. ΚΙΛΙΚΙΩΝ ΟΙΚΗΤΟΡΑ ΑΝΤΡΩΝ. Arsiae Cilicum montes, res nota est. Crediderim indigitari Corycia antra Melae, I. 8. furentis flammae extinctos meatus. Stragem hanc Cilicum Aetnaeis ignibus vetustiorem secundum historicos facit. Jo. Muller.

ϯ. 352. ΔΑΙΩΝ. Glossae, τὸ ἀφανιστικώτατον, ἐκλειπτικόν, πολεμικόν. Hesych. Δάϊον, ἰσχυρόν. Quae expositio apprime hic convenit. Brunck.

ϯ. 354. ΤΥΦΩΝΑ ΘΟΥΡΟΝ. Pindari locus adeo similis est Aeschyleo, ut eum tragicus imitatus esse videatur. Pyth. I. 29.

Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ κεῖ-
ται, θεῶν πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος· τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώ-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μάν
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι,
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα· κίων
Δ' οὐρανία συνέχει,
Νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
Χιόνος ὀξείας τιθήνα·
Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
Δ' ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
Αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν, πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι· θαῦμα δὲ καὶ παρεόν-
των ἀκοῦσαι,
Οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς,
Καὶ πέδῳ· στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ', ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ. Schutz.

ϯ. 355. ΣΜΕΡΔΝΑΙΣΙ ΓΑΜΦΗΛΑΙΣΙ ΣΥΡΙΖΩΝ ΦΟΝΟΝ. Vide Notas Varr. Critt. Hesych. Σμερδνόν· δεινόν, καταπληκτικόν, πολεμικόν, σκυθρωπόν. Et mox Σμέρδος, λῦμα, ῥώμη, δύναμις, ἔρυμα. S. Butler.

ϯ. 356. ΗΣΤΡΑΠΤΕ ΓΟΡΓΩΠΟΝ ΣΕΛΑΣ. Nota verbum ἀστράπτειν active sumptum, aliter dicendum erat in versu sequenti ἐκπέρσοντος· nisi malis anacoluthon dicere, quod melius. S. Butler.

ϯ. 358. ΑΓΡΥΠΝΟΝ ΒΕΛΟΣ. Non tam quod excitet homines terrore, quam quod Deus habeat ὄμμα ἔνδικον, juxta id, Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμός. Garb.

ϯ. 359. ΚΑΤΑΙΒΑΤΗΣ ΚΕΡΑΥΝΟΣ. Duo quoque fulminis genera meminit Aristoteles, Meteor. IV. 1, Ἐὰν μὲν πάνυ λεπτὸν

ἂν ἐπιεικέως διὰ λεπτότητα, ὃν οἱ ποιηταὶ ἀργῆτα καλοῦσιν, ἐὰν δὲ ἧττον [illegible], ὃν ψολόεντα καλοῦσιν. Aristophanes etiam Equit. ℣. 698, Cleonis minas ψολοκομπίας, h. e. *fumidas jactationes*, per derisum vocat. Ad quem locum Is. Casaubonus ψόλος inquit, *Græcis fumus, unde fulmen quod sine noxa adveniebat*, ψολόεν *quasi in fumos evanescens appellarunt*. Hanc tamen distinctionem neglexit Homerus, Odyss. Η'. 249.

——ἐπεί μοι νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῷ
Ζεὺς ἔλσας ἐκέασσε·——

et Odyss. Ψ'. 330.

——ὡς νῆα θοὴν ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης.——

Quibus locis duo fulminis genera ψολόεντα et ἀργῆτα cum σκηπτῷ confundit. Giac. Adeundus, si vacat, Potter. in Lyc. ℣. 380.

——ὃν καταιβάτης
Σκηπτὸς κατ' ὄρφνην γεύσεται δημίων. S. Butler.

℣. 360. ΕΞΕΠΛΗΞΕ. Vide ad ℣. 134. S. Butler. Supra, ℣. 318. Et Pers. ℣. 829.

Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν
Φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς.

Soph. Antig. ℣. 129.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
Ὑπερεχθαίρει.——

Herod. VII. 10. Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. Valck. in Phœniss. ℣. 192.

℣. 362. ΕΦΕΨΑΛΩΘΗ Κ'ΑΞΕΒΡΟΝΤΗΘΗ ΣΘΕΝΟΣ. Lyc. ℣. 177.

Ἀφ' ἑπτὰ παίδων φεψάλῳ σποδουμένων.

Aristoph. Av. 278.

Ἡ δ' ἀσπὶς ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται. Morell.

Male jubet Pauwius distingui post ἐφεψαλώθη, quod vero ait σθένος esse recti casus, ipse viderit. Est enim quarti, frequentissima ellipsi τοῦ κατά. S. Butler.

℣. 363. ΠΑΡΗΟΡΟΝ ΔΕΜΑΣ. Παρήορος, ἵππος, ὁ ἔξω ζυγοῦ· inde παρήορος, ὁ μωρὸς, ὁ ἄφρων· quod ab animo hic translatum ad corpus inutile, et cujus vis omnis fulmine soluta. Pauw. Hom. Il. Η'. 156. de Ereuthalione:

Πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα.

Ubi videndus Eustathius, p. 543. Obiter monendum Etymologici auctorem male legisse Ἰλιάδος Ν'. pro Η'. S. Butler.

℣. 365. ΙΠΟΥΜΕΝΟΣ ΡΙΖΑΙΣΙΝ ΑΙΤΝΑΙΑΙΣ ΥΠΟ. Scimus, Æschylum extremam ætatem apud Siculos, eo fere tempore, egisse, quo, regnante Hierone, multus arsit Ætnæus mons. Hinc αὐτόπτην scripsisse non abludit. Sic ultimum hanc Tragœdiam suspiceris laborem; quo etiam facto ad omnes homines, quam ad Atticos ritus et Græcos heroas magis pertinet. Senis vividissima mens, tanto operi par, admirationem incutit. Jo. Muller.

℣. 368. ΠΟΤΑΜΟΙ ΠΥΡΟΣ. Adi sis A. Gell. N. A: XVII. 10. S. Butler.

Ibid. ΔΑΠΤΟΝΤΕΣ ΑΓΡΙΑΙΣ ΓΝΑΘΟΙΣ. Græci poetæ qui proprius a prima ignis inventione aberant, ejus vim et figuram sæpe eum corporis humani partibus comparare solent, indeque metaphoras ad nostræ linguæ ingenium justo audaciores eliciunt, quæ si ad naturam et intelligentiam antiquioris ætatis revocentur, neminem sane offendent. Itaque πυρὸς γνάθος, πυρὸς βόστρυχος, et quæ sunt generis ejusdem in Æschylo nemo vituperet. Notum est, Marianarum insularum incolas, cum primum Magellano ad eorum littora appellente, ignem conspexissent, eum animal esse credidisse quod ore et halitu noceret. Apud Plutarchum, Satyrum quendam ignem exosculari voluisse narratur. Τοῦ δὲ Σατύρου τὸ πῦρ ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλόμενος φιλῆσαι, καὶ περιβαλεῖν, ὁ Προμηθεὺς scil. ἔφη·

Τράγος, γένειον ἄρα πενθήσεις σύ γε,
Καίει τὸν ἁψάμενον·

quos quidem versiculos non dubito ex Æschyli Prometheo πυρφόρῳ desumptos esse. Schutz.

℣. 369. ΚΑΛΛΙΚΑΡΠΟΥ ΣΙΚΕΛΙΑΣ. Notissima est Siciliæ ubertas. Pind. Olymp. I. 19.

——ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ.

Nem. I. 19. ——ἀρι-
στεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς
Σικελίαν πίειραν.——

Solus Euripides ἀκάρπιστα πέδα Σικελίας vocat, quod nonnulli, quorum est etiam Porsonus, de Siculo mari interpretantur. Kingii emendationem εὐκαρπίστων probat Valck. in Phœniss. ℣. 216. Adi sis Stanl. Comment. ad Arg. Persarum. Ipse de mari accipio. S. Butler.

℣. 371. ΠΥΡΠΝΟΟΥ ΖΑΛΗΣ. Ζάλη non solum turbinem et procellam, verum etiam maris æstum notat: h. l. itaque *imus Ætnæ fundus igneæ materiæ (lavam* dicunt*) plenus* intelligitur. Sic Virg. Æn. III. 571.

——*horrificis juxta tonat Ætna ruinis*
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo et candente favilla;
Attollitque globos flammarum et sidera lambit:
Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, FUNDOQUE EXÆSTUAT IMO.

Schutz.

℣. 372. ΚΑΙΠΕΡ ΚΕΡΑΥΝΩι ΖΗΝΟΣ ΗΝΘΡΑΚΩΜΕΝΟΣ. Sic Virg. Æn. III. 578.

Enceladi semiustum fulmine corpus.

Cæterum hæc descriptio cum omnis ad terrorem Prometheo incutiendum, atque ad summam Jovis potentiam declarandam

directa sit; verissimeque imagines gravissimis pariter atque aptissimis verbis exprimat, causam video nullam cur eam cum doctissimo Gediekio turgidam esse arbitremur. Furores enim Typhœi sub Ætna conclusi summæ ejus desperationis indicia sunt, et graviorum pœnarum omina. Quid igitur hujus exemplo ad flectendum Promethei animum aptius, et ad vincendam ejus obstinationem ac superbiam fortius videri poterat? SCHUTZ.

℣. 373. ΣΥ Δ' ΟΥ ΑΠΕΙΡΟΣ. Animadvertit quid Oceanus pro sua prudentia tecte voluerit subjectum: sed id dissimulat, et ei vicissim tecte et prudenter respondet. GARB.

℣. 375. ΑΝΤΛΗΣΩ ΤΥΧΗΝ. Dicitur ἀντλῆσαι de rebus gravibus ac molestis. Eurip. Med. ℣. 79.

Ἀπώλομεσθ' ἄρ' εἰ κακὸν προσοίσομεν
Νέον παλαιῷ, πρὶν τόδ' ἐξηντληκέναι.

Lucian. de Merc. Conduct. c. 17. Περιπερίθης ἀνδρῶν πολυετῆ δουλείαν ἠντληκότων. GIAC.

℣. 376. ΕΣ Τ' ΑΝ. Pro ἕως ἄν, donec, observante cl. Valckenario ad Eurip. Hippol. p. 236. Ἐς ὃ Ionice scribentibus ἐς τὸ, Atticis ἔς τε dicebatur: hoc jungi solet indicativi temporibus; ἔς τ' ἂν postulant subjunctivum. SCHUTZ.

Ibid. ΑΠΟΦΗΣΗι. Παύσονται, ut apud Soph. Ajac. ℣. 61.

Τοῦδ' ἐλώφησεν φόνου. IS. CASAUB.

Sic etiam ℣. 655. ——τὸ δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου. S. BUTLER.

℣. 378. ΟΡΓΗΣ ΝΟΣΟΥΣΗΣ ΕΙΣΙΝ ΙΑΤΡΟΙ ΛΟΓΟΙ. Horatius procul dubio nostrum imitatus, Epist. I. 1.

Fervet avaritia miseroque cupidine pectus?
Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem
Possis, et magnam morbi deponere partem. IS. CASAUB.

Euripidem potius expressisse videtur Horatius, Med. ℣. 478.

Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι,

ut notat Barnesius in loco. Similis est locus SS. Proverb. xv. 1. *Responsio mollis frangit iram.* S. BUTLER.

℣. 379. ΕΝ ΚΑΙΡΩι ΓΕ. Γὲ iterum antecedentis quæstionis affirmationem cum restrictione involvit. SCHUTZ.

℣. 380. ΣΦΡΙΓΩΝΤΑ ΘΥΜΟΝ ΙΣΧΝΑΙΝΗι. Respicit ad consuetudinem puellarum quæ solent mammas σφριγώσας ἰσχναίνειν. IS. CASAUB. Hoc certe sensu Hesychius. Σφριγᾷ, περιτέταται· περιτείνει· ἄλλοι· σφύζει, πλήρης τυγχάνει· μάλιστα δὲ ἐπὶ θηλείας, εὐσωματεῖ. Idem Σφριγῶν· ἀκμάζων, νεάζων, αὔξων, sensu huic loco aptissimo — σφριγῶντα, exultantem præ juventute atque adeo *ferocientem*. Sensum optime expressit interpres Italus:

Quando alcuno però mitighi l' ira
In buona congiuntura, e non pretenda
Abbassarlo per forza quando è tumido.

Hoe enim vult Æschylus, nisi fallor, utilem esse orationis et consilii medicinam cum jam deferveat irarum æstus, prius autem ad leniendos animi motus nullo modo valere. S. BUTLER.

Σφριγῶν θυμὸς opponitur τῷ μαλακῷ, estque adeo *tumens animus*, ira et vindictæ cupiditate elatus. Eodem modo τῷ μαλθάσσειν opponitur ἰσχναίνειν, et ut illud *emollire* est; sic hoc duriter et aspere tumorem tractare significat, seu violenta manu atterere et irritare. Ducta vero est elegans allegoria e medicorum rationibus, qui corporis tumori fomenta adhibent, eosque sensim ac leniter emolliunt, tantum abest ut scalpellis lacerent aut ignibus urant. SCHUTZ.

ỳ. 385. ΜΗ ΔΟΚΕΙΝ ΦΡΟΝΕΙΝ. *Se sapere dissimulare.* De hac potestate verbi δοκεῖν vide Valckenarium ad Hippol. ỳ. 462. Sic Eurip. Med. ỳ. 66. οὐ δοκῶν κλύειν. *Simulans me non audire.* BRUNCK.

ỳ. 386. ΕΜΟΝ ΔΟΚΗΣΕΙ Τ' ΑΜΠΛΑΚΗΜ'. Quia veretur ne iste conatus, quem sciat non successurum, sibi imputetur. GARB.

ỳ. 388. ΜΗ ΓΑΡ. Plene δέδοικα γὰρ μή σε. BRUNCK. Nihil ejusmodi ellipsi elegantius aut frequentius. Sed locum non explevit Brunckius, non enim refertur illud γὰρ ad δέδοικα, sed ad στέλλω subauditum. Locus itaque expletus erit, Στέλλω σε· δέδοικα γάρ, κ. τ. λ. S. BUTLER.

Ibid. ΘΡΗΝΟΣ ΟΥΜΟΣ. *Mei.* Attici pro pronominibus primitivis solent ponere possessiva; quod et imitantur Latini. Hor. Sat. I. 4. Eurip. Electr. ỳ. 366.

Οὗτος κέκληται πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας.

Vid. Aristoph. Plut. ỳ. 33. Nub. ỳ. 1024. T. MORELL.

ỳ. 392. ΣΤΕΛΛΟΥ, ΚΟΜΙΖΟΥ, ΣΩΖΕ ΤΟΝ ΠΑΡΟΝΤΑ ΝΟΥΝ. Hæc non sine acerbitate dicit Prometheus, leviter ei nimium Jovis timorem exprobrans. Cf. ỳ. 936.

Σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί. SCHUTZ.

Ibid. ΚΟΜΙΖΟΥ. Sic absolute Phœniss. ỳ. 602.

Καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων ἢ κατθανεῖ. JAC. TATE.

ỳ. 393. ΟΡΜΩΜΕΝΩι ΜΟΙ ΤΟΝΔ' ΕΘΩΫΞΑΣ ΛΟΓΟΝ. Male dissimulans Oceanus dolorem quem ex invicta Promethei pertinacia capit, animum jam dudum ad discessum promptum atque paratum mentitur, et quæ de οἰωνῷ τετρασκελεῖ subjungit, per se quidem frigida sunt, hic tamen ad perturbationem ejus significandam valde apposita. Ἐθώϋξεν h. l. nihil aliud significat quam *dixisti*. Λευρὸν οἶμον αἰθέρος, *latam aeris viam*, i. q. *aerem*, ornata periphrasi, nec tamen a persona loquentis aliena. Tragicam enim orationem in dialogis quoque vulgari sermone paulo elatiorem comptioremque esse oportet, modo ne ampullis aut ambitiosis ornamentis delectetur. SCHUTZ.

ỳ. 394. ΛΕΥΡΟΝ ΓΑΡ ΟΙΜΟΝ ΑΙΘΕΡΟΣ. Supra, ỳ. 369.

Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας.

Hesych. Λευρῷ, ὁμαλῷ, πλατεῖ. Idem. Λευρά· λεῖα. Ad Hom. Odyss. Η'. 123. Λευρῷ ἐνὶ χώρῳ. Scholiast. λείῳ, ὁμαλῷ, ἢ πλατεῖ. S. BUTLER.

Ibid. ΨΑΙΡΕΙ ΠΤΕΡΟΙΣ. Vide Notas Varr. Critt. Vim verbi,

levem alarum motum exprimentis vix assequitur interpres Italus, qui tamen plerumque feliciter rem gessit:

——e questo angel quadrupede
Tocca la spatiosa via dell' ethere
Con l' ale.

Pulcherrime Virgilius, Æn. ỷ. 218. *Radit iter liquidum*; vel, quod magis appositum est, ut notat Schutz. (non enim de volante sed de nitente evolare loquitur Æschylus) Æn. XI. 570.

——simul æthera verberat alis.

Vide sis quæ adnotavit cl. Valcken. ad Eurip. Phœniss. ỷ. 1399.

——πολὺ μεταφαίρων πίτρον. S. Butler.

ỷ. 396. ΚΑΜΨΕΙΕΝ ΓΟΝΥ. Vide supra, ỷ. 32.

Ὀρθοστάδην ἄϋπνος ἐν κάμπτων γόνυ

sed hic rectius, nam ab animalibus ad homines transfertur metaphora. S. Butler.

ỷ. 399. ΑΠ' ΟΣΣΩΝ ΡΑΔΙΝΩΝ. Oculi ῥαδινοὶ dicuntur, vel generatim quia *mobiles* ac *lubrici* sunt, vel, quod magis placet, *molles, teneri, ad lachrymandum prompti*. Prope accedit Ped. Albinov. III. 13.

Mollibus ex oculis aliquis tibi decidat humor.

Hesych. Ῥαδινόν· λεπτὸν, ἰσχνὸν, εὐκίνητον, ἁπαλὸν, εὐδιάσειστον. E quibus interpretamentis loco nostro nullum melius convenit, quam ἁπαλὸν, quod idem de oculis dicitur. Schutz.

ỷ. 400. ΠΑΡΕΙΑΝ ΝΟΤΙΟΙΣ ΕΤΕΓΞΑ ΠΑΓΑΙΣ. Simplicius Eurip. Hec. ỷ. 520.

Τέγξω τόδ' ὄμμα.

Chariton. Aphrod. de Chær. et Call. I. 3. δακρύων ἀφῆκε πηγάς· et III. 3. πηγὴν ἀφῆκε δακρύων. Ad quem locum notat D'Orvillius apud poetas usurpari πηγαὶ pro *lachrymæ*; negatque hoc Ebraismum esse, ut asserit Stanleius, citatis ex Euripidis Alcest. ỷ. 1067.

——ἐκ δ' ὀμμάτων
Πηγαὶ κατεῤῥώγασιν.

Et Herc. Fur. ỷ. 1354. ——οὔτ' ἀπ' ὀμμάτων
Ἔσταξα πηγάς. Giac.

ỷ. 402. ΑΜΕΓΑΡΤΑ. Quoniam qui invide ac maligne dat, parce dat; qui vero non invide dat, plenis manibus largitur: ideo primum, quæcunque abundantia et ubertate cumulata visa sunt, non invideri, et si bona erant, ἄφθονα, si mala, ἀμέγαρτα dicebantur. Ἀμέγαρτος enim semper mali quiddam in notione sua involvit, ut ἀμέγαρτα κακῶν apud Eurip. Hec. ỷ. 193. Ἀμέγαρτοι πόνοι, et ἀμέγαρτε συβῶτα apud Homerum. Deinde procedente analogia, ac voce indies paulatim magis ac magis a primaria illa significatione deflexa, tandem notio omnis invidiæ evanuit, et quicquid in malis aut magnitudine aut multitudine eximium erat, ea significari cœpit. Heath. Ἀμέγαρτα non adverbialiter positum; sed est accusativus a κρατύνων rectus. Nam sicut ỷ. 143. φρουρὰ ἄζηλος, *non invidenda*, erat *miserabilis, calamitosa*, sic ἀμέγαρτα τάδε de Promethei tristi calamitate intelligenda.

SCHUTZ. His equidem non assentior, vertoque *Severe, praeter jus fasque. Imperiosamente* interpres Italus. Vide quæ annotavit Stanleius in loco. Aliter infra Supplic. ✝. 650.

Ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον·

cui loco convenit Hesychii interpretatio, ἀζήλωτον. S. BUTLER.

✝. 404. ΥΠΕΡΗΦΑΝΟΝ ΤΟΙΣ ΠΑΡΟΣ ΘΕΟΙΣ. Veteribus magnitudo Deorum terrore constabat, summusque unde major timor. Hæc religio Christiana mitigavit. JO. MULLER.

✝. 405. ΑΙΧΜΑΝ. Imperium: nam pro sceptris imperii insigne reges antiquitus hastas gerebant. Vide quæ annotavit Stanleius ad Sept. Th. ✝. 535. Ὀμνύσι δ' αἰχμήν. Per θεοὺς τοὺς πάρος Titanas et Saturnum intelligit, in quos severum imperium Jovem exercere jam supra doluit Chorus, ✝. 151. S. BUTLER.

✝. 406. ΠΡΟΠΑΣΑ Δ' ΗΔΗ ΣΤΟΝΟΕΝ ΛΕΛΑΚΕ ΧΩΡΑ. Sicut Chorus, ✝. 430. et seqq. Atlantis fortunam vicinum mare, vicina flumina, vicinum Orcum miserari finxit, ita h. l. vicinas ei loco, ubi Prometheus affixus erat, gentes in societatem ejus dolorum venire affirmat. Πρόπασα χώρα haud aliter intelligi potest quam omnis regio circumjacens. SCHUTZ.

✝. 407. ΛΕΛΑΚΕ. Est vox tragica et Euripidi familiaris. Orest. ✝. 162. ✝. 330. Alc. ✝. 346. Ion. ✝. 177. Vide Kust. in Arist. Plut. ✝. 39. et Av. ✝. 409. MORELL. Στονόεν λέλακε. *Suspirio et gemitu insonuit:* ut Virg. Æn. IV. 667.

Lamentis gemituque et fœmineo ululatu
Tecta fremunt.—— SCHUTZ.

✝. 408. ΜΕΓΑΛΟΣΧΗΜΟΝΑ ΚΑΡΧΑΙΟΠΡΕΠΗ. Dignitatem scil. suo decore et splendore honestatis magnam et illustrem. Ἀρχαιοπρεπῆ, quæ et decus antiquum habuit a majoribus acceptum, et ab eo non degenerarat. GARB.

✝. 410. ΣΥΝΟΜΑΙΜΟΝΩΝ ΤΕ ΤΙΜΑΝ. Συνομαίμονας nimis anguste exponitur ab iis qui Atlantem et Menœtium fratres Promethei, aut Atlantem et Typhœum intelligunt. Omnes enim Titanes hoc vocabulo designantur. SCHUTZ.

✝. 411. ΑΓΝΑΣ ΑΣΙΑΣ. *Puræ:* f. propter solem orientalem: aut *splendidæ* et *conspicuæ* propter amplitudinem et potentiam atque opes. GARB.

✝. 415. ΚΟΛΧΙΔΟΣ ΤΕ ΓΑΣ ΕΝΟΙΚΟΙ. Κολχίδος γῆς ἔνοικοι Παρθένοι Amazones sunt, quæ antequam circa Themiscyram ad fluvium Thermodonta habitarent, Colchidis regionem obtinebant. Cf. ✝. 723. SCHUTZ.

✝. 416. ΑΤΡΕΣΤΟΙ. Sic infra Agam. ✝. 1411.

Ἐγὼ δ' ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας
Λέγω. Sc. *intrepido corde.* S. BUTLER.

✝. 417. ΣΚΥΘΗΣ ΟΜΙΛΟΣ. Pro Σκυθικός. Vide quæ annotavit Stanleius ad ✝. 2. hujus tragœdiæ. S. BUTLER. Hic aperte Chorus significat verum scenæ locum. Sicut enim, ✝. 2. Σκύθης οἶμος dictus erat χθονὸς τηλουρὸν πέδον, sic h. l. Scythæ ultimam terrarum oram habitare dicuntur. Et quia simul Paludis

Mæotidis mentio fit, locum ubi Prometheum affixum esse fingit Æschylus haud procul ad ea abfuisse perspicuum est; adeoque si sedem Promethei vincti inter Borysthenem et Hypacarin ad Sinum Carcinitem, sic ut Pontum Euxinum prospiceret, fuisse ponimus, locorum situs, quæ hic ab Æschylo commemorantur, aptissime convenit. Schutz.

ỳ. 418. ΕΣΧΑΤΟΝ ΠΟΡΟΝ. Vides illi non multum ultra patuisse hic Scythiam. Nec Herodoti obest exactior notio; hunc multo mercatorum usu, quem in Ionum Ponticis coloniis habuit, profecisse apparet: eaque de re in Comment. Soc. Reg. Gotting. *Gatterer* doctissime disputavit. Jo. Muller.

ỳ. 420. ΑΡΑΒΙΑΣ Τ᾽ ΑΡΕΙΟΝ ΕΘΝΟΣ. Arabes hic non stant suo loco; et errat interpres Græcus qui ex Strabone hæc elucidare studet, Troglodytas cum Trogodlytis perperam confundens; ut recte animadvertit Casaub. in notis ad Strab. p. 207. Error sine dubio est Æschyli, qui cum suis æqualibus partes Asiæ non habebat satis perspectas. Pauw. Ἄρειον ἔθνος, nam invicti Arabes, nec exteris vel itinera tuta. Errat Scholiasta, non enim miscuit Arabes Caucaso. Post *septentrionales* Scytharum sedes, et *occidentem* versus Colchos vergentes, *meridionale* magnorum gentis Arabum excitat, mox in prærupta, quibus ad *orientem* contra mare Caspium Caucasus absciaditur, (jamque *Derbend* habitatur) desitura Oceanis nympha. Jo. Muller.

ỳ. 421. ΥΨΙΚΡΗΜΝΟΝ Θ᾽ ΟΙ ΠΟΛΙΣΜΑ ΚΑΥΚΑΣΟΥ ΠΕΛΑΣ ΝΕΜΟΝΤΑΙ. Quid per ὑψίκρημνον πόλισμα Καυκάσου πέλας intelligit auctor? Nostine urbem ibi, quam ita designare potuit omisso nomine? Vix puto, et dicam quod sentio: πόλισμα Tragicus vocat loca, quæ homines inhabitant, quæque pro urbe illis sunt, dum perpetuo ibi commorantur: sic ὑψίκρημνον πόλισμα Καυκάσου πέλας sunt rupes et loca aspera, quæ ipsi Caucasii circa Caucasum tenebant, et omnis loci difficultas evanescit statim. Πόλις, πόλισμα, ad πολέω pertinet, et proprie denotat loca in quibus πολοῦσιν ἄνθρωποι. Inde Hesychii πόλιν, τὴν χώραν, et alia quæ satis nota sunt. Pauw. Ὑψίκρημνον πόλισμα πέλας Καυκάσου est *editum castellum*, seu oppidum montanum *Caucaso vicinum*. Quodnam vero illud sit Æschylus non addit, nec apud Geographos antiquos reperi nomen cui hæc descriptio ita conveniat ut alii non æquo jure tribui possit. Schutz.

ỳ. 423. ΟΞΥΠΡΩΡΟΙΣΙ. Quarum cuspides sunt prominentes et acutæ. Nullum epitheton est otiosum, sed petitum ex moribus illarum regionum et gentium. Garb.

ỳ. 424. ΒΡΕΜΩΝ ΕΝ ΑΙΧΜΑΙΣ. Nostrum imitatus est Euripides, Phœniss. ỳ. 113. —— μυρίοις δ᾽ ὅπλοις βρέμων. Giac.

ỳ. 430. ΒΟΑι ΔΕ ΠΟΝΤΙΟΣ ΚΛΥΔΩΝ. Fluctus marinos quasi misericordia Atlantis tangi fingit, quia Atlas haud procul a mari in Mauritania stare ferebatur. Ξυμπιτνῶν βοᾷ vel est i. q. πιτνῶν ξυμβοᾷ, *cadens una cum Atlante clamat*, vel ξυμπιτνῶν est i. q. *propter labens.* Schutz.

ỷ. 433. ΑΓΝΟΡΡΥΤΩΝ ΠΟΤΑΜΩΝ. Commune fluviorum Epitheton. Sic Eurip. Med. ỷ. 410. ——Ποταμῶν ἱερῶν.
Et Horat. Od. I. 1. ——*aquæ lene caput sacræ.*
Causam affert Aristides Orat. in Nept. θεὸς, scilicet, πηγὰς καὶ ποταμοὺς ἐνόμιζον οἱ πρῶτοι. Eleganter itaque fingunt Nymphæ Oceanitides fluminum fontes Promethei vicem deplorare; per fontes enim ipsa fontium numina, Naiadas intelligunt. S. BUTLER.

III.

ỷ. 435. ΜΗ ΤΙ ΧΛΙΔΗι. Est hic tertius fabulæ hujus Actus, in quo Prometheus ad petitionem Chori, supra ante adventum Oceani propositum, exponit reliqua industriæ suæ opera et beneficia, pro genere præsertim humano juvando.—Sentiendum autem est, ipsum ut gravitate et prudentia præstantem, post discessum Oceani aliquandiu cogitabundum, nihil locutum esse Choro, et ideo, ne Chorus de hoc ipso silentio sinistre cogitet, dicit ad eum, Μή τι, i. e. μὴ κατά τί. GARB.

Ibid. ΧΛΙΔΗι ΔΟΚΕΙΤΕ ΜΗΤ' ΑΥΘΑΔΙΑι. Χλιδὴ significat luxum, mollitiem, et delicias, comites insolentiæ. Αὐθαδία est insolentia ex amore sui et honorifica de se persuasione orta. GARB. Χλιδῇ hic ita ponitur ut apud Latinos *delicias facere.* SCHUTZ.

ỷ. 436. ΣΥΝΝΟΙΑι ΔΕ ΔΑΠΤΟΜΑΙ. Alciphr. Epist. IV. 63. Σιγὴ δέ ἐςι τῦ θυμῦ τροφή. GIAC.

ỷ. 438. ΚΑΙΤΟΙ ΘΕΟΙΣΙ ΤΟΙΣ ΝΕΟΙΣ ΤΟΥΤΟΙΣ. Ita vocat eos ex νεμέσεως et per εἰρωνείαν. GARB. In ὁμοιοτελεύτῳ θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις inest ingratum aliquid non sine poetæ consilio. S. BUTLER.

ỷ. 439. ΤΙΣ ΑΛΛΟΣ Η 'ΓΩ. Prima et maxima asserit esse quæ in Jovem et alios deos contulit, sed illa non diserte et nominatim explicat. Intelligit autem se primum Jovi adfuisse suo consilio in regno et occupando et εὐνομίᾳ εὐταξίας confirmando, de quo ante habuimus. Deinde etiam aliis Diis profuisse ad consecutionem functionum et dignitatum, quas ipse iis pro sua prudentia distribuerit, ut singuli et haberent suas et eas pares et aptas: quod est valde arduum negotium nec sine judicio divino expediri recte potest, sic Plato Leg. VI. tradit. MORELL.

ỷ. 441. ΤΑΝ ΒΡΟΤΟΙΣ ΔΕ ΠΗΜΑΤΑ. Diserte proponit et priorem statum hominum vocat πήματα, *mala et calamitates,* ad invidiam Jovis, a quo vult neglectum fuisse genus humanum in collatione donorum, quod sibi excolendum fuerit. GARB.

ỷ. 442. ΝΗΠΙΟΥΣ. Rudes et pueriliter affectos more infantum; quemadmodum Divus etiam Paulus usurpat hanc vocem, ita enim non solum privatim sed et publice fuit ab initio genus humanum, ut passim docent historiæ, et Aristoteles non in uno loco disputationum civilium, lib. 2. dicit: Τὺς ἀρχαίυς νόμυς λίαν ἁπλῦς εἶναι καὶ βαρβαρικύς· et mox, Τὰ δὲ πλεῖςα τῶν ἀρχαίων ἧττον διῄρθρωται τῶν νεωτέρων. GARB.

Ibid. ΕΝΝΟΥΣ ΕΘΗΚΑ. Ob hanc causam simul cum Minerva Prometheus cultus est. Veteres enim multos aliquando conjungebant Deos, quorum simulachra vel in eadem basi vel eodem in templo collocabant, habita tamen ratione ut vel ejusdem conditionis vel naturæ vel officii participes essent. Huc facit Scholiast. Soph. Œd. Col. ϡ. 56. Συντιμᾶται (Προμηθεὺς) καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιςος· καὶ ἐςὶν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ ναὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. Δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐςὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίςου. GIAC. Fabulam quæ Prometheum homines ex luto finxisse perhibet Æschylus non sequitur; sed eum tantum cum antea animalium ritu viverent, ad rationis usum mortales traduxisse fabulatur. SCHUTZ.

ϡ. 443. ΦΡΕΝΩΝ ΕΠΗΒΟΛΟΥΣ. Hesych. Ἐπήβολος· Ἔμπειρος· ἐπιςάτης· δεσπότης· μέτοχος· et rursum Ἐπηβόλους· Ἐπιτευκτικούς· ἐπιτηδείους· ἢ ἐπιτυχεῖν μέλλοντας· Βάλλειν γὰρ, τὸ ἐπιτυγχάνειν. Ubi hunc locum Æschyli adferunt Grammatici. S. BUTLER. Similiter Soph. Antig. ϡ. 498. ——— εἶδον ἀρτίως

Λυσσῶσαν αὐτὴν, οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.

Citat ex alterutro Eustath. ad Il. Ζ'. p. 479. l. 22. ABRESCH. Proprie ἐπήβολος est qui rem aliquam ceu scopum propositam consequitur. Schol. Hom. Odyss. Β'. 316. νηὸς ἐπήβολος, exponit ἐπιτυχὴς, ἐγκρατής· ἀπὸ τοῦ βάλλειν ὅ ἐςι τοῦ σκόπου τυγχάνειν. Max. Tyr. Diss. XXIV. p. 285. edit. Cant. 1740. ὅτι πράγμα διττὸν, τὸ μὲν ἀρετῆς ἐπήβολον, τὸ δὲ μοχθηρίᾳ συμπεφυκός. GIAC. Iis nequaquam assentior qui scribunt a βάλλειν significante τυγχάνειν τοῦ σκόπου fieri βόλος ἤβολος, deinde ἐπήβολος, nec rursum iis qui ἐπήβολος dici putant q. ἐπιήβολος, sed ἐπήβολος, licentia poetica atque adeo sua dixisse Homerum. H. STEPH.

ϡ. 444. ΜΕΜΨΙΝ ΟΥΤΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΕΧΩΝ. His verbis aperte prodit, se diis tantum, non hominibus irasci, neque ab his ullo modo offensum esse. Quod quidem ut adderet, callide instituit Æschylus; ne spectatoribus vel levissimam causam præberet cur a Prometheo abalienarentur. SCHUTZ.

ϡ. 446. ΒΛΕΠΟΝΤΕΣ ΕΒΛΕΠΟΝ ΜΑΤΗΝ. D. Lucas, viii. 10. Ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι. GIAC. Et similiter Isai. vi. 9. Matt. xiii. 13, 14. MORELL. Breviter et ornate designat brutam hominum stupiditatem, qui oculis et auribus recte uti nescirent. SCHUTZ. Videsis Th. Gataker de Novi Instrumenti stylo, p. 58. S. BUTLER.

ϡ. 447. ΟΝΕΙΡΑΤΩΝ ΑΛΙΓΚΙΟΙ ΜΟΡΦΑΙΣΙ. Non de imbecillitate hominum capio, quemadmodum Pindarus σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος, aut noster alibi senem imbecillum ὄναρ ἡμερόφαντον dixit, sed potius cum verbis sequentibus arctius copulandum censeo, ut sensus sit: *Homines haud secus ac in somniorum imaginibus fieri solet, in quibus vanissimæ species nulla veritatis ratione habita concursant, et alienissima visa nullo modo inter se apta et connexa consequuntur, ita diu omnia temere commiscebant, nihilque cum*

aliqua præteritorum memoria, aut prævisione futurorum agebant. SCHUTZ. Similiter Shakespearius:

——*We are such stuff*
As dreams are made of. JAC. TATE.

℣. 449. ΕΦΥΡΟΝ ΕΙΚΗ. Moschionis versus, quos laudat Stanleius, extant in Stobæi excerptis de R. N. edit Grot. p. 145. Integram ῥῆσιν, studiosorum in gratiam, e libro non ubique obvio hic transcribere libet.

Πρῶτον δ' ἄνειμι καὶ διαπτύξω λόγῳ,
Ἀρχὴν βροτείου καὶ κατάστασιν βίου.
Ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα
Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοὶ,
Ὀρειγενῆ σπήλαια, καὶ δυσηλίους
Φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν
Οὔτε στεγήρης οἶκος οὔτε λαΐνοις
Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις.
Οὐ μὴν ἀρότροις ἀγκύλοις ἐτέμνετο
Μέλαινα καρποῦ βῶλος ὀμπνίου τροφός.
Οὐδ' ἐργάτης σίδηρος εὐϊώτιδος
Θάλλοντας οἴνης ὀρχάτους ἐτημέλει.
Ἀλλ' ἦν ἀκύμων κοὐδὲν ἐκφύουσα γῆ.
Βοραὶ δὲ σαρκοβρῶτες ἀλληλοκτόνους
Παρεῖχον αὐτοῖς δαῖτας· ἦν δ' ὁ μὲν νόμος
Ταπεινός· ἡ βία δὲ σύνθρονος Διΐ.
Ὁ δ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.
Ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος
Τὸν θνητὸν ἠλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον,
Εἴτ' οὖν μέριμναν τὴν Προμηθέως σπάσας,
Εἴτ' οὖν ἀνάγκην, εἴτε τῇ μακρᾷ τριβῇ
Αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον,
Τόθ' εὑρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς
Δήμητρος ἁγνῆς· εὑρέθη δὲ Βακχίου
Γλυκεῖα πηγή· γαῖα δ' ἡ πρὶν ἄσπορος,
Ἤδη ζυγουλκοῖς βουσὶν ἠροτεύετο.
Αὐτοὶ δ' ἐπυργώσαντο, καὶ περισκεπεῖς
Ἔτευξαν οἴκους· καὶ τὸν ἠγριωμένον
Εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγον βίον.
Κἀκ τοῦδε τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος
Τύμβοις καλύπτειν, κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν,
Νεκροὺς δ' ἀθάπτους μηδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἐᾷν,
Τῆς πρόσθε θοίνης μνημόνευμα δυσσεβές. BRUNCK.

℣. 453. ΗΝ Δ' ΟΥΔΕΝ ΑΥΤΟΙΣ. Veteres sæpenumero tres tantum anni horas numerare, ver, æstatem, et hyemem, autumno quem sub æstate comprehendebant omisso, inter omnes constat. Βέβαιον τέκμαρ, *certus finis:* non habebant certa signa quibus anni tempora definirent. Ἀνθεμώδους et καρπίμου ornato propriorum epithetorum delectu. SCHUTZ. Sic de Germanis agens Tacitus,

c. 26. *Sola terræ seges imperatur. Unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species: hyems et ver et æstas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur.* S. BUTLER.

ỳ. 455. ΑΤΕΡ ΓΝΩΜΗΣ. Sine delectu et observatione aliqua temporum, labores subibant. GARB.

ỳ. 459. ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΤΕ ΣΥΝΘΕΣΕΙΣ. H. e. docui quomodo omnes artes liberales et ingeniosæ essent conscribendæ, et memoriæ mandandæ, ad omnem posteritatem. Aut etiam docui excolere memoriam pro omnibus artibus addiscendis. Utitur vocibus admodum aptis et significantibus, pro vi memoriæ et bonarum artium exprimenda. GARB.

ỳ. 460. ΜΝΗΜΗΝ Θ' ΑΠΑΝΤΩΝ ΜΟΥΣΟΜΗΤΟΡ' ΕΡΓΑΤΙΝ. Non tantum innuit λογισμὲς καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις, quæ Mnemosynes inventa sunt, sed omnino omnes artes et facultates quæ sine memoria ne existere quidem, nedum perfici potuissent. Μνήμη, h. l. physice, non mythice ponitur, etsi Mnemosyne dea est Musarum mater; hic vero artem memoriæ intelligit, eamque tantum μουσομήτορ' ἐργάνην, non τῶν Μουσῶν μητέρα appellat, ut significet, se tantum ad illam fabulam de Mnemosyne Musarum matre alludere, non autem ea sic, ut poetæ solent, in rem suam abuti velle. SCHUTZ. Alludit forte ad artem Memoriæ, cujus perfector fuit Simonides. Is. CASAUB.

ỳ. 461. ΚΝΩΔΑΛΑ. Hac voce significatione paulo latiori utitur Æschylus, pro quovis animali. Sic Suppl. ỳ. 1007.

Καὶ κνώδαλα πτερῦντα καὶ πεδοστιβῆ. S. BUTLER.

Jugum bubus, mulis, et equis imponebatur. Sic Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. ỳ. 813. ——καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένα θεῖναι

Βυσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἵπποις ὠκυπόδεσσι.

H. l. tamen κνώδαλα boves tantum, asinos, et mulos designat. Nam de equis deinde seorsim loquitur. SCHUTZ.

ỳ. 462. ΖΕΥΓΛΑΙΣΙ. Ζεύγλη significat illam jugi partem in quam inseritur collum jumenti. Hic usurpari videtur pro ipso collo, quo trahit jumentum; cui adjungit corpus, respiciendo ad naturam et usum boum, qui et collo et reliquo corpore inserviunt hominibus. GARB. Ζεύγλαισι accipiendum stricte de parte jugi: viri eruditi eas aliter atque aliter describunt, neque veteres sibi constant. Hic lora et retinacula jugi intelligerentur perbene. PAUW. Soph. Antig. ỳ. 358.

Λασιαύχενα θ' ἵππον ἐλῶν,
Ἄγετ' ἀμφίλοφον ζυγὸν,
Οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον.

Vide ibi plura de solertia hominum his non absimilia. MORELL.

ỳ. 463. ΔΙΑΔΟΧΟΙ. Refertur non ad vocem neutram κνώδαλα, sed ad sensum ejus, quia usurpatur ἀντὶ τῦ θηρὸς. GARB.

ỳ. 465. ΑΓΑΛΜΑ. Ἄγαλμα est id, quo quis fruitur, oblectatur, gaudet. GARB.

Ibid. ΧΛΙΔΗΣ. Equos alere apud veteres semper divitiarum

indicium habitum est. Herodotus, VI. 35. ad splendorem domus Miltiadis Cypseli filii declarandum, eum fuisse ait Ἐξ οἰκίας τεθριπποτρόφου· *Ex familia quæ quadrijugos equos aleret.* Quam vero magni sumptus hoc idem Lacedæmonii habuerint, Scholiastes Aristophanis nos admonet ad Nub. ỳ. 12. Δοκεῖ γὰρ δαπανηρὸν εἶναι, ἵππους τρέφειν, καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν κατάρας ἔθεσαν μέρει. Quam quidem imprecationem commemorat Suidas in v. Δακνόμενος, ad hunc modum, Οἰκοδομαί σε λάβοι καὶ ἐμβολαί· ὁ δὲ ἵππος, καὶ ἁ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι. GIAC.

ỳ. 467. ΛΙΝΟΠΤΕΡ' ΕΥΡΕ ΝΑΥΤΙΛΩΝ ΟΧΗΜΑΤΑ. Ad ea loca quæ Stanleii diligentia excitavit, quibus currus marini notione navis describitur, adjungi possint Ovid. Trist. I. 3.

Aurigam video vela dedisse rati.

Virg. Æn. VI. 1. ——*classique immittit habenas.*

Eurip. Hippol. ỳ. 752.

Ὦ λευκόπτερε Κρησία
Πορθμίς.

Iph. Taur. ỳ. 410. Ναΐον ὄχημα. Med. ỳ. 1122. Ναΐαν ἀπήνην. Max. Tyr. Diss. XII. p. 129. de origine navigationis agens, Κατὰ βραχὺ δὲ προϊοῦσα ἡ αἴσθησις ὁμοῦ τῷ λογισμῷ ἐσοφίσατο, καὶ ἐξεῦρεν ὄχημα κοῖλον ἐρεσσόμενόν τε, κ. τ. λ. GIAC. Hæc attigerunt etiam vir elegans Anton. Muretus, Varr. Lectt. II. 11. Th. Gataker Advers. Misc. II. 17. Meurs. in Lyc. ỳ. 25. et ỳ. 1336. S. BUTLER.

ỳ. 469. ΑΥΤΟΣ ΟΥΚ ΕΧΩ ΣΟΦΙΣΜ'. Juxta Euripideum illud, inter Fragm. inc. CXI.

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. S. BUTLER.

ỳ. 472. ΚΑΚΟΣ Δ' ΙΑΤΡΟΣ ΩΣ ΤΙΣ. Sulpitius ad Ciceron. Epist. Fam. IV. 3. *Neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt.* Lucian. Apolog. pro Merced. Conduct. c. 7. ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἐοίκασιν, ὃς ἀποκηρύττων βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. GIAC. Videndus de hac re Bernard. Martinus, V. L. I. 20. S. BUTLER.

ỳ. 473. ΣΕΑΥΤΟΝ ΟΥΚ ΕΧΕΙΣ ΕΥΡΕΙΝ ΟΠΟΙΟΙΣ ΦΑΡΜΑΚΟΙΣ ΙΑΣΙΜΟΣ. Contendit vir doctus in Miscell. Observ. Amstel. vol. VIII. p. 344. verbalia transitivæ significationis æque ac verba accusativum admittere; ex ἰάσιμος itaque σεαυτὸν pendere, ac si dixisset Æschylus οὐκ ἔχεις εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις σεαυτὸν ἰάσῃ. Est autem Antiptosis illa Atticis usitatissima qua ponitur accusativus pro nominativo. Arist. Plut. ỳ. 55. Πυθοίμεθ' ἂν τὸν χρησμὸν ἡμῶν ὅ, τι νοεῖ. Ad quem locum plurima exempla ex ipso Comico et Euripide congessit Kusterus. Quibus addantur Soph. Electr. ỳ. 954.

Παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων
Ὡς οὔτις ἡμῖν ἐστιν.
Nosti quam nulla sit amicorum nobis copia.

Et ỳ. 1107. Αἴγισθον ἔνθ' ᾤκηκεν ἱστορῶ πάλαι.
Dudum est cum quæro ubi Ægisthus habitat.

Et in Ajac. ỳ. 118.

Ὁρᾷς Ὀδυσσεῦ τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση;

Viden' Ulysse quanta sit potentia Deorum?

Vide Triclin. ad ỳ. 103. ejusdem tragœdiæ, qui eandem quoque formam solutæ orationis scriptoribus usurpatam monet. GIAC.

ỳ. 476. ΔΟΛΟΥΣ. Vox est μέση ideoque *dolus malus* dicitur Jurisconsultis. Is. CASAUB.. Vid. Cic. de Off. III. 14. Sic Œd. Col. ỳ. 1020. Δόλῳ τὰ μὴ δικαίῳ χρήμαθ'. S. BUTLER.

ỳ. 477. ΕΙ ΤΙΣ ΕΙΣ ΝΟΣΟΝ ΠΕΣΟΙ. Quod Chorus Prometheum cum malo medico comparaverat, id ei in memoriam revocat medicinæ rationes a se inventas. Aptissime itaque dialogi filum pertexit Æschylus; prudenterque etiam Prometheum inducit conscientia meritorum suorum ita elatum, ut ad ea, quæ Chorus reprehensionis causa dixerat, nihil regerere dignetur, sed occasionem tantum inde sibi capiat inchoatam narrationem persequendi. SCHUTZ.

ỳ. 479. ΟΥΔΕ ΠΙΣΤΟΝ. Ex πιστὸς, *poculentus*, facile deducatur πιστικὸς, hinc forte D. Johan. xii. 3. μύρον νάρδου πιστικῆς, reddi potest *unguentum nardi potabilis*. Nardi pyxide pretiosissimi, quo scilicet, ut et aliis exquisitis odoribus, vinum imbuere solebant delicatuli, ad Domini nostri pedes unguendos Maria in testimonium amoris usa est. GIAC.

ỳ. 480. ΚΑΤΕΣΚΕΛΛΟΝΤΟ. Schol. Α'. Κατεφθίνοντο. Schol. Β'. Ἀπέθνησκον. Quod Latinis est *tabefacere*, id Græci verbis *exsiccare* vel *arefacere* significantibus exprimunt. Supra, ỳ. 147. Σὸν δέμας προσαυαινόμενον. Lucian. de Conscrib. Hist. c. 35. Διὰ ταῦτα κατεσκληκώς, *ob id contabuit*. *Fame* autem vel *siti* interire, verbis κατασκλῆμι, ἀφαύομαι exprimunt Aristoph. Eccles. ỳ. 146. Δίψει γὰρ ὡς ἔοικεν ἀφαυανθήσομαι. *Siti enim, opinor, interibo.* Alciphron. IV. Epist. 3. p. 282. Μηδ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι. *Non etsi mihi contabescendum esset.* Sic αὖος etiam Epist. IV. 4. αὖος λιμῷ, *fame enectus*. De risu etiam Aristoph. Ran. ỳ. 1121. Ἀπεφαυάνθην γελῶν, *risu enectus sum*. De tædio ex importune interrogantibus concepto, Lucian. *Bis Accus.* c. 34. ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα, *perpetuis enectum interrogationibus*. Et ut Hor. Epist. I. 7. 85.

Immoritur studiis et amore senescit habendi.

Lucian. Gall. c. 29. Κατέσκληκεν ὅλος ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων. *Totus exaruit curis tabefactus*. GIAC.

ỳ. 483. ΤΡΟΠΟΥΣ ΔΕ ΠΟΛΛΟΥΣ. Tum enim in ignoratione veri Dei, et sine ejus verbo, homines mirifice torquebantur solicitudine futurorum, quoad vitam et præsentem et futuram: et ideo vaticinia in magno erant pretio. GARB.

ỳ. 484. Κ'ΑΚΡΙΝΑ ΠΡΩΤΟΣ. Enumerat Prometheus varia divinationis genera, et primum quidem e somniis, secundum ex ominibus, tertium e portentis in via occurrentibus, quartum ex auguriis, quintum ex extis, sextum ex sacrificiis, septimum e signis cœlestibus. SCHUTZ. Ὀνειροκριτικὴ, eademque auspiciorum auguriorumque ratio, scientiæ hieroglyphorum affinitatem habet:

docet illa queis sensuum objectis quæque futura præsagiantur, hæc quæ facta vel cogitata designentur. Jo. Muller.

ỳ. 487. ΓΑΜΨΩΝΥΧΩΝ. Aves rapaces designantur quibus potissimum in disciplina augurali utebantur, hæ a proprietate naturali dicuntur aduncis unguibus præditæ. Schutz.

ỳ. 488. ΔΕΞΙΟΙ ΦΥΣΙΝ ΕΥΩΝΥΜΟΙ ΤΕ. H. e. *faustæ et infaustæ.* Notum est enim e veterum opinione, aliis a læva, aliis a dextera datum fuisse avibus ut auspicium facere possent. Schutz.

ỳ. 491. ΣΤΕΡΓΗΘΡΑ. Στέργηθρον proprie philtrum significat notante Hesychio; hic pro philtri effectu, benevolentia sumitur. S. Butler.

Ibid. ΣΥΝΕΔΡΙΑΙ. Verbum est augurale, contrarium διεδρία. Arist. Hist. Anim. IX. 1. sub med. τοῖς ὠμοφάγοις ἅπαντα πολεμεῖ, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις· ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι· δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες· σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα. Ælian. de Anim. I. 48. Ὀττεύονται πρὸς τὴν (κόρακος) βοὴν οἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγὰς καὶ πτήσεις αὐτῶν. Adde III. 9. et VIII. 5. Hinc ὄρνις ἐκ εὔεδρος apud eundem XVI. 16. quo et pertinet ἔξεδρος. Vid. Spanh. ad Callim. Hymn. in Lavacr. Pallad. ỳ. 124. Abresch.

ỳ. 492. ΣΠΛΑΓΧΝΩΝ ΤΕ ΛΕΙΟΤΗΤΑ. Nempe diligenter observabant extispices an hostiarum exta, jecur potissimum, nitida atque plena, an vero horrida atque exilia essent. Cf. Cic. de Divin. II. 12. et seq. Nec vero colorem extorum negligebant. Schutz.

ỳ. 493. ΠΡΟΣ ΗΔΟΝΗΝ. De his et similibus dicendi formulis, πρὸς βίαν, πρὸς ἔχθραν, πρὸς χάριν, κ. τ. λ. videndus cl. D'Orvillius in Charit. Append. VI, 4. Giac.

ỳ. 494. ΛΟΒΟΥ. Proprie ima aurium pars. Sed ἐν τῇ θυτικῇ, σημεῖόν τι ἐν τῷ ἥπατι. Is. Casaub. Hic idem, quod versiculis duobus antecedentibus generatim dixerat, ad propriam fellis et jecoris naturam transfert: haruspices enim accurate observabant quæ pars jecoris inimici, quæ pars familiaris esset, quod fissum periculum, quod commodum aliquod ostenderet; caput jecoris ex omni parte diligentissime considerabant an scilicet a cultro læsum esset, vel plane abesset. Centena talia vel ex uno Julio Obsequente antiquitatis studiosi cognoscent. Schutz.

ỳ. 497. ΦΛΟΓΩΠΑ ΣΗΜΑΤΑ. Ἐμπυρομαντείαν. Schol. Pind. Olymp. VI. 111. narrat, Apollinem hanc artem Iamo, Iamum Græcis tradidisse, igni scilicet impositis victimarum pellibus, secundum scissuras aut rectas aut obliquas, responsa consulentibus dabant. Vide etiam Schol. Eurip. Phœniss. ỳ. 1262. Giac. Duo sunt in hanc rem loca imprimis luculenta. Sen. Œd. ỳ. 309.

Utrumne clarus ignis, et nitidus stetit;
Rectusque purum verticem cœlo tulit,
Et summam in auras fusus explicuit comam;
An latera circa serpit incertus viæ,
Et fluctus ante turbidus fumo labat.

Et Stat. Theb. X. 593.

Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras
Ignem, et clara tamen medio fastigia lucis
Orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volvi, frangique rubore
Demonstrat dubio.

Eurip. Phœniss. ℣. 1072.

—— ἐμπύρους τ' ἀκμὰς
Ῥήξεις τ' ἰνώμων, ὑγρότητ' ἐναντίαν,
Ἄκραν τε λαμπάδ', ἢ δυοῖν ὅρους ἔχει,
Νίκης τε σῆμα, καὶ τὸ τῶν ἡσσωμένων.

Vid. Valc. in loco. MORELL. Verius est intelligere fulgura aliosque ignes cœlestes. SCHUTZ.

℣. 498. ΕΞΩΜΜΑΤΩΣΑ. Sic Suppl. ℣. 476.

Ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον. SCHUTZ.

Sic primi homines gustatis pomis mysticis *aperuere oculos*. Jo. MULLER.

℣. 503. ΜΗ ΜΑΤΗΝ ΦΛΥΣΑΙ ΘΕΛΩΝ. Φλύειν proprie *fervere*, h. l. est *nugas loqui: vana jactare*. Similiter *ebullire* apud Cic. de Fin. V. 27. *Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam*. SCHUTZ.

℣. 505. ΕΚ ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ. Præpositio ἐκ causam aut originem rei aliquando significat, ut grammaticis quoque observatum est. Itaque ἥκουσι intelligi potest, quasi dicat, Omnes artes a Prometheo ad homines venere. Quod etiam sine ellipsi Lucianus Gall. c. 15. Κἀξ ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν ἥξειν ἐλπίζειν. GIAC. Vid. Joach. Camerar. in Decuriis, Probl. II. 2. S. BUTLER.

℣. 508. ΤΩΝΔΕ Σ' ΕΚ ΔΕΣΜΩΝ ΕΤΙ ΛΥΘΕΝΤΑ. Vocabulum ἔτι, si jungas τῷ ἰσχύσειν, vacabit Attice; ut ℣. 906. Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς ἔσται ταπεινός. Sin referas ad λυθέντα valebit, *posthac, olim*. ABRESCH. Τὸ ἔτι si ad ἰσχύσειν referatur non vacabit, sed eandam habebit significationem quam cum τῷ λυθέντα conjunctum habet—*olim, posthac*; sic et 906. S. BUTLER.

℣. 511. ΠΕΠΡΩΤΑΙ. Vel πέπρωται active intelligendum, ut sensus sit, *Non sane ista sic perficere decuit Parca*; quæ ratio mihi quidem optima et facillima videtur: vel si πέπρωται passive positum sit, interpretandum; *Non sane hæc ita Parcam perficere* constitutum, seu *fato decretum est*. Ut nominativus cum infinitivo, et verbo passivo constructus, accusativi cum infinitivo vicem expleat. SCHUTZ.

℣. 512. ΔΥΑΙΣ ΤΕ ΚΑΜΦΘΕΙΣ. Simili metaphora Psalm. lxviii. 24. Καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. Et noster supra, ℣. 306.

Πημοναῖσι κάμπτομαι. GIAC.

Ibid. ΩΔΕ ΔΕΣΜΑ ΦΥΓΓΑΝΩ. Sibi constat ista dicens Prometheus, jam enim supra se, quæ sibi eventura essent, prævidere professus erat. SCHUTZ.

℣. 513. ΤΕΧΝΗ Δ' ΑΝΑΓΚΗΣ ΑΣΘΕΝΕΣΤΕΡΑ ΜΑΚΡΩι. Ex his

verbis colligitur, Chorum, saltem ut Prometheus ejus verba ceperit, spem suam de futura Promethei in pristinam salutem restitutione tantum in ejus calliditate positam habuisse. SCHUTZ.

Ibid. ΜΑΚΡΩι. Μέτρῳ supplendum esse monet LAMB. Bos. Ellips. Græc. p. 141.

ỷ. 514. ΟΙΑΚΟΣΤΡΟΦΟΣ. Sept. Th. ỷ. 62.

Σὺ δ' ὥστε νεὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος. S. BUTLER.

ỷ. 515. ΜΟΙΡΑΙ ΤΡΙΜΟΡΦΟΙ ΜΝΗΜΟΝΕΣ Τ' ΕΡΙΝΝΥΕΣ. Tres Parcæ. Μορφὴ enim hic personam significat. Parcæ autem fata decernunt, Furiæ exsequuntur. SCHUTZ. Erinnyas vero memorat, exsecrationis qua Jovem Saturnus devoverat haud oblitus. S. BUTLER.

Ibid. ΤΡΙΜΟΡΦΟΙ. Namque facta, præsentia, futuraque fato pendent. JO. MULLER.

ỷ. 516. ΤΟΥΤΩΝ ΑΡ' Ο ΖΕΥΣ. De Fatorum in Deos, et vero in Jovem ipsum potentia, Max. Tyr. Diss. XI. 5. Τίνα τοίνυν ἄποινα δόντες τῇ εἱμαρμένῃ ἐκλυσόμεθα ἑαυτοὺς τῆς ἀνάγκης καὶ τοῦ δεσμοῦ; τίνα χρύσου; τίνα θεραπείαν; τίνα θυσίαν; τίνα εὐχήν; ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ζεὺς αὐτὸς εὕρατο παρ' ἐκείνης ἀποτροπὴν, ἀλλ' ὀδύρεται,

Ὤ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι. GIAC.

Cf. supra ỷ. 104. et quæ ibi annotata. S. BUTLER.

ỷ. 521. ΤΟΝΔΕ Δ' ΟΥΔΑΜΩΣ ΚΑΙΡΟΣ ΓΕΓΩΝΕΙΝ. Poetam μυστὴν nullus dubito: inde theologiæ mythicæ vicissitudines auguratur, dicere nefas habet. JO. MULLER.

ỷ. 523. ΤΟΝΔΕ ΓΑΡ ΣΩΖΩΝ ΕΓΩ. Quod olim de Æschylo annotarunt quidam, eum in Prometheo Vincto quædam non satis concinne, nec apte, prout Tragœdiæ leges requirebant, confinxisse, eo illud vel maxime referendum putarim, quod in eadem fabula de futura Promethei liberatione tam ambigue atque perplexe loquitur, ut ipse sibi nequaquam constare possit. Nam cum de Promethei solutione duæ ferantur diversæ sententiæ, quarum altera eum a Jove, cum illum, ne Thetidem duceret, admonuisset, liberatum tradit; altera Herculi, cum quidem a Themide Jupiter admonitus fuisset, facinus hoc tribuit: Æschylus harum non alterutram, sed utramque simul et nunc hanc, nunc illam, permagna cum confusione sequitur. Ac de Jove quidem liberaturo, sic apud ipsum loquitur Prometheus:

——— τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ
Δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

Et,

Τοιῶνδε μόχθων ἐκτροπὴν οὐδεὶς θεῶν
Δύναιτ' ἂν αὐτῷ, πλὴν ἐμοῦ, δεῖξαι σαφῶς.

Et,

Οὐκ ἔστιν αἴκισμ' οὐδὲ μηχάνημ', ὅτῳ
Προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
Πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.

De Hercule vero hæc ad Jovem profert,

Σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς
Τόξοισι κλεινὸς, ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ
Λύσει.——

Et ad ipsum Vulcanum initio fabulæ,

——ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.

Quid quod eodem in loco quodammodo utramque historiam Poeta confundit? ubi hæc sunt ejus ἀμοιβαῖα.

ΙΩ. Οὐδ' ἐστὶν αὐτῷ (Ζηνὶ) τῆσδ' ἀποστροφὴ τύχης;
ΠΡ. Οὐ δῆτα, πρὶν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθῶ·
ΙΩ. Τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐστὶν ἄκοντος Διός;
ΠΡ. Τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.

In Προμηθεῖ λυομένῳ certe Herculem videtur hujus liberationis auctorem fecisse, quantum ex ejus fabulæ fragmentis, quæ apud Strabonem, Halicarnass. et Galenum extant, colligere licuit. Id autem nequaquam ab Hercule Jovis jussu præstitum fuisse, ut volunt quidam, facile convincunt versus proxime citati, in quibus legitur ἄκοντος Διός. Quin et qui Jovi liberationem tribuunt, ut Lucianus, in ea Vulcani operam, non Herculis, intercessisse tradunt. CANTERUS, Nov. Lect. II. 19. Poetas quidem Græcos alios aliam mythologiam sequi notissimum est. Æschylus vero totam hanc Promethei fabulam aliter ac cæteri tractat, neque enim Prometheum Caucaso alligatum, neque ob ignem tantummodo suffuratum, sed alia quoque beneficia in mortales collata, pœna affectum tradit. Ut vero tollatur illa, quam doctissimus Canterus adnotavit, ambiguitas, quid si fingamus hanc Æschyli mentem fuisse, primum ut Prometheus quidem ab Hercule, Jove abnuente vel non probante, liberaretur, deinde, ut a vinculis, quæ sic illi liberato Jupiter indignabundus iterum circumdaturus esset, prolato de Thetidis nuptiis indicio, jussu ipsius Jovis in tanti beneficii gratiam solveretur. Haud absimili ratione Æschylus Prometheum nunc in Scythia Europæa vinctum facit; at ỷ. 1020 ad secundam religationem in Caucaso alludit, quæ plerisque prima notior est, forte ob famam Herculis. S. BUTLER.

ỷ. 530. ΘΟΙΝΑΙΣ ΠΟΤΙΝΙΣΣΟΜΕΝΑ. Loquuntur Nymphæ de conviviis quæ Dii agitabant apud patrem Oceanum, laute et dapsiliter, mactatis bubus. Notissima sunt illa Homeri, Il. Α'. 423.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα· θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Θοῖναι igitur hic proprie sunt convivia, et θοίναις scriptum pro ἐν θοίναις. PAUW. Quo minus ita explicemus vocabulum ὁσίαις prohibet, cui pietatis significatio inest, quæ certe in θοινὰς non caderet, si *epulas* potius quam *sacrificia* notaret. Ut igitur Pauwii argumento occurramus, monendi sunt lectores, h. l. Æschylum humanæ vitæ consuetudinem ad Nymphas transtulisse; quemadmodum in Prometheo Soluto sanguinem Iapeti

filio tribuerat, quamvis ille humanum corpus humanumque sanguinem habere non crederetur. Probabiliter autem Nymphæ sacrificare finguntur, quia, quamvis Deæ, tamen cœlestium Deorum numine multo inferiores erant. SCHUTZ.

ỳ. 533. ΜΗΔ' ΑΛΙΤΟΙΜΙ ΛΟΓΟΙΣ. Promethei audaciam loquendi figit. SCHUTZ.

ỳ. 535. ΕΚΤΑΚΕΙΗ. Videtur a scriptura in tabulis cereis petitum esse, quæ igni admoto aut solis radiis colliquescit, adeoque deletur. SCHUTZ.

ỳ. 536. ΗΔΥ ΤΙ. Talis religio et pietas efficiunt vitam diuturnam, tranquillam, fiducia plenam, et lætam. Contra video evenire illis qui negligunt pietatem et religionem; in quo cum cerno te dilacerari, *φρίσσω, inhorresco.* GARB. Ἡδύ τι, *Profecto dulce est.* Τί enim h. l. intendendi aut asseverandi vim habet. SCHUTZ.

ỳ. 547. ΦΕΡ' ΟΠΩΣ ΑΧΑΡΙΣ. Theocr. Idyll. ỳ. 37.

—— ἰδ' ἁ χάρις ἐς τί ποθέρπει. GIAC.

Ibid. ΧΑΡΙΣ ΑΧΑΡΙΣ, Dupliciter dicitur χάρις ἄχαρις, hic enim est beneficium pro quo aliquis damnum reportat: at Choeph. ỳ. 40, est munus quod ei, cui fertur, parum gratum est. SCHUTZ. De ejusmodi oxymoro vide infra ad ỳ. 903. Pers. ỳ. 682. et sæpe alibi. S. BUTLER.

ỳ. 550. ΟΛΙΓΟΔΡΑΝΙΗΝ. Hector gravissime vulneratus nec membris tantillum valens, Homero Il. Ε'. 843. ὀλιγοδρανέων dicitur: quod Barnesius reddit *animam agens,* melius *impotens,* ut ibi Scholiastes. Ὀλιγοδυναμῶν, ὀλίγον ἰσχύων. GIAC.

ỳ. 551. ΙΣΟΝΕΙΡΟΝ. Soph. Œd. Tyr. ỳ. 1210.

Ὦ γενεαὶ βροτῶν, ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν
Ζώσας ἐναριθμῶ.

Et Ajac. ỳ. 125.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Aristoph. Av. ỳ. 688.

—— φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι,
Ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνὰ
Ἀπτῆνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ, εἰκελόνειροι.

Pind. Pyth. VIII. 135.

Ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔτις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. MORELL.

Sic et Æschylus Britannus in loco illo sublimi ac notissimo, *Tempest,* Act. IV. ——*We are such stuff*
As dreams are made of. S. BUTLER.

ỳ. 553. ΤΑΝ ΔΙΟΣ ΑΡΜΟΝΙΑΝ. Dogma Pythagoricum. BENTL. Ὅρον, ἁρμὸν, et hinc θέλημα, ut exponit Schol. infra, ỳ. 620. Βούλευμα Δῖον. Alias simpliciter notat συμφωνίαν, unde de eodem Jove Aristid. tom. I. p. 9. σὺν ἁρμονίᾳ καὶ προνοίᾳ πάντα ποιεῖ. Vid. et Jul. Polluc. VI. 33. ABRESCH.

ỳ. 557. ΔΙΑΜΦΙΔΙΟΝ ΜΕΛΟΣ. Potest etiam haberi pro parasceue ad sequentem actum, et ad Iûs lamentationem, ut jam aliquid de ea audierit. GARB.

Ibid. ΠΡΟΣΕΠΤΑ. *Advenit.* Sic ỳ. 645.

Ὅθεν μοι σχετλία προσέπτατο.

Soph. Ajac. ỳ. 283.

Τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο. GIAC.

ỳ. 561. ΗΣΙΟΝΗΝ. Recte Schol. Α'. Τὴν ὁμοπάτριον ἡμῖν Ἡσιόνην. Erat enim Oceanis. At secundum Apollodorum, II. 1. Nauplii conjux, ex quo peperit Palamedem. Interpres Italus, nescio qua de causa, reddit *mia sorella* ERMIONE. S. BUTLER.

IV.

ỳ. 563. ΤΙΣ ΓΗ. Hæc quarta hujus Fabulæ pars est ἐπεισόδιον quoddam, in quo exprimuntur errores, fatum, et fortuna varia Iûs.—Non est hoc negotium alienum ab argumento fabulæ et Promethei negotio.—Utraque hæc persona, cum altera, ad solatium quoddam, communicat querelas de suis ærumnis ab eodem Jove acceptis; et tempus utriusque fortunæ fuit idem. Quin et ipse Prometheus ex posteris Ius erat consecuturus Herculem liberatorem sui. GARB. Commode Chori canticum interrumpitur Ius Inachidis interventione, ac ne longiore Chori et Promethei colloquio tædium spectatoribus obrepat, tempestive cavetur. Ius vero persona et apte introducitur, quoniam Inachi filia est, cujus sorores sunt Oceanitides, e quibus Chorus constat; et probabiliter, quia Io tot erroribus acta, facile etiam ad desertam hanc rupem, quamvis ab aliorum hominum vestigiis longissime remotam, aberrare potuit. Prima vero Ius μονολογία affectus et perturbationis plenissima est, mentis etiam furore concitæ imago verissimis coloribus expressa. SCHUTZ.

Ibid. ΤΙΣ ΓΗ; ΤΙ ΓΕΝΟΣ; Secum loquitur Io. Nec *terram* ubi pedem ponit, nec *genus* Nympharum, nempe Prometheum circumstantium, agnoscit. SCHUTZ.

ỳ. 565. ΧΕΙΜΑΖΟΜΕΝΟΝ. Soph. Trach. ỳ. 120.

——Τὸ δ' αὔξει βιότου

Πολύπονον, ὥστε πέλαγος Κρήσιον.

Eurip. Hippol. ỳ. 315.

Ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι. MORELL.

Χειμαζόμενον proprie *hiemantem*, h. l. tralate *afflictum*, *laborantem*. Fieri tamen potest ut simul ad diuturnam Promethei captivitatem, atque ad frigora Scythiæ respexerit. SCHUTZ.

Ibid. ΤΙΝΟΣ ΑΜΠΛΑΚΙΗΣ ΠΟΙΝΑΙΣ ΟΛΕΚΗι.; Nihil enim aliud suspicari poterat Io, quam se latronem aliquem, aut similis forte sceleris reum videre, qui hic delictorum pœnas luat. SCHUTZ.

ỳ. 567. ΠΕΠΛΑΝΗΜΑΙ. Postquam hæc dixit Io, novo furoris accessu se agitari sentit. Videre enim videtur Argi umbram vestigiis suis insistentem. Egregie vero adumbravit Æschylus Ius animum spectri phantasia perterritum; ejusque oratio

mirabiliter ad anxietatem animi prodendam conformata, si justa præsertim actoris pronuntiatione fuerit adjuta, vehementem theatro terrorem incusserit necesse est. SCHUTZ.

ỷ. 568. Α, Α, ΕΑ, ΕΑ. Hæ interjectiones primum terrorem ex visione Argi conceptum apte et graviter signant. SCHUTZ.

ỷ. 569. ΧΡΙΕΙ ΤΙΣ ΑΥ ΜΕ. Quod dicit *iterum*, id scite et convenienter spectatoris cogitationem ad ea, quæ extra scenam gesta sunt, traducit. SCHUTZ.

Ibid. ΟΙΣΤΡΟΣ. Œstrum proprie est insectum armentis infestum, alias asilus. Virg. Georg. III. 147.

Asper, acerba sonans; quo tota exterrita sylvis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther
Concussus, sylvæque, et sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ.

Nimirum poetæ qui Inachi filiam in juvencam a Jove mutatam esse tradunt, iidem quoque eam œstro sive asilo a Junone immisso agitatam fuisse narrant. At enim cum Tragicus noster metamorphosin Ius in vaccam non agnoscat, sed tantum faciem ejus deformatam et cornibus dedecoratam esse perhibet, οἶστρος, h. l. non de bestiola illa boves aculeo suo figente, sed de quovis terriculamento intelligendus; adeoque hoc vocabulum non propria sed translata significatione poni existimandum est. Cf. ỷ. 582. ỷ. 600. ỷ. 674. et seq. ỷ. 683. In quo iterum Æschylus, quam bene quid scenicæ fabulæ dignitatem deceat, perspexerit, ostendit. Variis enim spectris ac terriculamentis Inachi filiam in furorem agi, nobile erat phantasma, et cothurno dignum; si vero eam tanquam veram juvencam ab asilo actam in scenam produxisset, incredulus utique spectator ineptam hanc fabulam odisset, quæ forte ab aliquo metamorphoseωn scriptore probabiliter narrari poterat, in scena vero repræsentata sibilum potius hominum venustiorum quam plausum excitasset. Ceterum non nego in phrasi χρίει με οἶστρος, allegoriam ab aculeo illius bestiolæ ductam esse. SCHUTZ.

ỷ. 570. ΕΙΔΩΛΟΝ ΑΡΓΟΥ. Nempe, collatis ỷ. 679. et seqq. donec vivebat Argus ipse miseram agitabat; postquam vero occisus erat saltem ejus umbra vagam puellam terrebat. Hoc autem spectro animus tantum Ius, non oculi feriebantur; neque vero spectatores hanc umbram, quasi propriam figuram et numen habentem, videbant; quanquam in Persis Darii εἴδωλον sic in scenam produxit, ut oculis a spectatoribus cerneretur, quod inter Anglos Shakespearius in nobilissima Hamleti Tragœdia, deinde, haud pari tamen successu, inter Francogallos Voltarius in Semiramide tentavit. Cæterum cum h. l. comparandum Œdipodis dictum apud Sophoclem. Œd. Tyr. ỷ. 1325.

——— οἴμοι
Οἴμοι μάλ' αὖθις· οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα
Κέντρων τε τῶνδ' οἴστρημα, καὶ μνήμη κακῶν. SCHUTZ.

Ibid. ΛΑΕΥ' Ω ΛΑ. Eodem verbo utitur Suppl. ℣. 537.

Ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας.

Quod nonnulli *mari immerge* perperam interpretantur. Addi possunt Sept. Theb. ℣. 87. ℣. 143. et Eumen. ℣. 877. Οἶ οἶ ἒε, φεῦ. S. BUTLER.

℣. 575. ΝΗΣΤΙΝ. Malim accipere a νὴ et στάσις, *errabundam*, quam a νηστεύω, *jejunam*. Sic mox, ℣. 601.

Σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις
Λαβρόσσυτος ἦλθον.

Ubi vertendum *concitatis, errare facientibus*, quod ex contextu liquet. Cf. etiam Agam. ℣. 201. S. BUTLER.

Ibid. ΑΝΑ ΤΑΝ ΠΑΡΑΛΙΑΝ ΨΑΜΜΟΝ. Hæc imago solitudinis miseram Ius conditionem exaggerat. SCHUTZ.

℣. 576. ΟΤΤΟΒΕΙ ΔΟΝΑΞ. Plutarch. Περὶ ἀοργησίας, p. 810. Is. CASAUB. Ὑπὸ ὀττοβεῖ per tmesin pro ὑποττοβεῖ. Præpositio tamen ὑπὸ ut sæpe in compositis fieri solet, hic plane otiosa est. SCHUTZ. Equidem viro doctissimo vix assentior, idem enim inter ὀττοβεῖ et ὑποττοβεῖ interest, quod inter *canit* et *succinit*; et ὑποττοβεῖ de submissiore fistulæ admurmuratione somnum inducente libenter intellexerim. S. BUTLER.

℣. 577. ΑΧΕΤΑΣ ΥΠΝΟΔΟΤΑΝ ΝΟΜΟΝ. Sic Aristoph. Pac. ℣. 1160. Ἡνίκ' ἂν ἀχέτας ᾄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον. MORELL. Ὑπνοδόταν νόμον vel ornandæ tantum imaginis causa adjectum est, vel, quod melius placet, ad miserationem commovendam. Cum enim Io molesto lassitudinis sensu premebatur, tum hoc accedebat ad ejus miseriam, quod fistulæ cantus somnum invitaret, quo tamen ob perpetuam Argi fugam frui non licebat. SCHUTZ.

Ibid. ΙΩ, ΙΩ, ΠΟΙ. Inde ab hoc versu dispelluntur Ius phantasiæ, jamque se colligit ex furore, et ad se redit. SCHUTZ. Ποῖ, ποῦ, πῆ, sunt ἰσοδύναμα, eaque hic copulantur ut omnia, quæ motum ad locum indicant, adsint quasi simul. Ita perturbati solent. PAUW.

℣. 582. ΟΙΣΤΡΗΛΑΤΩι ΔΕΙΜΑΤΙ. Larvæ enim et intemperiæ virginem agitabant. Hanc insaniam, simul ac se ex furore recepit, flebiliter queritur, sicut Ajacem Sophocleum, postquam ad se rediit, eorum pœnitet, quæ furore percitus perpetraverat. SCHUTZ.

℣. 583. ΠΑΡΑΚΟΠΟΝ. Suidas. Παρακοπὴ φρενῶν· Ἡ φρενιτίασις· Παραπλὴξ· τὸν νοῦν παρατετραμμένος· Noster Eumen. ℣. 330.

—— παρακοπὰ,
Παραφορὰ, φρενοδαλής. S. BUTLER.

Job. vii. 14. *Terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties. Quamobrem elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea.* MORELL. Παράκοπον, *amentem*, nempe non ignorat se per intervalla furore corripi. SCHUTZ.

℣. 584. ΠΥΡΙ ΦΛΕΞΟΝ. Incredibiliter angit animum spectatoris, cum, ut se Jupiter igne potius comburat aut terra

abscondat aut in mare projiciat, optat; quam ærumnosam enim ac deplorabilem ejus vitam esse oportet, cui nullus mortis gradus adeo terribilis est, quin tali vita optabilior esse videatur! SCHUTZ.

ỷ. 585. ΔΑΚΕΣΙ ΔΟΣ ΒΟΡΑΝ. Suppl. ỷ. 274.

——'Ανῆκε γαῖα μήτη καὶ δίκη.—— S. BUTLER.

ỷ. 588. ΟΥΔ' ΕΧΩ ΜΑΘΕΙΝ. His verbis commodum sibi transitum parat ad colloquii cum Prometheo instituendi argumentum. SCHUTZ.

ỷ. 590. ΤΑΣ ΒΟΥΚΕΡΩ ΠΑΡΘΕΝΩ. Quærendum hic se offert an Io revera sub juvencæ forma in scenam prodierit, an metamorphosin istam pro imaginaria tantum haberi voluerit poeta, ac proinde eam virginalem speciem nihilominus retinentem spectandam exhibuerit. Priorem sententiam tuetur Dacierius ad Aristotelis poeticam; alteram P. Brumoy, rem nimis ridiculam esse causatus virginem sub specie bovina latentem. Et profecto quodcunque sic exhiberetur incredulus odisse debebat spectator. Mediam tamen quandam sententiam veriorem esse arbitror. Hanc enim metamorphosin intra imaginationem maxima ex parte constitisse patet ex hoc quod Prometheus Ioi, ỷ. 847. prædicit, Jovem sc. in Ægypto eam demum post errores finitos manu attrectantem ac palpantem ἔμφρονα, *mentis compotem*, redditurum; cum si revera in juvencam fuisset mutata, de forma pristina ei restituenda potius fuisset procul dubio locutus. Cornutam tamen frontem gessisse vel ex hoc versu verisimile est, ubi a Choro disertis verbis βουκέρως παρθένος appellatur. HEATH.

Ibid. ΒΟΥΚΕΡΩ. Lycophr. ỷ. 1292.

Οἱ τὴν βοῶπιν ταυροπάρθενον κόρην
Λέρνης ἀπηρείψαντο. MORELL.

ỷ. 596. ΤΙΣ ΩΝ ΤΙΣ ΑΡΑ. Repetitio pronominis τίς in τίς ὤν, τίς ἄρα, admirationem significat. In his autem versibus collocatio verborum μογερᾷ, τάλας, τὰν ταλαίπωρον, ad misericordiam commovendam perquam apposita. Sperat enim Io, quia ipsum Prometheum ærumna laborantem videt, eum ad levandas aliorum miserias, si quo modo possit, promptum ac paratum fore. SCHUTZ.

ỷ. 600. ΚΕΝΤΡΟΙΣΙ ΦΟΙΤΑΛΕΟΙΣΙΝ. Tota hæc allegoria, in qua præclare servatus est translationis tenor, a similitudine equi stimulis ad cursus celeritatem excitati ducta est. Notandum vero est multis adjectivis, quæ alias intransitive ponuntur, Æschylum transitivam vim tribuere, ut enim hic φοιταλέος, quod proprie significat *errabundus*, h. l. est *in errores conjiciens*, *ad cursum concitans*; sic paulo post νῆστις, alias *jejunus*, ponitur pro *famem*, sive *inediam afferens*. Cf. Agam. ỷ. 201. SCHUTZ. At vero νῆστις nec hic nec supra, ỷ. 575. jejunum significat, sed *irrequietum* a νῆ et ἵστημι. S. BUTLER.

ỷ. 601. ΣΚΙΡΤΗΜΑΤΩΝ ΑΙΚΙΑΙ. Nihil aliud sunt quam

πυρτήματα αἰκίζοντα, *saltus corpori nocentes*, sc. *corpus anhelitu et fatigatione exercentes.* SCHUTZ.

ỳ. 608. ΔΕΙΞΟΝ ΕΙΠΕΡ ΟΙΣΘΑ. Post δεῖξον apte a poeta additum εἴπερ οἶσθα, nondum enim norat Io Prometheum; adeoque, nisi hanc dubitandi formulam subjunxisset, eam a primo quoque obvio, futuri temporis exitum sciscitari mirum videri debuisset. SCHUTZ.

ỳ. 611. ΟΥΚ ΕΜΠΛΕΚΩΝ ΑΙΝΙΓΜΑΤ'. Eurip. Med. ỳ. 282.

Οὐδὲν δεῖ περιαμπίσχειν λόγους·

et sic supra noster, ỳ. 520. ξυναμπίσχεις. GIAC. Optimus Stanleius dativum singularem vult esse, legens in notis αἰνίγματι; sed quia rarissima est istiusmodi apocope malim pro accusativo plurali habere, αἰνίγματα, ut sit, *Dicam, non ænigmata involvens, sed sermone simplici.* S. BUTLER.

ỳ. 612. ΟΙΓΕΙΝ ΣΤΟΜΑ. Non aliud significant hæ voces h. l. quam simpliciter *loqui*. Sic in SS. Judic. xi. 35. Jephtha filiæ suæ dicit, Ἤνοιξα κατά σου τὸ στόμα μου πρὸς τὸν Κύριον, καὶ οὐ δυνήσομαι ἀποστρέψαι. Cui filia respondet, Πάτερ, ἤνοιξας τὸ στόμα σου πρὸς Κύριον; ποίησόν μοι ὃν τρόπον ἐξῆλθεν ἐκ στόματός σου. Utroque in loco *aperire os* nihil aliud est quam *loqui*. Job iii. 1. Μετὰ τοῦτο ἤνοιξεν Ἰὼβ τὸ στόμα αὐτοῦ, *Post hæc Job aperuit os suum*, h. e. *locutus est.* Psalm. lxxvii. 2. Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, *Aperiam in parabolis os meum*, h. e. *loquar in parabolis:* qui locus citatur Div. Matthæo, xiii. 35. qui etiam dicit, v. 2. Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ. Sic etiam Act. viii. 35. et x. 34. et xviii. 14. Olearius de stylo Nov. Test. p. 249. Ebraismum hæc esse contendit, qualia apud Nov. Test. reperiuntur plurima, et ἀνοίγειν στόμα valere idem quod *libere loqui*. Schuartius etiam, qui collatis optimis apud Græcos auctoribus, Nov. Test. stylum tuetur, ἀνοίγειν στόμα exponit *libere loqui*, multasque affert dicendi formulas, αἴρειν φωνὴν, ῥηγνύναι φωνὴν, κ. τ. λ. quæ certe *simpliciter loqui* non significant. Hic vero Æschylum auctorem habemus nihil aliud esse ἀνοίγειν στόμα quam *simpliciter loqui*. GIAC. Sed Æschylus, πρὸς φίλους οἴγειν στόμα, *ad amicos*, h. e. *libere*. S. BUTLER.

ỳ. 613. ΠΥΡΟΣ ΒΡΟΤΟΙΣ ΔΟΤΗΡ'. Verbalia eundem regunt casum quem verba transitiva a quibus derivantur. Demosth. Philipp. I. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐχθροὶ καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς τοιούτους ἀποστόλους, ubi quidam legunt τῶν τοιούτων ἀποστόλων, sed idem est ac τεθνᾶσι τῷ δεδιέναι τοὺς τοιούτους ἀποστόλους. Noster Sept. Theb. ỳ. 295.

Γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι
Ζωπυροῦσι τάρβος
Τὸν ἀμφιτειχῆ λεών·

ubi τάρβος λεὼν idem est quod ταρβεῖν λεών. *Nam propinquæ cordi sollicitudines incendunt timorem populi circumdantis mœnia*, h. e. *faciunt vehementius ut* timeamus populum etc. Sed de his verbalibus plenius disputatum apud Observ. Misc. Crit. vol. VIII. tom. III. p. 345. GIAC.

τὴν ... ΤΗΝΔΕ ΔΩΡΕΑΝ. H. e. quam mox petitura sum; nempe, quis te scopulo affixit. S. Butler.

℣. 619. ΕΝ ΦΑΡΑΓΓΙ Σ' ΩΧΜΑΣΕ. Supra, ℣. 4.

——τῶνδε πρὸς πέτραις
Ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι. S. Butler.

℣. 625. ΤΑΔΕ. Solent profecto Tragici ubi τόδε poni posset τάδε tamen præferre, in fine versuum potissimum. Æsch. Prom. Vinct. ℣. 625. Soph. Aj. ℣. 1297. Phili ℣. 539. 540. Eurip. Hec. ℣. 604. Orest. ℣. 600. ℣. 787. ℣. 1583. ℣. 1600. Hipp. ℣. 1257. ℣. 1327. etc. Valcken. ad Eurip. Phœn. ℣. 430.

℣. 626. ΜΕΛΛΩ ΠΑΘΕΙΝ. Dicam verbo. Aoristis pro futuris Græci utuntur millies, cum res futuræ vel certo evenient, vel cito: atque sic μέλλω non minus aorista quam futura amat ex ipsius linguæ certissima indole et notissimo usu. Pauw. Illa metri necessitas de qua loquitur Thom. Magister Stanleio in annotationibus citatus q. v. non ad particulæ ἂν omissionem, sed ad verbum παθεῖν pertinere videtur; Grammaticus nempe opinatur Æschylum scripsisse παθεῖν pro πάσχειν metri causa, quia si πάσχειν scripsisset, in ultima senarii regione spondæum admisisset; quod ut effugeret eum παθεῖν scribere maluisse. Schutz. Aoristum recte postponi post verbum μέλλειν docet etiam Pors. ad Eurip. Orest. ℣. 929. S. Butler.

℣. 628. ΓΕΓΩΝΙΣΚΕΙΝ. Hesych. Γεγωνίσκει· λέγει· quæ tamen interpretatio vim verbi haud satis exprimit: γεγωνέμεν et γεγωνεῖν eodem Hesychio sunt ἐξάκουστον φωνεῖν, ἐξάκουστον βοᾶν. Sic et γεγωνίσκειν apud Thucydidem, VII. 76. doctissimo Alberti laudatur ad h. l. Hesychii. Nec abludit Eustath. ad Il. Μ'. p. 909. Γεγωνίσκειν, τὸ φθέγγεσθαι ἐξάκουστον. Videndus Cl. Duker. ad locum Thucydidis allatum. S. Butler.

℣. 629. ΘΡΑΞΑΙ. A ταράσσω per syncopen. Soph. Œd. Tyr. ℣. 491. Markl. in Eurip. Suppl. ℣. 611. Morell.

℣. 632. ΜΗΠΩ ΓΕ. Quod h. l. Chorus Promethei narrationem interpellit, et Ius de causis morbi sui relationem exposcit, non solum ab ejus curiositate alienum non est, sed etiam ad variandum dialogi cursum utile, ne forte eadem persona diutius sermocinante auditoris attentio languesceret. Schutz.

℣. 636. ΥΠΟΥΡΓΗΣΑΙ ΧΑΡΙΝ. Apud Lucian. Contempl. c. 2. Mercurium alloquitur Charon his verbis, Ἀλλὰ δὸς ὦ Κυλλήνιέ μοι ἐς ἀεὶ μεμνησομένῳ τὴν χάριν, cui respondet ille, ὑπουργητέον δὲ ὅμως, ubi intelligendum χάριν, ut ex h. l. patet. Similis est constructio verbi ὑπουργέω cum accusativo apud Soph. Electr. ℣. 463.

Ὅμως δ' ἀδελφὴ, σοί θ' ὑπούργησον τάδε
Κἀμοί τ' ἀρωγά.—— Giac.

℣. 643. ΚΑΙΤΟΙ ΚΑΙ ΛΕΓΟΥΣ'. Constructio est nominativi, qui a posteriore verbo pendet, in accusativum ab antecedente rectum commutati, q. d. Καί τοι καὶ αἰσχύνομαι λέγουσα, ὅθεν μοι σχετλίᾳ ... όσσοντος χειμὼν καὶ διαφθορὰ μορφῆς προσέπτατο. Schutz.

ỳ. 646. ΑΕΙ ΓΑΡ ΟΥΕΙΣ. Initio narrationis sæpe ponitur γάρ. Sic infra, ỳ. 828.

Ἐστὶ γὰρ ἐλθεῖς πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα.

Videndus cl. Hoogeveen de Doctrina Partic. in hac voce. S. BUTLER.

Ibid. ΠΟΛΕΥΜΕΝΑΙ. Ionice ut supra, ỳ. 122. κινουχνοῦσιν. SCHUTZ.

ỳ. 650. ΙΜΕΡΟΥ ΒΕΛΕΙ ΠΡΟΣ ΣΟΥ ΤΕΘΑΛΠΤΑΙ. Supra, ỳ. 592. θάλπει κέαρ ἔρωτι. Recte observat Schol. τῷ βέλει proprie subdi debuisse βέβληται vel τίτρωται, sed retulisse poetam ad amoris ignem, non sagittas. Nostrum aperte imitatur Soph. Antig. ỳ. 1098. Ἀφῦκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα

Βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμῇ.

Ἱμέρῳ πεπληγμένον habes in Agam. ỳ. 1213. et Eurip. Med. ỳ. 556. ABRESCH. Apud Horatium Od. Cupido dicitur,

Semper ardentes acuens sagittas
Cote cruenta.

Adde e pluribus Sil. Ital. II. 398. ubi Venus ad Cupidines:

Tyriam pubem tacitis exurite telis.

Ipsæ sagittæ sunt amoris ignis, illas enim aiunt urere, fovere. Vix video itaque quid sibi velit Abreschius. STRUCHTMEYER. Animadv. Crit. I. 12.

ỳ. 652. ΠΟΛΑΚΤΙΣΗΙΣ. Metaphora ab equis ferocientibus, et quæ nocitura videntur repellentibus, de qua supra, ỳ. 323. S. BUTLER.

ỳ. 653. ΠΡΟΣ ΛΕΡΝΗΣ ΒΑΘΥΝ ΛΕΙΜΩΝΑ. Nimirum in vicinia fontis Lernæi convallis erat, in qua prata erant pascendis pecoribus idonea; his pratis vero colles imminebant. Βαθὺς λειμὼν est igitur *pratum in valle depressiore.* SCHUTZ. Interpres Gallicus, *Va dans les plaines fertiles de Lerne, dans les pâturages que ton père arrose; et contente l'œil amoureux d'un dieu infortuné.* Hæc ille quam solet licentius. Inachus enim non jam deus fluvialis, sed rex Argivorum erat. S. BUTLER.

ỳ. 655. ΤΟ ΔΙΟΝ ΟΜΜΑ. Sic ỳ. 620.

Βούλευμα μὲν τὸ Δῖον.—— S. BUTLER.

Ibid. ΟΜΜΑ ΛΩΦΗΣΗι ΠΟΘΟΥ. Per oculos sc. ad cor intrat desiderium. Itaque hic oculus pro corde. Nostrum imitatus Sophocles, Trach. ỳ. 557.

——ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ
Ὀφθαλμὸς ἄνθος.

Bellissimi sunt Nostri versus, Suppl. ỳ. 1010.

Καὶ παρθένων χλιδαῖσιν εὐμόρφοις ἔπι
Πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον
Τόξευμ' ἔπεμψεν, ἱμέρου νικώμενος.

Eurip. Hippol. ỳ. 525.

Ἔρως, ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων
Στάζεις πόθον.

Max. Tyr. Dissert. XXV. 2. Ἀρχὴ ἔρωτος ἄνθος σώματος, ἐρχόμενον εἰς ὀφθαλμοὺς, καὶ δι' αὐτῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ῥέον, ὁδοὶ γὰρ κάλλους ὀφθαλμοί. GIAC.

℣. 656. ΕΥΦΡΟΝΑΣ. Etymolog. Εὐφρόνη, ἡ νύξ· παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ. ἢ παρὰ τὸ εὐφραίνειν τὸ σῶμα διὰ τῆς ἀναπαύσεως. Vide illustrem Stanleium ad h. l. S. BUTLER.

℣. 659. ΟΔ' ΕΣ ΤΕ ΠΥΘΩ, Κ'ΑΠΙ ΔΩΔΩΝΗΝ. Recte Scholiastes anachronismi poetam redarguit. Est enim oraculorum omnium Dodonæum antiquissimum, Herod. II. 51. quod tamen non nisi post Deucalionis tempora a Pelasgis institutum creditur. S. BUTLER.

℣. 663. ΑΣΗΜΩΣ ΔΥΣΚΡΙΤΩΣ Τ' ΕΙΡΗΜΕΝΟΥΣ. Idem aliis verbis exprimit, quod jam vocabulo αἰολοστόμους significabatur. Quæ quidem synonimorum coacervatio et rem ipsam, sc. ambiguitatem oraculorum auget atque exaggerat. Sed etiam commotum Ius animum ostendit. SCHUTZ.

℣. 664. ΒΑΞΙΣ. Hesych. Βάξις· λόγος, φωνὴ, κληδών. Epitheton autem quod adjicit poeta, ἐναργὴς, minime est otiosum, nam βάξις vox est mediæ significationis. Soph. Electr. ℣. 638. κεκρυμμένην βάξιν· et ℣. 642. Σπείρῃ ματαίαν βάξιν. Et apud Nostrum Agam. ℣. 10. *rumorem*, et Suppl. ℣. 983. *popularem sermonem* indicat. S. BUTLER.

℣. 667. ΑΦΕΤΟΝ. Hesych. Ἄφετοι· οἱ ἱερόβόαι, καὶ ἀπολελυμένοι. Legendum ἱεροὶ βόες ex emendatione Kusteri, quem suadeo videas apud doctissimum Alberti in hac voce. Nimirum, ut ait ille, veteres animalia, quæ Deo alicui consecrassent, e custodia sua dimittebant et libere per campos sylvasque errare sinebant. Hinc peculiaris huic loco elegantia, Io enim, quasi Jovi dedicata, a patre dimittitur. Nec abludit apud eundem Hesychium Διὸς βοῦς· ὁ τῷ Διῒ ἄνετος βοῦς, ὁ ἱερός· ἔστιν δὲ ἑορτὴ Μιλησίων. Crediderim equidem poetam ex idearum consociatione quam vocant, Ioi in vaccam mutatæ hoc epitheton tribuisse, at quam eleganter! S. BUTLER.

℣. 672. ΑΛΛ' ΕΠΗΝΑΓΚΑΖΕ ΝΙΝ. Ἀλλὰ refertur ad ἄκων q. d. *invitus quidem, sed quid faceret,* etenim cogebat eum Jupiter. SCHUTZ.

℣. 674. ΕΥΘΥΣ ΔΕ ΜΟΡΦΗ ΚΑΙ ΦΡΕΝΕΣ ΔΙΑΣΤΡΟΦΟΙ. Soph. Aj. ℣. 449. ——ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι. ABRESCH.

℣. 676. ΜΥΩΠΙ ΧΡΙΣΘΕΙΣ. Suppl. ℣. 313.

Βοηλάτην μύωπα κινητήριον
Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας·

ubi vide quæ ab illustri Stanleio sunt annotata. S. BUTLER. Ὀξυστόμῳ μύωπι χρισθεῖσα non interpretor *asilo acutam proboscidem habente compuncta*, sed potius *stimulo* furoris *acuto læsa*, quod omnino fictio de vero œstro, sive asilo, Ius vestigia persequente ab hac tragœdia ejusque œconomia abhorrere videtur. Cf. quæ diximus ad ℣. 568. et seqq. Et sicut κεράστις ad μορφῆς διαστροφὴν versu antecedente memoratam spectat, sic ὀξυστόμος μύωψ ad φρενῶν διαστροφὴν referendum est. SCHUTZ.

Ibid. ΕΜΜΑΝΕΙ ΣΚΙΡΤΗΜΑΤΙ. Singularis hic numerus pluralis loco adhibitus perpetuitatem cursus absque intermissione signat. Cf. ỷ. 601, 602. SCHUTZ.

ỷ. 677. ΗΙΞΣΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΠΟΤΟΝ ΤΕ, κ. τ. λ. Io in vaccam mutata ad Cenchreæ irrigua et Lernæ pascua, ubi ποίμναι et βουτάσεις Inachi patris, ferebatur primo statim impetu θεοσσύτῳ, ut pars fieret gregis, et sic etiam, sed mutata πρὸς Λέρνης βαθὺν λειμῶνα accessit virgo, quam amplexari ibi potuisset Jupiter, si Argus statim a Junone non fuisset appositus. PAUW.

ỷ. 679. ΑΚΡΑΤΟΣ ΟΡΓΗΝ. Sicut ἄκρατος οἶνος vinum merum est, hic ἄκρατος ὀργὴν meram bilem exprimit. Dignus est qui consulatur Ovidius, Met. I. 625. Et Val. Flacc. Arg. IV. 351. quem suadeo videas. S. BUTLER.

Ibid. ΠΥΚΝΟΙΣ ΟΣΣΟΙΣ ΔΕΔΟΡΚΩΣ. Et rurs. Suppl. ỷ. 310. πανόπτην οἰοβουκόλον Argum vocat. S. BUTLER.

ỷ. 681. ΑΙΦΝΙΔΙΟΣ ΜΟΡΟΣ. Quo pacto id acciderit, in ambiguo relinquit Æschylus, fabulamque, quæ eum a Mercurio occisum esse perhibet, scire se dissimulat. SCHUTZ.

ỷ. 682. ΟΙΣΤΡΟΠΛΑΞ. Suppl. ỷ. 17.

—— τῆς οἰστροδόνου

Βοός.——

Et supra in hac ipsa tragœdia, ỷ. 591.

—— οἰστροδινήτου κόρης. GIAC.

ỷ. 683. ΜΑΣΤΙΓΙ ΘΕΙΑι. Simili metaphora LXX. interpretes Job xxi. 9. Μάστιξ παρὰ Κυρίου οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς. GIAC. Hom. Il. Ν'. 812. Ἀλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Ἀχαιοί. Solet μάστιξ pro quovis cruciatus genere sumi: unde nonnunquam pro ultione divina accipitur. Æsch. Sept. Th. ỷ. 614. Vid. Potter. in Lyc. ỷ. 436. MORELL. Μάστιξ θεία de divinitus immisso furore, ut antea, ỷ. 598. Θεόσσυτος νόσος κέντροισι φοιταλέοισι μαργαίνουσα. SCHUTZ.

Ibid. ΓΗΝ ΠΡΟ ΓΗΣ. Cicero Epist. ad Attic. XIV. 8. *Itaque* γῆν πρὸ γῆς *cogito.* Se longissime a discordiis civilibus, quas gliscere et serpere sentiebat, profugere velle dicit; id enim verbum illud Græcum significat usurpatum Æschylo; quo fit ut illas editiones probare non possem, quæ *pro* Latine scribunt, nec verisimile est unam ob syllabam Ciceronem voluisse bilinguem esse. TURNEB. Advers. IV. 5. Aristoph. Acharn. ỷ. 234. Καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς, ἕως ἂν εὑρεθῇ ποτε. Lucian. Pseudomant. c. 46. ἀλλ' ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. Ad quem locum Schol. Γῆν πρὸ γῆς. Τοῦτο εἴωθε λέγεσθαι Ἀθηναίοις ἀντὶ τοῦ κατὰ πάσης τῆς γῆς, ὃ φαμὲν νῦν ἐκ τόπου. Et simili loquendi forma Noster Agam. ỷ. 1569. Ὀνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους. GIAC. Aristid. tom. II. p. 320. γῆν πρὸ γῆς φεύγειν. Adde Bergler. ad Alciphr. II. 2. Et Suid. in vocibus Πρὸ γῆς. Similes loquendi modos præbet præpositio ἐξ. Longus, Past. II. p. 35. Κλάδον ἐκ κλάδου ἀμείβειν. Basil. tom. I. p. 54. θύρας ἐκ θυρῶν. Idem, tom. II. p. 181. Ἡμέραν ἐξ ἡμέρας καὶ ἐνιαυτὸν ἐξ

ἐνιαυτῷ ἀποστερεῖσθαι. Quod addita insuper τῇ εἰς protulit Herod. IX. 8. ἐξ ἡμέρης εἰς ἡμέρην ἀναβάλλεσθαι. Iterum Longus, III. p. 91. χρόνον ἐκ χρόνου ἕλκειν. Ut Æschines Orat. in Timarch. p. 14. ἀνεβάλλετο χρόνους ἐκ χρόνων. Idem de Falsa Legat. p. 51. πόλεμον ἐκ πολέμου πολιτεύεσθαι, ut ἀλλάττεσθαι Themist. Orat. X. p. 140. ABRESCH.

ỹ. 686. ΝΟΣΗΜΑ ΓΑΡ ΑΙΣΧΙΣΤΟΝ ΕΙΝΑΙ ΦΗΜΙ. Eurip. Orest. ỹ. 40. Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον. S. BUTLER.

ỹ. 687. ΣΥΝΘΕΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ. Eurip. Hippol. ỹ. 486.

Τοῦτ' ἔσθ', ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
Δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,
Ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται. GIAC.

Æschin. in Ctesiph. Πότερα τ' ἀληθὲς εἴπω, ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι; τὸ ἀληθὲς ἐρῶ· τὸ γὰρ αἰεὶ πρὸς ἡδονὴν λεγόμενον, οὑτωσὶ τὴν πόλιν διατέθεικεν. MORELL.

ỹ. 691. ΑΜΦΗΚΕΙ ΚΕΝΤΡΩι. Hesych. Ἀμφήκης δὲ, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἠκονημένον βέλος· ἢ κεραυνὸς, ἢ ξίφος. Noster infra, ỹ. 1043. Πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος, de fulmine. S. BUTLER.

ỹ. 692. ΚΕΝΤΡΩι ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ ΕΜΑΝ. Κέντρον quin bene timori rebusque metum excitantibus conveniat nemo, ut opinor, dubitabit. Id κέντρον apposite dicitur ἀμφηκὲς, quia hic de atrocibus malis sermo est, quibus haud leviter sed atrociter sauciatur animus, quemadmodum vulnera, quæ ab ancipiti gladio imprimuntur, periculosiora sunt. Hoc vero κέντρον dicitur ψυχὰν ψύχειν, quia stimulus timoris est, timor autem sanguis ut frigescat facit. Est igitur ψύχειν ψυχὰν i. q. Plautus dicit Pseudol. IV. 7. *cor perfrigefacere.* Ubi postquam Ballio, *Œdepol*, inquit, *næ istuc magis magisque metuo, cum verba audio:* respondet Simo, *Mihi quoque Œdepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit.* SCHUTZ.

ỹ. 693. ΜΟΙΡΑ. Intelligit homines mirabili et investigabili serie causarum, involvi præter expectationem in difficultates. GARB.

ỹ. 694. ΠΡΑΞΙΝ ΙΟΥΣ. Reddidimus *la disgrazia:* πρᾶξις enim eandem habet significationem quam et verbum πράττω unde derivatur. Quod quidem secunda vel adversa uti fortuna significat, non solum cum adverbiis εὖ et κακῶς conjunctum, sed ex adjectivis etiam, quibus adjungitur, hanc vel illam significationem habet. Sic Aristoph. Eccles. ỹ. 104. Πράττει τὰ μέγιστα significat *ad summum fortunæ pervenit.* Et Eurip. Alcest. ỹ. 803.

—— νῦν δὲ πράσσομεν
Οὐχ οἷα κῶμον καὶ γέλωτος ἄξια·

ubi interpretandum, non ut Barnesius, *Nunc gerimus rem quæ comessatione et risu non est digna*, sed, *Non ea nunc utimur fortuna quam commessatio et risus deceat.* Et sic optime Buchananus,

Atqui familiæ præsens status
Nihil habet aptum risui et conviviis.

Plenius hanc verbi πράττω significationem tractavit Kusterus ad Aristoph. Plut. ỹ. 341. GIAC.

ỳ. 697. ΛΕΓ' ΕΚΔΙΔΑΣΚΕ. Si Chorus reliquorum Ius infortuniorum enarrationem, non alio consilio quam audiendi cupiditate flagitasset, curiosior utique quam humanior videri debuisset. Itaque tempestive his verbis in memoriam ei revocat ipsam Ius petitionem, ỳ. 684. et seqq. prolatam, cumque gratum esse ægrotis ecquid supersit dolorum audire pronuntiat, simul se non sua magis quam Ius causa narrationem hanc exposcere declarat. SCHUTZ.

ỳ. 698. ΤΟΡΩΣ. Vox Æschylo et imitatori ejus Lycophroni familiaris. Cf. ỳ. 609 et 869. S. BUTLER.

ỳ. 699. ΤΗΝ ΠΡΙΝ ΓΕ ΧΡΕΙΑΝ. Res diserte proponitur, et per transitionem cum prioribus connectitur, in ipso exordio, et eo erudito gravi et apto, cui nihil deest artificii ex re ipsa prudenter petiti. GARB.

ỳ. 704. ΙΝΑΧΕΙΟΝ ΣΠΕΡΜΑ. Quod Latini *stirpem*, Græci σπέρμα dicunt, ut ἐκ βασιλικοῦ σπέρματος, *e regia stirpe*, quamvis Liv. I. 47. *e regio semine*. GIAC.

ỳ. 705. ΘΥΜΩι ΒΑΛ'. Judith, xi. 10. Κατάθου αὐτὸν (λόγον) ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Et sic passim alibi in Sacris Literis. GIAC. Vide etiam infra, ỳ. 788. MORELL.

ỳ. 706. ΗΛΙΟΥ ΠΡΟΣ ΑΝΤΟΛΑΣ. Videndus omnino ad hunc locum cl. Valckenar. ad Phœniss. ỳ. 506. S. BUTLER.

ỳ. 707. ΣΤΡΕΨΑΣΑ ΣΑΥΤΗΝ. Quia Io videbatur septentrionem versus itura, Prometheus quem ita ad rupem Scythicam alligatum fuisse sumpsimus, ut facie versus Occidentem hybernum conversus esset, bene dicere poterat στρέψασα σαυτὴν, cum eam, ne versus Septentrionem pergeret, sed ad Orientem se converteret, admonebat. Itaque jam sic pergebat Io ut a sinistra in Scythas Nomadas incideret, qui Hamaxobii nominabantur, a dextra autem mare haberet. SCHUTZ.

ỳ. 708. ΠΛΕΚΤΑΣ ΣΤΕΓΑΣ. Peripli Ponti Euxini auctor anonymus, p. 138. edit. Gronov. ἵππεα τε πλεῖστα ὁ δυνομασμένα, Νομαδικὰ δὲ καλύμματα,—οἰκοφόρα δὲ ὡς εἴρηκε. *Qui in equo et plaustro vivunt, ut dicit Tacitus.* GIAC.

ỳ. 709. ΠΕΔΑΡΣΙΟΙ. Sic ỳ. 915.

Θαρσῶν καθήσθω τοῖς πεδαρσίοις κτύποις.

Hesych. Πεδάρσιοι· μετέωροι· ὑψοῦ· ad quem locum et in voce Πεδα conferri jubet doctissimus Alberti, Æmil. Port. ad Eurip. Phœniss. ỳ. 1035. Stanleium ad Æsch. Choeph. ỳ. 587. Barnes. ad Eurip. Rhes. ỳ. 372. et Herc. Fur. ỳ. 819. Upton. ad Dionys. Halic. Περὶ Συνθέσ. p. 181. et D'Arnaud Animadv. Crit. p. 136. S. BUTLER.

Ibid. ΕΥΚΥΚΛΟΙΣ ΟΧΟΙΣ. Εὔκυκλοι ὄχοι non sunt *rotundi*, ut Stanleius vertit, sed *rotis facile mobiles*. SCHUTZ.

ỳ. 710. ΕΞΗΡΤΗΜΕΝΟΙ. Hesych. Ἐξηρτημένοι· Κρεμάμενοι· ἢ Κατεσκευασμένοι. Quamquam hoc sensu scribendum ἐξηρτυμένοι monet doctissimus Alberti. Paulo aliter disputat Abreschius Animadv. I. 6. super hac voce contra Th. Magistrum, quem vide.

Recte Garbitius, *Qui habent suspensos, et de se pendentes arcus*, nec abludit Stanleius. S. BUTLER.

ϒ. 712. ΡΑΧΙΑΙΣΙΝ. Hesych. Ῥαχία. Πᾶς πετρώδης αἰγιαλός. Etymolog. in voce Ῥάχις. Κυρίως δὲ πᾶς ὁ πετρώδης αἰγιαλὸς ῥαχίας καλεῖται· παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ῥαχία λέγεται ὁ τῦ ὄρυς· παρ' ἑτέροις δὲ ὁ σύνδενδρος τόπος· εἴρηται ῥαχία παρὰ τὸ ῥάχει ἐοικέναι· ἢ παρὰ τὸ ῥάσσειν· ἢ ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔῤῥαγον. Vide etiam in voce Δυῤῥάχιον. Et in voce Εὐραχήσαντες· ἥκοντες· ῥαχίας γὰρ ἐκάλυν τὺς τραχεῖς καὶ παρήκοντας τόπυς. Cur vero, si ab Aoristo secundo ἔῤῥαγον productum legitur? Malim itaque ab Aor. I. passivo verbi ῥάσσειν. S. BUTLER. Ῥαχίαις ἀλίῤῥοις de Mari Caspio intelligo. PAUWIUS. Ῥαχίαις ἀλίῤῥοις maris alicujus viciniam designant: ac nisi Æschylum plane quid dixerit ignorasse statuerimus, necesse est eum sub ῥαχίαις ἀλίῤῥοις intellexisse littora Paludis Mæotidis, quæ utique si Io versus orientem pergeret, ei a dextra sita erant, quibusque si appropinquabat, effugere licebat Scythas Nomadas, qui longius a Palude Mæotide versus septentrionem recedebant. Tum vero Ioi ulterius proficiscenti a sinistra occurrebant bellicosi et inhospitales Chalybes. Et hos quidem alios fuisse necesse est, quam qui vulgo memorantur circa fluvium Thermodontem. Nempe observandum est Chalybum nomine complures olim gentes locorum intervallis dissitas nominatas fuisse. Hi igitur intra Borysthenem et Tanaim habitabant, in vicinia Scytharum Hamaxobiorum, ita ut eos a sinistra Io præteriret. SCHUTZ.

ϒ. 715. ΠΡΟΣΠΛΑΣΤΟΙ. Hesych. Προσπλάζει. Προσπελάζει. S. BUTLER.

ϒ. 716. ΗΞΕΙΣ Δ' ΥΒΡΙΣΤΗΝ. Scholiastæ vocabulum ὑβριστὴν appellativum esse putarunt, et Araxin eo nomine designari. Eos in versione Stanleius secutus est, qui sic reddidit h. l.

Pervenies ad fluvium insolentem haud falso nomine.

In quo miror eos non animadvertisse, ridiculam hanc esse viæ monstrationem, si quis erranti locum quendam, sive urbs aut oppidum, sive mons fluviusve sit, vel adeundum vel devitandum esse dicat, nec tamen ejus loci nomen proprium eloquatur, sed potius eum periphrasi ambigua nec satis insignitas ejus notas habente involvat. Nonne si ea mens Prometheo fuisset, Io statim eum verbis corripere, et quærere debuisset? Quis tandem sit ille fluvius insolens, aut quo nomine appelletur? Accedit quod Æschylus, ubicunque ad origines nominum quorundam alludit, nunquam non id ipsum, quod alicui rei seu personæ sive vero sive falso omine inditum esse pronuntiat, [quin] nomen proprium simul diserte proferat. Sic Sept. Theb. ϒ. 9.

——ὃν Ζεὺς ἀλεξητήριος

Ἐπώνυμος γένοιτο.——

Ibid. ϒ. 542. ——ἔτι παρθένων ἐπώνυμον

Φρόνημα——

quod sane obscurius dictum fuisset, nisi ipsum quoque Parthenopæi nomen expressisset. Id vero paulo post redditur,

ꝟ. 553. Porro in eadem tragœdia, ꝟ. 675. alluditur ad Δίκης Deæ nomen ejusque significationem; id ipsum vero non solum ante pronuntiatum erat, sed illo etiam versu denuo repetitur:

> Ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
> Δίκη. ——

Nomen igitur huic flumini Hybristes fuerit necesse est, quanquam hodie quemnam fluvium eo nomine designaverit poeta, conjectura vix exputari potest, nedum certo definiri. Nec Araxes, ut Scholiastes, nec Aragus, ut Gallus interpres opinatur, h. l. intelligi potest. Uterque enim regiones a meridionali parte Caucaso subjectas perlabitur. Æschylum vero de septentrionali Caucasi vicinia loqui perspicuum est. Si conjecturis indulgere quicquam prodesset, opinari facile possemus Hybristen forte eundem fluvium esse qui Tanais appelletur. Falso enim olim, Strabone teste, a nonnullis creditum est, Tanaim per Caucasum labi versus septentrionem, inde ad Mæotidem Paludem reverti. SCHUTZ. Tanaim ex Riphæis montibus, quos Caucaseis continuari putabant, defluere antiquitus creditum est, hinc forte huic fluvio latissime regyranti, certe rapidissimo, cum per Mæotidem purus, non permistus transire putaretur, nomen Hybristes a quibusdam inditum. Æschylum profecto non ut Heathius, geographiæ imperitum, sed ipsis quidem geographis plane annumerandum esse arbitror, id quod ex scriptis ejus ubique patet. Sed remotiora, septentrionem versus et omnes Ponti et Mæotidis, et circa Colchidem Iberiamque regiones, minus exploratas Æschyli temporibus, incertis eum rumoribus hausisse credibile est, quippe quæ Græcis mercatoribus rarissime adita essent. Flumen cui nomen Alazon est, Hybristæ significatione simillimum, in mare Caspium effunditur, quod forte Æschylus in Mæotidem aut Euxinum effundi audierat. Is certe fluvius in Caucaseis montibus oritur. Pauwius Araxen illum, qui Caucaso oritur, intelligit. Nequeo tamen mihi persuadere, quin per Hybristen Æschylus Borysthenem fluvium intelligat, cujus sc. fontes in Riphæis montibus esse acceperat. Aliter quidem, maxima est in septentrionali Ius itinere describendo locorum perturbatio, et vix ac ne vix quidem aliquid constituas, quod ullam veritatis speciem præ se ferat. Sin autem per Hybristen Borysthenem intelligas, expedita erunt et sine ulla difficultate omnia. S. BUTLER.

ꝟ. 717. ΟΥ ΓΑΡ ΕΥΒΑΤΟΣ ΠΕΡΑΝ. In hac phrasi περᾶν adjicitur eodem genere pleonasmi quo ἄπαις παίδων ἀῤῥένων dicitur. SCHUTZ.

ꝟ. 718. ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΝ ΚΑΥΚΑΣΟΝ. Πρὸς αὐτὸν Καύκασον non significat *ad Caucasum proprie sic appellatum*, nec αὐτὸς Καύκασος alii Caucaso nescio cui opponitur, nec denique somniandum est Prometheum in parte quadam Caucasi affixum, his verbis aliam ejus regionem designare. Sed αὐτὸς hic eodem modo ponitur quo *ipse* apud Latinos, cum v. c. dicunt *Triginta dies erant*

——ἀκύσαθ', οἷα χρὴ πάθη
Τλῆναι πρὸς Ἥρας τήνδε τὴν νεάνιδα.

Hic in Jovem iniquior est propter ipsum infortunium suum. Pauw.

ỳ. 742. ΣΥ Δ' ΑΥ ΚΕΚΡΑΓΑΣ. Non cum Stanleio vertendum est, *tu rursus exclamas,* nam Io nondum antea super Promethei narratione ingemuerat. Sed Chorus potius, ỳ. 688. et seqq. querelas et suspiria effuderat, eumque quasi justo citius lamentantem, reprehenderat. Itaque αὖ h. l. *vicissim* significat. Schutz. Sic Aristoph. Vesp. ỳ. 27.

Ἀτὰρ σὺ τὸ σὸν αὖ λέξον.—— S. Butler.

Ibid. ΚΑΙΝΑΜΥΧΘΙΖΗΙ. Respicit ad bovis formam. Is. Casaub.

ỳ. 745. ΠΕΛΑΓΟΣ ΑΤΗΡΑΣ ΔΥΗΣ. Noster in Pers. ỳ. 433.

Αἲ αἶ, κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα. Giac.

Æschylus item Britannus dixit *A sea of troubles. Hamlet,* Act. III. 1. S. Butler.

ỳ. 746. ΕΜΟΙ ΖΗΝ ΚΕΡΔΟΣ. Simili locutione usus est Apostolus ad Philipp. i. 21. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστός· καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος. S. Butler.

Ibid. ΕΝ ΤΑΧΕΙ. Eodem modo dicitur ἐν μέρει, *vicissim,* ἐν καιρῷ, *opportune.* Thucyd. VI. 92. καὶ ἐν τάχει καὶ προθυμότεροι, *celeriter et impigre.* Soph. Œd. Tyr. ỳ. 185.

Πῶς δ' ἂν μόλοι δῆθ' ἡμῖν ἐν τάχει πάλιν.

Electr. ỳ. 389.

Ἀλλ' ἐξίκοιτο τοῦδέ γ' οὕνεκ' ἐν τάχει.

Item Xenophon. Cyrop. VI. p. 119. ἐν τάχει πάλιν πράγματα παρέχειν. Eadem forma utuntur LXX Interpretes, Baruch iv. 22. 24, 25. ubi Vulgata in ỳ. 22. hanc phrasin omittit, in ỳ. 24. reddit *in celeritate,* in ỳ. 25. *cito.* Giac.

ỳ. 747. ΕΡΡΙΨ. Notetur hic genuina Aoristi significatio inter præsens et præteritum ambigue fluctuans. Schutz.

Ibid. ΣΤΥΦΛΟΥ. Hesych. Στυφλὸν, ἢ Στυφελόν· τραχὺ, σκληρὸν, βαρὺ ἀργὸν στεῤῥόν. Et rurs. Στυφελοὶ πάγοι· ἀντὶ τοῦ σκληροί. S. Butler.

ỳ. 748. ΣΚΗΨΑΣΑ. Hesych. Σκῆψαι· πεσεῖν. S. Butler.

ỳ. 751. ΦΕΡΟΙΣ. Optandi modus pro imperfecto indicativi hic usurpatur secundum Scholiasten et doctiss. Pott. ad Lycoph. ỳ. 9. Sed in optativis quædam est imperfecti notio in præsentibus. S. Butler.

ỳ. 752. ΟΤΩι ΘΑΝΕΙΝ ΜΕΝ. Μὲν particula ad Νῦν δὲ, ỳ. 754. referetur, interjecto versu 753. Ad illustrandum hujus versus sententiam Stanleius perperam ex Apollodoro fabulam affert, quam quidem Æschylus aut ignoravit, aut saltem non recepit; nec forte est quod magis in interpretatione poetarum cavendum sit, quam temeraria fabularum contaminatio. Schutz. Egregius Stanleius hanc fabulam ex diis solis constare dixit, et Prometheum unum ex Titanibus esse apertum est: itaque eum

hanc fabulam ex Apollodoro non inscitia quidem, sed humana negligentia ipsi minime usitata, nec Homero tamen incognita, confitendum est attulisse. S. BUTLER.

℣. 753. ΑΥΤΗ ΓΑΡ ΗΝ ΑΝ ΠΗΜΑΤΩΝ ΑΠΑΛΛΑΓΗ. Chrysothemis apud Soph. Electr. ℣. 1013.

Οὐ γὰρ θανεῖν ἔχθιστον, ἀλλ' ὅταν θανεῖν
Χρῄζων τις, εἶτα μηδὲ τοῦτ' ἔχῃ λαβεῖν. GIAC.

℣. 757. ΗΔΟΙΜ' ΑΝ. Soph. Œd. Tyr. ℣. 946.

——τὸ δ' ἔπος ἐξερῶ τάχα,
Ἥδοιο μέν· πῶς δ' οὐκ ἄν· ἀσχάλλοις δ' ἴσως. MORELL.

℣. 760. ΤΥΡΑΝΝΑ ΣΚΗΠΤΡΑ. Multis inserviit hic locus probaturis adpellativa poni pro adjectivis, atque ita quidem frequenter utuntur, Soph. Œd. Tyr. ℣. 590. Eurip. Hec. ℣. 815. Med. ℣. 1066. Hippol. ℣. 843. Androm. ℣. 3, et ℣. 303. Helen. ℣. 524. adde ad Troad. ℣. 464. Barnes. Sed usus nimium creber facit, ut suspicer revera esse adjectivum, uti δοῦλος, δούλη, δοῦλον, apud eundem in Ion. ℣. 550. ℣. 675 et ℣. 819. Alex. ℣. 15, et ℣. 19. Anticp. ℣. 82, et ℣. 84. itemque Soph. in Trachin. ℣. 306. et cujus comparativus extat apud Herod. VII. 7. Αἴγυπτον πᾶσαν δουλοτέρην ποιήσας. ABRESCH. Adjective usurpatur, sicut et apud Soph. Antig. ℣. 1183. Τύραννον σχῆμα, et apud Thucyd. I. p. 40. Τύραννον πόλιν. MORELL.

℣. 764. ΘΕΟΡΤΟΝ. *A dea motum.* Θεὰ non θεὸς in voce inest hic. Dea ad nuptias adigeret, non Deus. PAUW. Nescio quid sibi voluerit Pauwius. Γάμος θεόρτος est, *nuptiæ cum aliqua ex deorum stirpe initæ*, cui opponitur βρότειος. Notissimum vero est θεὸς, de deabus etiam, Homero aliisque tum Græcis tum Romanis scriptoribus usurpari. S. BUTLER.

℣. 773. ΤΡΙΤΟΣ ΓΕ ΓΕΝΝΑΝ. Ab Io ad Herculem tredecim fuere generationes. Ius enim filius 1 Epaphus, a quo 2 Libya, cujus filius 3 Belus genuit ex Anchinoe 4 Danaum. Inter hujus filias fuit 5 Hypermnestra, quæ ex Lynceo peperit 6 Abantem, cujus filius 7 Prœtus, nepos autem 8 Acrisius fuit. Acrisii filia 9 Danae, 10 Perseum peperit, cujus filius 11 Electryon, 12 Alcumenam genuit, 13 Herculis matrem. Cf. Apollodor. II. SCHUTZ.

℣. 788. ΕΓΓΡΑΦΟΥ ΣΥ ΜΝΗΜΟΣΙΝ ΔΕΛΤΟΙΣ ΦΡΕΝΩΝ. In scholis Philosophorum, in quibus sæpe versatus fuerat, audierat Æschylus multas, easque graves de animorum natura, de discendi reminiscendique et aliis eorundem facultatibus disputationes, et denique illos cum libro nonnunquam apprime comparari, ea potissimum parte, cui sensuum opera et ministerio, tanquam stylo inscripta ea omnia, quæ apud nos geruntur aut dicuntur, inhærent. Unde factum est, ut quoties se præbet occasio, de animo, et ea illius δυνάμει, quam memoriam vocamus, tanquam de libro aut tabula, cui aliquid inscribendum est, loquatur Æschylus, ut h. l. Prometheus Io jubet ea quæ

dicturus erat ἐγγράφειν μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν, et Choeph. ỳ. 448. Τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶ γράφου, Supplic. ỳ. 187. Φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτουμένας. Denique Eumen. ỳ. 275. δελτογράφον φρένα appellat. Et hic quidem loquendi modus ut efficacissimus est, et rei intelligendæ aptissimus, ita etiam frequens est apud alios plerosque auctores, ut apud Soph. Philoct. ỳ. 1318.

Καὶ ταῦτ' ἐπίστω καὶ γράφου φρενῶν ἔσω.

Et apud Aristoph. ỳ. 450.

Καὶ μὴν ὅσ' ἂν λέξῃ γε βωμολόχ' μνημονεύσας γράψομαι ἔγω·

nec poetis solum, sed etiam prosæ orationis scriptoribus usitatus. Martinius. V. Lect. IV. 5.

ỳ. 789. ΡΕΙΘΡΟΝ ΗΠΕΙΡΩΝ ΟΡΟΝ. Tanaïn, qui Europam ab Asia dividit. Dionys. Perieg. ỳ. 14.

Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον ὁρίζει. Giac.

Bosporus est ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον, non fluvius Tanaïs, de quo ne verbum quidem, ut constabit conferenti, ỳ. 728—734. cum ỳ. 789. quemque, transmisso Bosporo Cimmerio, a tergo jam relictum fuisse necesse erat. Maria autem et ipsum oceanum fluvios apud poetas Græcos appellari notissimum est. Vide Nic. Heinsii Epist. ad Muncker. Syllog. Burmannian. tom. V. p. 402. Heath.

ỳ. 791. ΠΟΝΤΟΥ ΠΕΡΩΣΑ ΦΛΟΙΣΒΟΝ. Quid hoc? De Ponto Euxino accipi non potest; nam Tanaïm jam transierat; Io post trajectum Bosporum Cimmerium, et ex Europa in Asiam pervenerat. Accipiendum igitur de Mari Caspio, cujus littora stringeret Io in Orientem abiens, nam sic intelligo στείβουσα φλοῖσβον. Ipsum mare non transiret, sed prope ad ejus littora accedens, murmur aquarum audiret horridum, idque στείβουσα, altius in Orientem perveheretur, et inde tandem loca alia meridiem versus peteret, non πόντον sed φλοῖσβον πόντου στείβουσα. Pauwius. Ioi ad orientem solem a Bosporo conversæ *fluctus Ponti* trajiciendi erant, ita φλοῖσβον πόντου interpretor, qui enim fluctus trajicit, strepitum fluctuum trajicere dici potest; qui autem juxta maris littora iter habet, non strepitum fluctuum pertransire, sed prætergredi dicendus est. An autem pontus, quem ita trajicere debebat Io, pontus fuerit Euxinus, an mare Caspium, aut mare aliud quodvis, frivola esset disputatio, quandoquidem Poeta ignorantiæ suæ in re geographica probe sibi conscius rem totam tenebris spississimis de industria involutam reliquit, nec magis de mari isto aliquid certi pronuntiare possumus, quam de Cisthinæ vel Scythinæ situ, perinde enim est utrovis modo scribas, quæ nusquam, ut opinor, nisi in Poetæ cerebro extitit. Ejusdem farinæ sunt Phorcides, Gorgones in Africa, Grypes, Arimaspi in Scythiæ Europeæ parte septentrionali, a Mythologis veteribus collocati, vide Herod. III. IV. et Plutonis denique fluvius, quos omnes, aut eorum saltem viciniam, transire debebat Io, priusquam ad

Populum Nigrum, 'Solis fontes, et Æthiopem fluvium' pervenisset; juxta cujus fluvii ripas iter prosecuta ad Catabasmum usque, ubi Nilus se a Byblinis montibus effundit, hujus etiam fluvii cursum sequi debebat in Ægyptum et Deltam, ubi terminus demum erroribus suis imponebatur. HEATH. Facile fuit Heathio nodum secare quem resolvere non poterat. De geographia Æschylea nos alibi diximus, et nobis longe præstantior Stanleius in notis ad ỿ. 788. Verba πόντυ πεςῶσα φλοῖσζον de Bosporo Thracio intelligit Jo. Henr. Vossius, quem refutat Hermannus, Obs. Crit. c. 2. et Mare Caspium designari vult, quo trajecto, in septentrionem ad Phorcydas pergere debebat Io, sicut Hercules apud Apollodorum, II. 5. A Caucaso ad Hesperidas in septentrionem proficiscitur, loca nimirum hyperborea, inde autem septentrionalia omnia, cum Hesperidum sedibus, coarctatis mirum in modum regionibus, veteres continuabant. S. BUTLER.

ỿ. 792. ΠΡΟΣ ΓΟΡΓΟΝΕΙΑ ΠΕΔΙΑ ΚΙΣΘΕΝΗΣ. A Ponto trans Tanaim versus ortum profecturæ, nullam video Cisthenem in via, nisi per ignotos Arctoös calles ad orientale Caspii latus maris delapsæ Cissæa regna invenire licuerit. Quæ τῦ *Cousch* Hebræorum, eadem Cissæi ambiguitas nominis; utrumque interiori Africæ haud incognitum, in Africæ littoribus hæsit. Inde quas Gorgonidas alii in Libya, eas Æschylus, orienti Soli proximiores versus Chorasmiam habet. Enimvero qua late patuit incognita tellus, allegorica monstra suis stabulis gaudere possunt. JO. MUELLER.

ỿ. 793. ΔΗΝΑΙΑΙ ΚΟΡΑΙ. Hesych. Δηναίων· πολυχρόνιον, ἀρχαῖον. Noster infra, ỿ. 911. de Saturni regno dixit δηναίων θρόνων. S. BUTLER.

ỿ. 794. ΚΟΙΝΟΝ ΟΜΜ' ΕΚΤΗΜΕΝΑΙ. Possidebant κοινὸν ὄμμα, quia habebant parem et similem pulchritudinis speciem; aut quia omnino concordes et consentientes una vivebant, et viderentur tantum et oculum et dentem habere unum in suæ vitæ consuetudine et communitate; et quia omnino honestæ, castæ, et pudicæ nunquam conspiciebantur prodeuntes in hominum frequentiam. GARB.

ỿ. 798. ΓΟΡΓΟΝΕΣ. Prædicanda est Æschyli sapientia, quod ridiculam harum fabularum speciem quasi umbra quadam texit, et omnia tantum ad admirationem et terrorem convertere studuit. SCHUTZ.

ỿ. 802. ΟΞΥΣΤΟΜΟΥΣ. Ad rostri aduncitatem quo aurum effodiunt recte refert Pauwius. S. BUTLER.

Ibid. ΖΗΝΟΣ ΑΚΡΑΓΕΙΣ ΚΥΝΑΣ. Simili ratione infra, ỿ. 1020. aquilam Διὸς πτηνὸς κύων et Agam. ỿ. 139. Dianam πτανοῖσι κυσὶ πατρὸς iratam dicit. Sic Aristoph. Ran. ỿ. 1327. aquilas κυνὰς ἀεροφοίτους vocat. De his animalibus quæ gryphes vocant, vide si tanti est, Ælianum de Anim. IV. 27. GIAC. Nemini non ad hunc locum Æschyli in mentem veniet nobilis Miltoni

comparatio, Par. Amiss. II. 943.

As when a gryphon through the wilderness
Pursues the Arimaspian, who by stealth
Had from his wakeful custody purloined
The guarded gold: so eagerly the Fiend,
O'er bog, or steep, through strait, rough, dense, or rare,
With head, hands, wings, or feet, pursues his way.

S. Butler.

ỳ. 805. ΝΑΜΑ ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ. Acheronta non Nilum hic intelligi putat Spanh. ad Callim. in Del. ỳ. 291. et ad Aristoph. Plut. ỳ. 727. et certe diversum a Nilo fluvium hic indicari satis ostendere videntur sequentia. Abresch. Difficile est hujus fluvii vel nomen vel situm dicere, quippe Scythæ per late patentes terras errabundi, certis sedibus definiri non possunt. Giac. Per montes Indiæ, auri feraces, quibus ad Arctum Arimaspi, Bocharæ sedibus, incubant, fictum Plutonis amnem, Gangem seu Occidentaliorem secutus Æschylus ad Æthiopas pervenit: quos duplices creditos ex Odyssea memineris. Nec vitio dabit, qui, exempli gratia, commentatorum Mosis nugas de Nili eodem quo Euphrates fonte sub maria terrasque labente, similiaque portenta viderit. Jo. Muller.

ỳ. 807. ΠΡΟΣ ΗΛΙΟΥ ΝΑΙΟΥΣΙ ΠΗΓΑΙΣ. Ut h. l. Æschylus extremos orientis terminos ἡλίου πηγὰς, sic apud Strabonem VII. p. 452. Sophocles terras extremas occidentales noctis fontes vocat, cum locum sc. indicat ad quem Boreas Orithyiam a se raptam abstulit:

Ὑπέρ τε πόντου πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς
Νυκτός τε πηγὰς, οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχὰς,
Φοίβου τε παλαιὸν κῆπον. —— Giac.

Rectius tamen vidit Stanleius Æschylum Solis fontes eos appellasse in quibus Sol se et equos suos abluisse creditur, ad occidentem scilicet. Vide ejus commentarium ad h. l. S. Butler. Ego vero quanquam non ignoro ἡλίου πηγὰς de oriente bene dici, ut νυκτὸς πηγὰς de occidente, haud scio tamen an melius sit hanc phrasin h. l. de zona torrida interpretari, quæ purissimis, quasi a fonte, h. e. vehementissimis solis radiis objecta est. Schutz.

ỳ. 808. ΕΝΘΑ ΠΟΤΑΜΟΣ ΑΙΘΙΟΨ. Niger sc. seu Nigris fl. cujus ripas Io secutura, tandemque ad Byblinos montes, ubi Nili erat catarracta, perventura erat. Byblini montes dicuntur quia ibi papyri, βίβλου seu βύβλου, magnus erat proventus. Schutz.

ỳ. 810. ΚΑΤΑΒΑΣΜΟΝ. Geographis Καταβαθμὸς more Ionum, qui teste Phrynicho, Mœride, et Thom. Mag. in voce Ἀναβασμὸς, βαθμὸν dicebant, Attici βασμόν. Abresch. Καταβασμὸς non est Καταβαθμὸς ille, nomine proprio sic dictus in Ægypti et Cyrenaicæ finibus, nec ipsum Nili catarractam sic vocari crediderim; sed nihil aliud h. v. significari puto quam κατάβασιν κελεύθου, viam seu locum excelsum, unde in planitiem descensus est.

Schutz. Is. Vossium ad Melam, p. 351. recte erroris coarguit o. G. Waltherus, Animad. Crit. et Hist. p. 278. de Catabathmo Africæ agens. S. Butler.

ỳ. 814. ΣΟΙ ΤΕ ΚΑΙ ΤΕΚΝΟΙΣ ΚΤΙΣΑΙ. Telegono nupsisse onem; Epaphum ex Jove filium Memphi regnasse; plurimarum rbium ad ipsum posterosque originem referri, illud ex Apollodoro, II. 1. hoc ex Pindaro, Nem. X. 8. notum: ita ut Ius sidisque eandem fabulam Ovidius, in Metamorph. I. 747. utarit. Qua tamen in re falli nobis quidem videtur; omnis o ad Græcorum antiquissima commercia refertur, docetque uam latus iis orbis patuerit. Jo. Muller.

ỳ. 815. ΨΕΛΛΟΝ. Hesych. Ψιλλός· ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων, uoniam autem qui balbutiunt difficilius intelliguntur, Æschylus hoc verbo usus est ut rem difficulter intelligendam exprimeret. Giac. Idem Hesych. Ψελλίζειν· ἀσχήμως (rectius Suidas σήμως) λαλεῖν. Optime Giacomellius, *che tu non bene intenda.* . Butler.

Ibid. ΔΥΣΕΥΡΕΤΟΝ. Ut supra, ỳ. 774. Οὐκ εὐξύμβλητος χρησμῳδία. Chutz.

ỳ. 822. ΤΟ ΠΑΝ ΠΟΡΕΙΑΣ. Scite hic Prometheus a quæstione hori deflectit, non solum ut Ius historiam absolvat, sed etiam t respondendi necessitatem effugiat. Schutz.

ỳ. 826. ΟΧΛΟΝ ΛΟΓΩΝ. Sic Lucian. Amor. c. 39. Πυξίδων ὄχλος, *ulta pyxides.* Giac. Thucyd. I. Ὄχλον τῶν νεῶν. Morell.

ỳ. 831. ΠΡΟΣΗΓΟΡΟΙ ΔΡΥΕΣ. Suid. Προσήγορος· Ὅπως θνη- ν φανῶμαι μηδενὸς προσήγορος. Ad quem locum vide Kuster. . Butler.

Ibid. ΔΡΥΕΣ. Per metonymiam pro φηγῷ. Nam ex eo oracula ddebantur. Herod. II. Soph. Trach. ỳ. 175.

Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ Πελειάδων ἔφη.

ide Schol. in loc. Morell. Deinde idem Sophocles, ỳ. 1174. iam in Sellorum luco vocalem quercum πολυγλῶσσαν δρῦν memorat. Chutz.

ỳ. 833. ΚΛΕΙΝΗ ΔΑΜΑΡ. Εἰρωνικῶς. Garb.

ỳ. 834. ΕΙ ΤΩΝΔΕ ΠΡΟΣΣΑΙΝΕΙ ΣΕ ΤΙ. Cum amara quadam villatione dictum, qua tamen non tam Ius miseriis illudit, iam Jovis crudelem libidinem figit. Schutz.

ỳ. 836. ΚΟΛΠΟΝ ΡΕΑΣ. Schol. A'. Λέγει δὲ τὸν νῦν καλούμενον Ἰόνιον· ἰλαι γὰρ οὗτος Ῥέας κόλπος ἐλέγετο· καὶ Ἀπολλώνιος κρονίην ἅλα τὸν Ἰόνιον σιν· οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο. Locus Apollonii est Argon. IV. 327.

Δὴ ῥα τότε κρονίην Κόλχοι ἅλαδ' ἐκπρομόλοντες·

i Schol. τὸν Ἀδρίαν φησί· ἐνταῦθα γὰρ Κρόνον κατῳκηκέναι. Ionium are antiquitus ad ipsa Padi ostia in Adriatico patuisse notisnum est. Giac. Μέγαν κόλπον Ῥέας, vel universum mare Ionium, q. nunc Adriaticum, vel tantum intimum ejus recessum circa enetos et Aquileiam significare crediderim. Quod autem heæ sinus, μέγας κόλπος ab Æschylo dicitur, in eo non magis

argutandum est, quam cum Ionii Maris insulæ a Virgilio, Æn. III. 211. *Insulæ Ionio in magno* appellantur, ubi id omnino sic dici, ut *mare magnum, terra magna*, recte Heynius admonuit. SCHUTZ. Rheæ sinus, quemadmodum Saturnia tellus, Italia est. JO. MULLER.

ỳ. 837. ΠΑΛΙΜΠΛΑΓΚΤΟΙΣΙ. De terrestri itinere dicitur, quod jam versus Orientem æstivum ei subeundum erat, ut ad Pontum Euxinum perveniret; sicut antea, cum ad sinum Maris Adriatici proficisceretur, versus Occidentem æstivum tenderet. Qui vero ita cursum mutat, ut cum prius ab Oriente in Occidentem, deinde ab Occidente versus Orientem pedem promoveat, ei recte tribuuntur παλίμπλαγκτοι δρόμοι. SCHUTZ.

ỳ. 840. ΤΗΣ ΣΗΣ ΠΟΡΕΙΑΣ ΜΝΗΜΑ. Τῆς σῆς πορείας non est interpretandum *tuæ trajectionis*, sed potius, *itineris tui*, *aditus tui*; illumque sinum Æschylus non quod Io eum tranaverit (quod alii scriptores comminiscuntur) sed quod eum adierit, seu usque ad eum cursu pervenerit, *Ionium* appellatum fuisse dicit. SCHUTZ.

ỳ. 844. ΛΟΓΩΝ ΙΧΝΟΣ. Metaphora a viæ decursu ad sermonem translatione eleganter facta; quæ etiam aliis familiaris est, quoties de sermonis, aut consiliorum, aut rerum agendarum methodo verba faciunt. Vide Potter. in Lyc. ỳ. 10. MORELL. Orationis filum, quod ỳ. 814. abruperat, resumit. SCHUTZ.

ỳ. 846. ΝΕΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΑΥΤΩι ΣΤΟΜΑΤΙ. Eustathius ad Iliad. Σ. quam plurima recenset vocabula de montibus, terris, fluminibus, usurpata, quæ ab animantium membris traducta sunt; quæ libentius commemoro, quia in Sacris quoque reperiuntur Codicibus, Gen. xxii. 17. Hebr. xi. 12. Luc. x. 49. vid. Gatak. Cinn. p. 356. MORELL.

Ibid. ΠΡΟΣΧΩΜΑΤΙ. Omne Delta ex aggesto Nili limo emersisse, provectumque, nemo ignorat. JO. MULLER.

ỳ. 847. ΕΜΦΡΟΝΑ. Cordatam et humanam. GARB.

ỳ. 849. ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΔΕ. Sic apud Supplic. Chorus Danaidum. ỳ. 45.

Βοὸς ἐξ ἐπιπνοίας
Ζηνὸς ἔφαψιν· ἐπωνυμίᾳ
Δ' ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν

Et ỳ. 15.

Βοὸς ἐξ ἐπαφῆς κἀξ ἐπιπνοίας
Διὸς εὐχόμενοι τετέλεσθαι. GIAC.

Euripidem in istiusmodi paronomasiis frequentem reprehendit Quintilianus de Orat. V. 10. Sophoclem iis parcius usum docet vir illustris Lud. Casp. Valckenaer. ad Eurip. Phœniss. ỳ. 639. Quod vero idem asserit se nescire num in Æschyleis præter hunc locum Promethei Vincti et Sept. Theb. ỳ. 583, et ỳ. 836 quidpiam tale inveniatur, id lapsu memoriæ a viro cl. videtur dictum fuisse. Iis enim abundat Æschylus. Vide hujus tragœd. ỳ. 86. loca Suppl. supra citata, Agam. ỳ. 698.

——Ἑλένας, ἑλανδρος, ἑλέπτολις·

et alia quam plurima, quæ in notis ad loca jam citata laudantur. Citat etiam Morellus 2 Reg. xxi. 25. Sirach, vii. 22. xlviii. Baruchi. 1. S. Butler.

℣. 853. ΠΕΜΠΤΗ Δ' ΑΠ' ΑΥΤΟΥ ΓΕΝΝΑ. Generationes quinque, ex Epapho primo Libya, quæ Belum peperit, ex quo Danaus, unde Danaides. Giac. Aliter tamen Petitus apud Salvin. Russath. p. 81. qui per [illegible] intelligit, ut Io sit prima, secundus Epaphus, tertia Libya, quartus Belus, quintus Danaus, pluraque contra Stanleium disserit, qui inter [illegible] et [illegible] discrimen posuerat. S. Butler.

℣. 854. ΘΗΛΥΣΠΟΡΟΣ ΓΕΝΝΑ. *Proles fœminina*, quia Danaus tantum filias, easque quinquaginta, genuerat. Schutz.

℣. 855. ΠΤΟΗΜΕΝΑΙ ΦΡΕΝΑΣ. *Insanientes, sc. amore.* Cf. Suppl. ℣. 114. ubi iis eandem ob causam tribuitur [illegible]. Schutz.

℣. 856. ΚΙΡΚΟΙ ΠΕΛΕΙΩΝ. Eadem similitudine noster Suppl. ℣. 231.

—— ἑσμὸς ὡς πελειάδων

Ἵζεσθε κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ. Giac.

℣. 861. ΑΙΩΝΟΣ ΣΤΕΡΕΙ. Hesych. Αἰών: Εὐριπίδης δὲ Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει, ἀπέπνευσεν αἰῶνα. Sic Latinis *ævum* pro *vita* dicitur. Phædr. Fab. I. 31.

Quare sollicitum potius ævum ducitis. Giac.

℣. 863. ΤΟΙΑΔ' ΕΠ' ΕΧΘΡΟΥΣ. Solennis apud Græcos et Romanos averruncandi formula. Infra, ℣. 971.

—— Χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ

Ἐχθροὺς ἴδοιμι. Cf. etiam supra, ℣. 158.

Sic et Horatius in illo Carmine nobilissimo, Od. III. 27.

Hostium uxores puerique cæcos
Sentiant motus Orientis Austri, et
Æquoris nigri fremitum, et trementes
Verbere ripas.

Passim habes apud antiquos ejusmodi plurima, quæ nulla literarum cultura, nulla præcepta philosophiæ, donec lux Christianæ religionis effulsisset, humanissimas gentes dedocere potuerunt. S. Butler.

℣. 864. ΜΙΑΝ ΔΕ ΠΑΙΔΩΝ. Hypermnestram sc. quæ Lynceo marito suo pepercit. Atque sic ei contigit ut *in omne nobilis ævum* esset, ut ait Horat. Carm. III. 2. quem si tirones cum nostro comparaverint, aliud hujus fabulæ filum a Romano poeta texi, aliud ab Æschylo, facile observabunt. Schutz.

℣. 865. ΑΠΑΜΒΛΥΝΘΗΣΕΤΑΙ. Ἀπαμβλύνειν, ut et simplex ἀμβλύνειν de impetu animi retardato et fracto ponitur. Comparatio a retusa ferri acie ducta est. Sic Sept. Theb. ℣. 721.

Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ. Schutz.

℣. 868. ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΓΕΝΟΣ. Sc. Abantem, qui Danao expulso vel occiso, in regno successit. Garb. Eurip. Fragm. Archel.

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ
Νεῖλον λιπὼν κάλλιστον ἐκ γαίας ὕδωρ,——

Ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν,
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν,
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα. MORELL.

ϔ. 873. ΤΙΤΑΝΙΣ ΘΕΜΙΣ. Themin vocat Titanida, fortasse quia eam e Cœlo fingit genitam, ex opinione quorundam: alii ei patrem Neptunum attribuunt, alio sensu; sicut prisci pro suis argumentis variabant prudenter in suis fabulis detorquendis. GARB.

ϔ. 877. ΣΦΑΚΕΛΟΣ. Σφάκελος proprie dicitur gangræna phegmonam consecuta: hic vero *mentis motionem* significat. Schol. A'. per σπασμὸν τοῦ ἐγκεφάλου explicat, ut apud Eurip. Hippol. ϔ. 1353.

Κατά γ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.

Et in Aristid. Orat. IV. in princ. p. 309. Καὶ σφάκελοι πυρώδεις ἐχώρουν εἰς κεφαλὴν ἄνω. Infra, ϔ. 1044. de ventorum turbine usurpatur. GIAC.

Ibid. ΦΡΕΝΟΠΛΗΓΕΙΣ. Infra, ϔ. 1053. φρενοβλαβεῖς. Hinc Æschylus dicitur φρενοτέκτων ἀνὴρ, quod ex semet voces illas grandiloquas in Tragœdiis formarit. Sic φρενώλεις. Sept. Th. ϔ. 763. φρενοδαλής. Eum. ϔ. 377. SPANHEIM. ad Aristoph. Ran. ϔ. 838.

ϔ. 878. ΟΙΣΤΡΟΥ Δ' ΑΡΔΙΣ ΧΡΙΕΙ Μ' ΑΠΥΡΟΣ. Ἄπυρος h. l. idem sonat quod ϔ. 1083. ζάπυροι. S. BUTLER.

ϔ. 879. ΧΡΙΕΙ. H. Steph. in Thesauro de verbo χρίω agens, hanc cum aliis duobus hujus fabulæ locis, nempe ϔ. 569.

Χρίει τις αὖ με τάλαιναν οἶστρος·

et ϔ. 598. —— νόσον ὑπόμακος

Ἃ μαραίνει με χρίουσα

Κέντροις φοιταλέοις——

observat, in quibus χρίειν adhibeat Æschylus pro κεντεῖν seu κεντρίζειν. Addere poterat quartum, ϔ. 676.

—— ὀξυστόμῳ

Μύωπι χρισθεῖσ'.——

Originem verbi remotissime repeto ex χεὶρ, tot non Græcarum modo et Latinarum, sed et vernacularum vocum promæ condæ. Inde quippe deducerem χρᾶν, χρῆσθαι, χρέος, χρῆ, χρήζειν, etc. Propius huc spectat χρῶ, cujus primaria et nativa, et unde reliquæ quas exsequitur Etymologus defluxere, notio est *admovendi*, seu *adplicandi*: hinc χραύειν, χραίνειν, χρώζω, et χρίω, ex hoc per literarum quarundam accessionem consuetissimam distracta χρίπτω et χρίμπτω. Quæ omnia veluti totidem genuinæ illius filiæ maternam hæreditatem ita inter se divisam possident, ut τῷ χραύειν cesserit illa manus applicatio qua aut ipsa per se, aut munita quopiam durioris materiæ instrumento, ita aliquid tangit, ut stringat, ξύσῃ et ἀμύξῃ, unde usurpatur pro *leviter vulnero*, seu *saucio*. Reliquis obtigit admotio manus lenior, qua quid mollioris materiæ applicatur, inde χραίνειν, χρώειν, χραίνειν, et χρώζειν, ut plurimum valent *colore imbuere*, et quocunque alio modo *inficere, tingere, inquinare*, et *polluere*. Χρίειν tandem in speciei eam venit *imbuendi tingendique* possessionem, quod fit *oleo*

unguento, *pharmaco*, quæ quod ita fere soleant esse comparata, ut nisi infrictio adhibeatur, non ut alia liquida altius penetrent, hinc χρίσις eam proprie dicit inunctionem, quæ non superfuso simpliciter unguine, ut ἄλειψις, sed accedente insuper et primitus manus, deinde et alius cujusque instrumenti virtutisve ope, quo penitus descendat insideatque corporis partibus inungendis, absolvitur. Atque ut Æschylus simplex χρίειν de œstro, sic frequentius alii ἐγχρίειν usurpant de quibusvis animalibus ἰοβόλοις nec modo *punctu*, quod fert opinio, sed et *morsu* venenum instillantibus, atque adeo vere ea virtute urgentibus, qua χρίειν pollere probatum ivi. ABRESCH.

Ibid. ΑΠΥΡΟΣ. Ἄπυρος Scholiastæ sic intelligunt, quasi α intensivum sit, et ἄπυρος i. q. πολύπυρος. Quamvis autem ad sensum bene diceretur *furoris telum ignitum*, tamen quia ἄπυρος ab Homero et Pindaro constanter negativo sensu usurpatur, in hoc genere elocutionis ambiguitas inesset valde incommoda. Garbitius ἄπυρος interpretatur *ignis expers*, quod significationi quidem vocabuli aptum est, sed sensui et verborum contextui parum respondet. Itaque h. l. verbis ἄρδις ἄπυρος nihil aliud significari puto quam *telum igne non factum*, h. e. non ferreum, sed incorporeum et invisibile. Ἄπυρος enim apud scriptores Æschylo antiquiores est i. q. *igni non admotus*, *sine igne factus*. Qui vero adjectivum illud hoc sensu hic positum parum venustum esse putaverit, is cogitet velim, non omnes veterum poetarum imagines ad nostræ ætatis sensum examinandas esse. In Sept. Th. ỳ. 209. *frena* equorum poeta appellat *igne cusa*, seu *fabricata*, πυριγενητὰς χαλινούς. Id epithetum, si ad nostrum sensum exegeris, valde frigidum et otiosum videbitur: at iis qui multo propius a prima ferri inventione, quam nos, aberant, omnes imagines a ferri fabrica petitæ novitatis gratia blandiebantur. Cur igitur Æschylus qui crebris ad ferri inventionem et fabricam allusionibus delectatur, ista præsertim ætate, ubi ea novitatis decore splenderet reprehensionem vereretur, si οὕτω ἄρδις ἄπυρος, cum respectu ad tela proprie sic dicta, h. e. ferrea et igni cusa, dixisset, et hoc adjectivo ἄπυρος, telum metaphorice dictum a proprie sic appellato discrevisset. SCHUTZ.

ỳ. 880. ΚΡΑΔΙΑ ΔΕ ΦΟΒΩι ΦΡΕΝΑ ΛΑΚΤΙΖΕΙ. Hic itaque φρένα proprie pro diaphragmate accipitur, quod cingit cor, quanquam in plurali numero plerumque φρένες usurpatur in hoc sensu. Hesych. φρένες· μέρος τι τῶν ἐντοσθίων τὸ ὑπὸ τῷ ἥπατι κείμενον, τὸ διάφραγμα τοῦ στήθους. S. BUTLER.

Ibid. ΦΡΕΝΑ ΛΑΚΤΙΖΕΙ. Similiter *saltare* et *exilire* de corde vehementi metu permoto dicitur Hom. Il. Κ'. 95.

——κραδίη δέ μοι ἔξω
Στηθέων ἐκθρώσκει.——

Noster in Choeph. ỳ. 165.

Ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.

Nec de timore, sed et aliis affectibus. Longus Pastor. I.

p. 17. ἐπιπηδᾷ μοι τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία, τέμνεται ἡ φωνή. GIAC.

ỷ. 881. ΤΡΟΧΟΔΙΝΕΙΤΑΙ Δ' ΟΜΜΑΘ' ΕΛΙΓΔΗΝ. Phantasma verissimum et Ius affectioni perquam accommodatum; furibundi enim homines oculos misere distorquere solent. SCHUTZ.

ỷ. 883. ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΜΑΡΓΩι. Erunt fortasse qui velint hanc allegoriam a navis procellæ vi disjectæ comparatione finxisse; quod nec mihi displicet, præsertim cum paulo post κυμάτων mentio fiat. SCHUTZ.

Ibid. ΓΛΩΣΣΗΣ ΑΚΡΑΤΗΣ. Sentit nimirum Io linguæ usum liberum sibi impediri, adeo ut balbutire et hæsitare incipiat. SCHUTZ.

ỷ. 884. ΘΟΛΕΡΟΙ ΔΕ ΛΟΓΟΙ. Id ex hisce non apparet, et ridiculus est poeta, ea proferens quæ contrarium probant aperte. Debuisset linguæ et mentis confusionem verbis exprimere. PAUW. Hypercriticum hic certe superat Pauwius, et solitum sibi supercilium plusquam Zoili rabie contrahit. S. BUTLER. Significat querelas, quas vix ore proferre valeat, nihil adversus calamitatem proficere. Εἰκῇ *frustra*. *Fluctibus obloqui* pro *loquendo nihil proficere* nota est metaphora. Cf. ỷ. 1000. SCHUTZ.

ỷ. 885. ΣΤΥΓΝΗΣ ΠΡΟΣ ΚΥΜΑΣΙΝ ΑΤΗΣ. Supra, ỷ. 475.

δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης. MORELL.

Hisce paucis verbis apte et accurate describitur paroxysmus furoris et siderationis desuper immissæ, cujus effectus conspicui appareant undequaque et in animo et in corpore. GARB. Incredibilis est vis et vehementia ultimorum Ius verborum, quibus dictis se spectatorum oculis subtrahit, attonitos eos calamitatis suæ magnitudine relinquens. Varietas nominum quibus furorem designat, σφάκελος, μανία, λύσσα, claræque naturalium furoris accidentium imagines, sanguinis accensi, cordis vehementer palpitantis, oculorum celeriter volutorum et distortorum, vagæ cursitationis, linguæ denique titubantis, hæ inquam imagines celerrimo quasi cursu concitatæ, ita terrent ac perturbant animum spectatoris, ut quo se vertat nesciat. Fac actionis quoque dignitatem ac veritatem accedere, nihil fingi potest vehementius. SCHUTZ.

ỷ. 889. ΤΟ ΚΗΔΕΥΣΑΙ ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΝ. Hor. Od. IV. 11.

Semper ut te digna sequare, et ultra
Quam licet sperare, nefas putando
Disparem vites.—— IS. CASAUB.

Eurip. Antiop. ỷ. 90.

Κῆδος καθ' αὑτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεών. GIAC.

Ovid. Epist. Her. IX. 32.

Si qua voles apte nubere, nube pari. A. MERIAN.

ỷ. 896. ΤΩΝ ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ. Ad sensum nihil interest an Οὐρανοῦ h. l. nomen proprium sit an appellativum. Prius tamen cum Brunckio verius puto. SCHUTZ. Verum est illud quod

homines tot sententiæ. Τῶν ἐξ οὐρανοῦ latius pro cœlicolis accipiendum puto; quanquam si rem ad ipsam veritatem exigas, omnes cœlicolæ, Promethei temporibus, e Cœli posteris erant. S. Butler.

℣. 897. ΤΑΡΒΩ ΓΑΡ ΑΣΤΕΡΓΑΝΟΡΑ ΠΑΡΘΕΝΙΑΝ. Παρθενίαν Ἰοῦς h. l. idem sonat quod Παρθένος Ἰώ, qua nulla apud Græcos loquendi forma usitatior. Deinde, ἀστεργάνορα secundum Scholiastem B'. explicandum *aversantem viros*, et mox cum Arnaldo (q. v. in Notis Varr. Critt.) pro πόνων, πονοῖν legendum est, ut sit sensus, *Exhorreo videns Io virginem aversantem viros laborare sævis Junonis erroribus.* Erunt tamen forte qui ἀλατείαισι πόνων per hypallagen dici malint pro ἀλατειῶν πονοῖς, aut per ἓν διὰ δυοῖν, *errores laborum*, pro *erroribus* vel *laboribus* simpliciter, cum *labores* atque *errores* Virgilio idem sonent. Æn. IV. 393.

Is locus urbis erit, requies ea certa laborum. Giac.

℣. 903. ΑΠΟΛΕΜΟΣ. Horum verborum sensum, non valde tamen abstrusum, non perceperunt interpretes, quos meliora docere poterat Græcus enarrator. Ἀπόλεμος valet ἀκαταμάχητος, et ἄπορα πόριμος, in quibus ellipsis præpositionis εἰς valet πόρον διδοὺς, vel ἔχων εἰς τὰ δύσκολα, ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατος, qualem esse Cupidinem dicebat Phædra in Hippol. Παντόπορος, ἄπορος ἐπ' οὐδὲν, ut est in Antig. ℣. 359. Δεινὸς εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον, quod de Prometheo dictum supra, ℣. 59. *Inexpugnabile bellum illud est, quod qui intentat Amor, facile artes excogitat quibus se ex difficultatibus expediat.* Ἀπόλεμος varias induit significationes. In Medea, ℣. 645. Κύπρις ἀπολέμους εὐνὰς σεβίζουσα, *placida conjugia, rixarum expertia.* Herc. Fur. ℣. 1136.

Ἀπόλεμον, ὦ παῖ, πόλεμον ἔσπευσας τέκνοις,

verti posset, ut hic vertit Stanleius, *bellum nebellum.* Denique ut ἄμαχος ponitur pro ἀκαταμάχητος, sic ἀπόλεμος pro ἀκαταπολέμητος, *invincibilis, inexpugnabilis.* Brunck. Plura hujusmodi antithetorum exempla ex Æschylo aliisque congessit Martinius Varr. Lectt. III. 9. Locum vero sic vertit doctissimus interpres Gallus, *On combat mal dans cette lutte; elle est pleine d'efforts et d'efforts vains*, cujus hic potius sensus est: *Bellum hoc est mihi non superabile*, non tangendum, in quo minor evadam necesse est, *per omnia enim ibit vel difficillima*, ut mihi omnino cedendum sit, *quid enim faciam? qua ratione Jovis consilia subterfugiam*, neque illi opponam? S. Butler.

℣. 904. ΠΟΡΙΜΟΣ. Aristoph. Pac. ℣. 1030. Πορίμῳ τόλμῃ. Sic Æsch. Ἄπορα πόριμος. Est enim proprie πόριμος, *perrumpere amans*, Horat. vel etiam *pervius.* Flor. Christ. in locum Aristoph. Πόριμος dexter, et felix ad consequendum; ἄπορα vel κατὰ ἄπορα, circa ea quæ sunt invia, inexplicabilia, et quæ non videntur effici posse. — Hoc valde est ἠθικὸν, ex singulari συμπαθείᾳ et συγγνωμοσύνῃ, ad quandam excusationem et defensionem ipsius Ἰοῦς, quæ ut virgo formosissima neque potuerit vitare primo, neque postea propulsare a se, amorem regis tam potentis. Garb.

V.

ỳ. 906. Η ΜΗΝ. Hic incipit ἡ τῆς τραγῳδίας λύσις. S. Butler.

ỳ. 910. ΤΟΤ' ΗΔΗ. Minus bene interpretes *tum jam* pro *tum demum*. Plato Theag. extr. τότ' ἤδη παραβυλευσόμεθα. Abbesch.

ỳ. 914. ΠΡΟΣ ΤΑΥΤΑ ΝΥΝ. Cum h. l. diligenter comparandi sunt, ỳ. 991. et seqq. ỳ. 1042. et seqq. ut intelligatur quam singulari arte tragicus noster ab humilioribus verbis gradatim ad superiora ascendat. Quam enim h. l. sententiam Prometheus submissioribus verbis eloquitur, eandem post ỳ. 991. et seqq. elatioribus et ardentioribus exprimit; donec tandem ỳ. 1042. in eadem repetenda audacius exsultet oratio, et omni genere amplificationis exardescat. Nec prætermittendum est, quod quamvis per se leve, tamen his locis non est ejusmodi, ut sentiri non possit, quod unaquæque harum periodorum, ad sententiam quidem similium, ad elocutionem vero quasi gradibus quibusdam altius surgentium a verbis πρὸς ταῦτα incipiat, quæ ratio, anaphoræ figuram imitans, hanc vim habet, ut animum non eorum solum quæ dicenda sunt expectatione, verum etiam antea dictorum recordatione feriat. Schutz.

ỳ. 915. ΠΕΔΑΡΣΙΟΙΣ ΚΤΥΠΟΙΣ. Pro tonitribus, forte cum contemptus aliqua significatione dictum: quasi tonitrua Jovis nihil aliud, nisi inanem quendam strepitum efficiant. Cf. ỳ. 922. Schutz.

ỳ. 919. ΤΟΙΟΝ ΠΑΛΑΙΣΤΗΝ. Non hic Hercules denotatur, ut putabat Brumœus, nunquam enim ille Jovem regno exturbavit, sed filius nunquam revera natus, qui vero nasci debebat, si nuptias cum Thetide consummasset Jupiter. Heath.

ỳ. 921. ΟΣ ΔΗ ΚΕΡΑΥΝΟΥ. Hunc locum respexit Miltonus, Par. Amiss. VI. 490. J. Tate.

ỳ. 923. ΘΑΛΑΣΣΙΑΝ ΤΕ. Θαλασσίαν Stanleius ad νόσον traxit; concinnius autem est, commate illud a γῆς τινάκτειραν νόσον sejunctum, cum τριαίναν construere. Schutz.

ỳ. 930. ΔΥΣΛΟΦΩΤΕΡΟΥΣ. Δύσλοφον, quod est molestum collo, et toleratu difficile. Garb. Vide supra ad ỳ. 27. S. Butler. Minus bene vertit interpres Gallus, ubique fere feliciter operam navatus: *Oui; et ce ne sera que la moindre de ses peines.* Non enim dicit Prometheus, acerbiora passurum esse Jovem, quam quod dominum accipiat, sed acerbiora passurum esse quam quæ ipse nunc a Jove patitur. S. Butler.

ỳ. 935. ΤΗΝ ΑΔΡΑΣΤΕΙΑΝ. Ad vitandam invidiam Græci solebant dicere, Προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν. Demosth. adv. Aristogit. I. p. 495. Καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ, καὶ ἔχω τοῖς θεοῖς καὶ ὑμῖν πολλὴν τὴν χάριν τοῖς σωσάσιν ἐμέ. Plato de Rep. V. Προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν ὃ μέλλω λέγειν. Giac.

ỳ. 936. ΘΩΠΤΕ ΤΟΝ ΚΡΑΤΟΥΝΤ' ΑΕΙ. Quem tu putas semper Dominum fore, et qui sibi hoc persuadet. Garb. Observetur gradatio in his verbis, vehementiæ index, et acerba irrisio, cum eum æternum regem appellat, quem et antea, et paulo post,

℣. 939. mox regno excisurum affirmat. Schutz. Is quidem mihi videtur hujus loci sensus esse, ut Schutzio, plerumque felici, et eleganti critico assentiri non possum, per τὸν κρατοῦντ' ἀεὶ intelligo ἕκαστον τῶν κρατούντων, nam id valet ἀεί. Diod. 169. παρεκάλει τὸν ἀεὶ προσιόντα ὑφάψαι τὴν πυρὰν. *Unumquemque.* Sic idem dicit οἱ ἀεὶ ὕπατοι. Fallitur igitur Scaliger in Catull. p. 178. vel jungi possit ἀεὶ θῶπτε τὸν κρατοῦντα, sed alterum magis placet. Hesych. Θώπτει· Σκάπτει· Θεραπεύει. S. Butler.

℣. 937. ΕΛΑΣΣΟΝ ΖΗΝΟΣ Η ΜΗΔΕΝ ΜΕΛΕΙ. Auctor anonymus apud Suidam in voce Ἧττον, Τῶν ἄλλων ἁπάντων ἧττον μοι μέλει, pro οὐδαμῶς, ut exponit. Et sic intellige hic loci: nam μηδὲν tantum adjicitur ob majorem despectum ostendendum. Cf. ℣. 1012. Abresch.

℣. 938. ΤΟΝΔΕ ΤΟΝ ΒΡΑΧΥΝ ΧΡΟΝΟΝ. Comparatum cum æternitate: ita intellige et tempera, ut et sequens ὀ δαρόν. Tres annorum myriades, cæteroquin haud breve tempus. Pauw.

℣. 940. ΤΡΟΧΙΝ. Cum contemptu dictum, et servile Mercurii officium designat. Schol. A'. ad hunc locum. Τρόχιν, ἀπὸ τοῦ τρέχειν, δηλοῖ δὲ τὸν σπουδαῖον οἰκέτην, τὸν σπουδαίως πράττοντα τὰ προστάγματα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ βραδύνοντα καὶ χρονίζοντα. Liberi scilicet composito, servi citato gressu incedebant. Plautus, Pœnul. III. 1.

Liberos homines per urbem modico magis par est gradu
Ire; servuli esse duco festinantem currere.

Porro ex verbis τὰ προστάγματα τοῦ κυρίου αὐτοῦ confirmari videtur Stanleii conjectura Scholiastem hunc fuisse Christianum. S. Butler.

℣. 942. ΑΓΓΕΛΩΝ ΕΛΗΛΥΘΕ. In ista forma loquendi, qua res ante præsens adest, quam loquatur, qui eam attulit, verbis veniendi participii futurum tempus adjungi solet. Sic Choeph. ℣. 708. ——Ἦλθον ἂν τάδ' ἀγγελῶν.

Supplic. ℣. 531.

Ἐγὼ δὲ ταῦτα πορσυνῶν ἐλεύσομαι.

Valck. ad Phœniss. ℣. 1082.

℣. 943. ΣΕ ΤΟΝ ΣΟΦΙΣΤΗΝ --- ΠΑΤΗΡ ΑΝΩΓΕ Σ'. Τὸ σὲ repetitur ex more Attico. Sic Catull. Carm. XXXVI. 9.

Et hæc pessima se puella vidit
Joco se et lepide vovere divis.

Vid. ib. Scal. Is. Casaub. Alii autem conjunctum egunt jocose. Et profecto, si post λέγω, plenius distinguatur, ut in editt. omnibus, posterius illud σὲ pendet ab ἄνωγε, vel potius ἀνώγει, prius a λέγω. S. Butler.

Ibid. ΤΟΝ ΣΟΦΙΣΤΗΝ. Vim juvenes animadvertant articuli, sæpius, apud tragicos præsertim, quum pronomini subjungitur, inservientis irrisioni quam exprimit indignatio. Soph. Aj. ℣. 1245. Electr. ℣. 1472. Antig. ℣. 447. Eurip. Med. ℣. 271. Valck. in Phœniss. ℣. 1637. Vid. sup. ℣. 120. Morell. Cum per omnem Promethei Vincti tragœdiam hoc egit poeta, ut nobis exemplar proponeret viri fortis cum mala fortuna com-

positi, tum in extrema scena summam vim et evidentiam addidit imagini justi et pertinacis viri, quem ne atrocissimæ quidem instantis tyranni minæ frangere, aut de solidæ mentis statu dejicere possint. Paribus incrementis ad finem usque pericula Promethei et spiritus augentur; nunquam ab admiratione requiescit spectator, nec tamen fatigatur gravitate spectaculi, nec prius remittitur intentio et cura, quam impavidus Prometheus montis cui affixus erat ruinis sepultus fuerit, oculisque spectatorum ereptus. SCHUTZ.

ṽ. 948. ΜΗΔΕΝ ΑΙΝΙΚΤΗΡΙΩΣ. Supra dixit, ṽ. 606. τορῶς τέμνειν. Mox, ṽ. 611. ἁπλῷ λόγῳ, et οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματα, id quod iis qui delectantur copia verborum observandum est. GIAC.

ṽ. 952. ΣΕΜΝΟΣΤΟΜΟΣ ΓΕ. Salse ridet Mercurium servitio tanquam dignitatis fastigio superbientem. SCHUTZ.

ṽ. 954. ΝΕΟΝ ΝΕΟΙ ΚΡΑΤΕΙΤΕ. Facetum est quod una Jovem ejusque ministrum in his alloquitur, quæ proprie tantum ad Jovem pertinent. SCHUTZ.

ṽ. 956. ΔΙΣΣΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ. Primos mortales admiratione cœli perculsos (id Uranus,) post consuetudine, (Saturnus ævum est,) tandem ex mythologiæ politiori systemate, Deos coluisse dicit. Venturum, qui exempto audacter Superum metu, eripiat fulmenque Jovi Phœboque sagittas, Æschylus, Anaxagora jam docente, prævidere poterat. Nec sane hæc tragœdia pietatem spirat; adeo ut auctor, indigna passus, fessus labore vitæ, ex Promethei persona Deos ipse incusare videri possit. Scholiastes pro Urano ante Saturnum Ophionem gigantem inaui credit; ejus fabula obscuriori (Van Staveren ad Hygin. p. 4.) primos ex Diis terrores designari crediderim. JO. MULLER.

ṽ. 961. ΕΓΚΟΝΕΙ. Hesych. Ἐγκονέοντες· σπεύδοντες, ἐπειγόμενοι. Ἐγκόνως· ταχέως, ἐσπευσμένως. Ἐγκονεῖν de iis dicitur qui currendo κόνεως πληροῦνται. Aristoph. Acharn. ṽ. 1087. ut hic Æschylus, Ἀλλ' ἐγκόνει. GIAC.

ṽ. 964. ΚΑΘΩΡΜΙΣΑΣ. Καθορμίζειν proprie *Stationem subire, in portum appellere*, h. l. in malam partem de eo dicitur, qui suapte culpa malam fortunam subiit; translatione a navibus petita, quæ brevibus vadis deprehensæ hæreant, SCHUTZ.

ṽ. 965. ΤΗΣ ΣΗΣ ΛΑΤΡΕΙΑΣ. Græca libertas mente (Prometheo) odium servitutis altissimum insidere vult. Major Æschylus in ea re vel Homero. Huic pro vita servitium tolerabile ex Odyss. Λ'. 488. cum pudore memineris. In Æschylo semper eum videbis, qui, Marathone pugnasse, ita sibi præ reliquis operibus gloriæ duxit, ut in sepulchri inscriptione hujus unius diei mentionem fieri voluisse, Pausanias in Atticis memoriæ prodit. JO. MULLER. Digna sunt quæ conferantur Solonis Epigr.

Πολλοὶ γὰρ πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται.
Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον.——

Miltonus, Par. Amiss. I. 260.

Here we may reign secure: and, in my choice,
To reign is worth ambition, though in Hell:
Better to reign in Hell, than serve in Heaven.

Mason in nobili tragœdia cui titulus Caractacus:

Thou art a King, a sovereign over men;
I am a Druid, servant of the Gods;
Such service is above such sovereignty. JAC. TATE.

ỳ. 971. ΧΑΙΔΩ. Quod subamaræ Mercurii quæstioni sic respondet, ut se his fortunis delectari neget, id ipsum magnitudinem ejus animi in clariore luce ponit. Etenim si non sensisset molestias, facilior ei fuisset ferocia. Nunc cum se acerbissimo malorum sensu angi haud diffiteatur, nec tamen ideo inimicis se submittat, sed iis illudere et male precari pergat, magnus ad fortitudinis existimationem cumulus accedit. SCHUTZ.

ỳ. 975. ΠΑΘΟΝΤΕΣ ΕΥ. Alludit ad quæ supra dixerat, ỳ. 219. et seqq. de suis contra rebelles Titanas consiliis cum Jove cæterisque Diis communicatis. SCHUTZ.

ỳ. 976. ΚΛΥΩ Σ' ΕΓΩ. Schol. A'. exponit, νοῶ σε μεμηνότα. Schol. B'. κλύω interpretatur αἰσθάνομαι. Hesych. Κλύειν· ἀκούειν, αἰσθάνεσθαι. Ut vero h. l. κλύω idem valet quod *intelligo*, sic etiam ἀκούω. Lucian. in Parasit. c. x. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τι ἀκούειν αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων, *neque enim satis possunt intelligi nisi sæpius recitentur.* Hunc quidem Luciani locum corruptum esse suspicatur Solanus, et post eum Reitzius, quod verbum ἀκούω pro *intelligere* sensu plane inusitato accipiatur, et quidem Budæus in Comm. Ling. Græc. duobus tantum Galeni locis hanc significationem confirmat. At vero Noster supra dixit, ỳ. 447. κλύοντες οὐκ ἤκουον, i. e. *non intelligebant*: et apud Scriptores Sacros etiam hoc verbum eandem significationem obtinet, quod idiomati suo non est tribuendum. Ut apud D. Paul. 1 Cor. xiv. 2. οὐδεὶς γὰρ ἀκούει. D. Marc. ix. 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν. D. Joann. vi. 60. σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν. GIAC.

ỳ. 979. ΩΜΟΙ. Sapienter tragicus semel hic ingemiscentem Prometheum ostendit, ut magnitudinem dolorum animadvertat spectator, qui ei, quamvis invito, tandem gemitum expresserint; id quod hanc vim habet, ut animi robur et generosum pectus, quod tantum malis ille opponat, eo magis admiretur. SCHUTZ.

ỳ. 984. ΚΑΙ ΜΗΝ Γ'. Hæc verba h. l. aliter ponuntur ac ỳ. 981. Ibi enim significabant, *atqui, attamen*, et exceptionem affirmationi generatim pronuntiatæ opponebant. H. l. vero inest concessio ejus quod ab altero dictum erat, addita oppositi ratione ironica, q. d. *Non errâsti, me Jovi nihil eorum quæ scire velit dicturum; quamvis ei propter beneficia, quibus me affecit, gratificari deberem.* SCHUTZ.

Ibid. ΤΙΝΟΙΜ' ΑΥΤΩι ΧΑΡΙΝ. Ut in Agam. ỳ. 830. et sæpe alibi. ABRESCH.

ỳ. 990. ΔΕΣΜΑ ΑΥΜΑΝΤΗΡΙΑ. *Vincula corpus adfligentia,*



quod supra, ℣. 148. audaciori tropo expresserat Chorus ἀδαμαντοδέτοις λύμαις. SCHUTZ.

℣. 991. ΠΡΟΣ ΤΑΥΤΑ ΡΙΠΤΕΣΘΩ ΜΕΝ. Infra, ℣. 1079. in exitu tragœdiæ, quæ nunc prædicit generoso animo subit. S. BUTLER. Eurip. Phœniss. ℣. 524.

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φασγάνου·

qui versus iisdem pene verbis et citatur ex ejus Soleo. ABRESCH. Cf. etiam Pors. in loco Phœniss. S. BUTLER.

Ibid. ΑΙΘΑΛΟΥΣΑ ΦΛΟΞ. Infra, ℣. 1081.

——— ἕλικες δ' ἐκλάμπουσι

Στεροπῆς ζάπυροι.———

Hesych. Αἰθαλόεν· κεκαυμένον· λαμπρὸν, ἐμπεπρησμένον. S. BUTLER.

℣. 992. ΚΑΙ ΒΡΟΝΤΗΜΑΣΙ ΧΘΟΝΙΟΙΣ. Tonitrua χθόνια quæ in terram pertingunt et terram quassant: sic χθόνια efficacissimum. Grammatici veteres notant, quævis μέγαλα et φοβερὰ dici χθόνια· et Hesych. eo respiciens in voce χθόνια· βαρέα, φοβερὰ, μεγάλα· χθονίαν λώβαν· ἀντὶ τῦ μεγάλην ὕβριν· χθόνιον, μέγα. Sed id minus efficax. PAUW. Eurip. Hippol. ℣. 1201.

Ἔνθεν τις ἠχὼ χθόνιος, ὡς βροντὴ Διὸς,
Βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν. MORELL.

℣. 1000. ΟΧΛΕΙΣ ΜΑΤΗΝ ΜΕ ΚΥΜ' ΟΠΩΣ ΠΑΡΗΓΟΡΩΝ. Vide cl. Valckenaer. ad Eurip. Hippol. ℣. 305. Nequeo tamen mihi persuadere quin hic locus cum Morello ita vertendus sit; *Tu mihi, velut fluctus, molestus es, persuadendo.* Occurrit nobilis Virgilii locus, Æn. VII. 586.

Ille, velut pelagi rupes immota, resistit,
Ut pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ sese, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet: scopuli nequicquam et spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

S. BUTLER.

Alteram rationem init interpres Gallus, Britannus alteram, *En vain tu m'importunes; je suis sourd comme les flots,* vertit Dutheilius. A nobis stat Potterus;

Thy counsels, like the waves that dash against
The rock's firm base, disquiet, but not move me.

Supprimitur scilicet aliud verbum quod ad κῦμα referri possit. Cf. supra, ℣. 21. et quæ ibi annotata.

℣. 1002. ΓΝΩΜΗΝ ΦΟΒΗΘΕΙΣ. Sententiam, quasi judicis, damnatoriam. SCHUTZ.

℣. 1007. ΤΕΓΓΗι. Hesych. Τέγγεσθαι· εἴκειν, ἐνδιδόναι. Sic etiam Suidas, metaph. scilicet ab quavis materia quæ arefacta durescit, humore autem facile flectitur. Hinc et ὑγρὸς pro *flexibili* sumitur apud Theocr. Idyll. I. 55. Pind. Pyth. I. 17. et alibi sæpius. S. BUTLER.

℣. 1008. ΩΣ ΝΕΟΖΥΓΗΣ ΠΩΛΟΣ. Comparatio de pullo equino gravis et loco aptissima est. Eadem occurrit in Fragm. Eurip. apud Galen. de Dogm. Hippocr. et Plat. p. 283. edit. Basil.

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ
Καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον.
Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι, καὶ κατηρτυκὼς κακῶν.

Quod Cic. Tusc. Quæst. III. 28. sic vertit:

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies,
Nec tam ærumnoso navigavissem salo,
Esset dolendi causa, ut injecto equulei
Fræno repente tactu exagitantur novo:
Sed jam subactus miseriis obtorpui. SCHUTZ.

ỷ. 1009. ΠΡΟΣ ΗΝΙΑΣ ΜΑΧΗι. Fræna pro vi urgente accipiuntur. Sic noster supra, ỷ. 673.

—— ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.

Soph. Electr. ỷ. 1489.

Στόμια δέχεται τάμά.

Virg. Æn. XII. 568.

Ni frænum accipere, et victi parere fatentur. GIAC.

ỷ. 1011. ΑΥΘΑΔΙΑ ΓΑΡ. Soph. Antig. ỷ. 1040.

Αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.

Œd. Tyr. ỷ. 557.

Εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν
Εἶναι τι τοῦ νοῦ χωρὶς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς. GIAC.

ỷ. 1014. ΧΕΙΜΩΝ ΚΑΙ ΚΑΚΩΝ ΤΡΙΚΥΜΙΑ. Recte monet cl. Giacomellius quod Scholiastes Aristoph. ad Ran. ỷ. 826. qui sex priores hujus fabulæ versus citat, Æschyleæ grandiloquentiæ specimen exhibiturus, melius hos vel viginti ultimos versus hujus tragœdiæ attulisset. S. BUTLER.

Ibid. ΤΡΙΚΥΜΙΑ. Psalm. cxxx. 1. *De profundis* citat MORELL.

ỷ. 1015. ΟΚΡΙΔΑ ΦΑΡΑΓΓΑ. Cf. ad ỷ. 14. h. l. tamen φάραγξ pro universa rupe dici potest. SCHUTZ. Cf. etiam, ỷ. 142. ỷ. 281. et ibi Varr. Lectt. S. BUTLER.

ỷ. 1018. ΠΕΤΡΑΙΑ Δ' ΑΓΚΑΛΗ. Recte Stanleius ἀγκάλη vertit sinus: ἄγκος, ἄγκη, ἀγκάλη· in κοιλώματι rupis Prometheus delitesceret diu, et inde tandem in lucem iterum prodiret. PAUW.

E la voragine
Ti sosterra colle petrose braccia.

Viva atque ardenti figura confinxit voraginem quasi brachiis Prometheum sustinere. Habaccuc. III. 10. secundum Vulgat. *Altitudo manus suas levavit.* GIAC. Quod hic πετραία ἀγκάλη, apud Apoll. Rhod. ἐρίπναι ἠλίβατοι.—κνημοί. Argon. II. 1251—1254. III. 851. MORELL. Πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάσει, non est, ut Stanl. vertit, *petrosus te sinus excipiet;* sed hoc significat Mercurius, Prometheum cum illo ipso scopulo, cui affixus erat, dejectum iri, adeo ut hærens quasi in amplexibus ejus præcipitetur. SCHUTZ.

ỷ. 1020. ΑΨΟΡΡΟΝ ΗΞΕΙΣ. His disertis verbis notatur altera

Promethei religatio, quam Æschylus in tragœdia Προμηθέως λυομένου in Caucaso factam esse finxit, quæ vincula cum a posteritate multo magis quam illa priora in Scythica rupe celebrarentur, occasionem dederunt recentioribus Grammaticis, ut et hujus dramatis Promethei Vincti scenam perperam in Caucaso quærerent. Schutz.

℣. 1021. ΠΤΗΝΟΣ ΚΥΩΝ. *Canis*, quod hodie convicium acerrimum est e profunda antiquitate venit. Sic enim satellites crudelissimorum tyrannorum vocat Prudentius, qui inauditis suppliciis in Christianos sæviebant. Vincentio:

His contra Levites refert,
Sævam tuorum perspicis
Languere virtutem canum.

Veteres autem servos hoc convicio notabant, velut humanitate cum libertate naturali amissa. Æschylus, Prometh. Vinct., Jovis canem vocat aquilam, quæ imperatis ipsius præsto erat. Barth. Advers. VIII. 14.

Ibid. ΛΑΒΡΩΣ ΔΙΑΡΤΑΜΗΣΕΙ. In hac Promethei captivitate fortasse prisci poetæ respexerunt ad illas difficultates curarum, sollicitudinum, laborum, et anxietatum, in quas mens humana est involuta, et intricata, primo defectionis vitio. Tum, quia viderunt interdum præstantes ingeniis viros domi extra frequentiam hominum, quasi in Caucasea quadam solitudine, intentos suis studiis et meditationibus, ita inhærere, ac si essent ad ea fatali quadam et potentissima vi adacti et adstricti: sicut Abderitani putabant Democritum suum insanire.— Ita volunt etiam quendam excellentem ingenio et amore sapientiæ virum in Caucasi solitudine perpetuo hæsisse, donec contemplatione corporum cœlestium conficeretur, tanquam ab aquila hepar ejus depascente. Garbit. De qua re est gravis et erudita Horatii, Od. II. 16. Morell.

℣. 1022. ΔΙΑΡΤΑΜΗΣΕΙ. Hesych. Διαρταμῆσαι· Διελεῖν· κατακόψαι. Etymol. Ἄρταμος· ὁ μάγειρος· Ἦ γὰρ βέβηκε χεῖρας ἀρτάμων φυγών· παρὰ τὸ διαρτάσαι, ὅ ἐστι μερίσαι ἢ συναρμόσαι. Αἰσχύλος, Τοσαῦτα κῆρυξ ἐξ ἐμοῦ διάρτασον. Ἄρταμος οὖν, ὁ διαρτῶν τὰ κρέα· καὶ ἀρταμῆσαι, κρεακοπῆσαι. S. Butler.

Ibid. ΣΩΜΑΤΟΣ ΜΕΓΑ ΡΑΚΟΣ. Ῥάκος μέγα σώματος idem, quod μέγα σῶμα ῥηγνύμενον, ἥλοις sc. et πασσάλοις, Te Prometheum et magnum corpus tuum clavis et cuneis ruptum ac laceratum. Pauw.

℣. 1023. ΑΚΛΗΤΟΣ ΕΡΠΩΝ. In ἄκλητος magnam vim habet λιτότης, q. d. non solum non vocatus, sed multum abominatus. Sic supra, ℣. 31. ἀτερπὴς πέτρα· et ℣. 143. φρουρὰ ἄζηλος. Schutz.

Ibid. ΠΑΝΗΜΕΡΟΣ. Quem tamen tertio quoque die advolare facit in Prometh. Solut. Fragm. XII. Sed concedenda est Poetis ejusmodi licentia. S. Butler.

℣. 1024. ΚΕΛΑΙΝΟΒΡΩΤΟΝ. Elegans et robustum est illud κελαινόβρωτον, quod Schol. A'. perbene interpretatur, τὸ ἐκ τῆς βρώσεως

μελαινόμενον.—Hepar succrescens ex ipsa laceratione et ipso pastu nigrescebat. Pauw.

ỷ. 1026. ΘΕΩΝ ΤΙΣ ΔΙΑΔΟΧΟΣ ΤΩΝ ΣΩΝ ΠΟΝΩΝ. Nescio utrum hic Herculem intelligat, an quem alium heroa, qui sit mentem humanam liberaturus ab ipsius difficultatibus, tenebris, et anxietatibus. Huc tamen magis inclino. Et puto poetam hic intelligere liberationem cœlestem generis humani: de qua haud dubie cognorat quædam ex prophetiis et sapientia Hebræorum, sicut tum etiam in vaticiniis Sibyllinis multa de hoc mysterio celebrabantur. Garbit. Locus sane admodum mirandus, et erit operæ pretium diligentius considerare quid Garbitius in ỷ. 896, alibi; et Stanleius in ỷ. 1. de his protulerunt. Morell. Hoc vult Mercurius, nullus plane tibi erit finis ærumnarum. Conditionem enim liberationis addit, quæ nullo pacto erat expectanda. Similis figura dictionis in illo Terentiano, Andr. I. 2.

Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem.
Hac lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. Schutz.

Non ex iis sum quæ hæc mystice accipiunt, neque enim crediderim quicquam Æschylum ex Sacris literis vel fando hausisse, nec e Psalmis vel Prophetis, vel incerto hominum rumore et aura quadam, ut ita dicam prophetiæ quicquam accepisse, nedum ut descensum Christi ad inferos, rem sane Christianis obscurissimam, et sicubi in Scriptis Propheticis exstet tantum non tenebris immersam, respiciat. Adeant, qui volunt, præter Stanl. Comment. scriptorem anonymum, mystam quidem at elegantis ingenii et subacti judicii virum, qui in Ephemeride Britanna (Gentleman's Magazine, March, &c. 1796.) hanc fabulam tractavit. Itaque h. l. per θεός τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων, Herculem designari arbitror, qui quodammodo successor laborum Prometheo dicatur, non solum quod tot et tam ærumnosa atque ardua perpessus fuerit, sed quod in iis perferendis ad vitæ humanæ cultum ac convictum tot et tam præclara beneficia contulerit. S. Butler.

ỷ. 1028. ΚΝΕΦΑΙΑ Τ' ΑΜΦΙ ΤΑΡΤΑΡΟΥ. 'Αμφὶ pro adverbio: ἀμφὶ κνεφαῖα, *circumcirca tenebrosa.* Ad εἰς hoc etiam pendet. Pauw. At ista constructione nihil impeditius. S. Butler.

ỷ. 1031. ΨΕΥΔΗΓΟΡΕΙΝ ΓΑΡ. Num. xxiii. 19. 1 Reg. xv. 29. Tit. i. 2. 2 Tim. ii. 13. Psalm. lxxxviii. 34. Morell.

ỷ. 1035. ΗΜΙΝ ΜΕΝ. Chorus valde caute et moderate loquitur, ne magis exulceret quam sanet animum Promethei commotum. Φαίνεται λέγειν οὐκ ἄκαιρα, *videtur* dicere pro tempore et rebus præsentibus non incommoda et aliena.—Nec verbum ἱστορεῖν sine peculiari sensu usurpat, sed ut ostendat hanc εὐβουλίαν requirere singularem considerationem et discussionem, quæ sit penitior quædam rei perscrutatio et pensitatio. Garbit.

ỷ. 1038. ΣΟΦΩι ΓΑΡ ΑΙΣΧΡΟΝ ΕΞΑΜΑΡΤΑΝΕΙΝ. Parum sapientis præcepta aliis præbere, quæ non ipse exsequitur. In quam sententiam Eurip.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις ἐκ αὐτῷ σοφός.

Sed et verbo ἐξαμαρτάνειν eodem sensu, quo noster, in Electr. ỷ. 1045, usus est Sophocles, et totum Æschyli locum aute oculos videtur habuisse Antig. ỷ. 1035.

——— ἀνθρώποισι γὰρ
Τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν.
Ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος ὀυκέτ' ἔστ' ἀνὴρ
Ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
Πεσὼν ἀκεῖται, μηδ' ἀκίνητος πέλει.
Αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει. GIAC.

ỷ. 1040. ΠΑΣΧΕΙΝ ΔΕ ΚΑΚΩΣ ΕΧΘΡΟΝ ΥΠ' ΕΧΘΡΩΝ. Apud Plutarchum post prælium ad Ægospotamos captus Philocles Lysandrum ἐκέλευσε μὴ κατηγορεῖν, ὧν οὐδείς ἐστι δικαστὴς, ἀλλὰ νικῶντα πράττειν, ἅπερ ἂν νικηθεὶς ἔπασχεν. Asdrubalis uxor ad Africanum minorem apud Appianum. Σοὶ μὲν ὦ νέμεσις, ὦ Ῥωμαῖε· ἐπὶ γὰρ πολεμίαν ἐστράτευσας. JOH. FR. GRONOV. Observ. III. 8.

ỷ. 1043. ΠΥΡΟΣ ΑΜΦΗΚΗΣ ΒΟΣΤΡΥΧΟΣ. Fulmen vehementissimum ad modum cæsariei complicatum. GARB. Crinis adpellationem e libris aruspicum erutam non absurde suspicabatur J. C. Scaliger. Val. Flacc. VIII. 247.

Protulit ut crinem densus luctatus in extis
Ignis, et ascendit salientia viscera tauri.

In Agam. ỷ. 314. dixit, φλογὸς μέγαν πώγωνα· ubi Schol. πώγωνα λέγει τὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν ἀκμὴν τοῦ πυρός. Eurip. Phœniss. ỷ. 1271. ἐμπύρους τ' ἀκμάς. Vid. Valc. in loc. et supra ỷ. 494. Ad eundem versum in Agam. refert Giacomellius; additque Eurip. Ion. ỷ. 212. MORELL. Pedo Albinov. Eleg. de Morte Drusi, ad Liv. August. ỷ. 253.

Flamma, diu cunctata caput contingere sacrum,
Erravit posito lenta sub usque toro.
Tandem, ubi complexa est sylvas, alimentaque sumpsit,
Æthera subjectis lambit et astra comis.

Silius autem Italicus, X. 550. pinum accensam vocat comantem:

Ipse, manu celsam pinum flammamque comantem
Attollens, ductor Gradivum in vota ciebat.

Hinc etiam appellati cometæ ignes illi coelestes qui neque certis neque statis temporibus apparentes, planetarum splendorem æmulantur, de quibus ita canit Manilius, Astronom. I. 832.

Nam modo, ceu longi fluitent de vertice crines,
Flamma comas imitata volat, tenuisque capillus
Diffusos radiis ardentibus explicat ignes:
Nunc prior hæc species dispersis ignibus exit,
Et globus ardentis sequitur sub imagine barbæ.

Hos autem posteriores cometas a similitudine τοῦ πώγωνος, πωγωνίας et πωγωνίτας Græci dixerunt. JO. VULP. ad Catull. Carm. LX. 78.

v. 1044. ΒΡΕΘΙΖΕΣΘΩ. Illud ἰρεθιζέσθω flaccescit hic, et aliud fortius adhibere debuisset Poeta. PAUW. Homericum autem est, et Eustath. ἰρέθω, unde derivatur, εἰς μάχην συμπλέκω, ab ἔρις. MORELL.

Ibid. ΣΦΑΚΕΛΩι. Σφάκελος, quia interdum etiam de spasmis seu convulsionibus animalium v. c. equorum usurpatur, h. l. insignite translatum est ad repentinos et vehementes ventorum ictus. SCHUTZ.

v. 1047. ΡΟΘΙΩι. Vid. Schol. in Aristoph. Thesm. v. 903. MORELL. Noster etiam in Sept. Theb. v. 366.

Πολλὰ δ' ἀκριτόφυρτος
Γᾶς δόσις ὑπιδάνοις
'Εν ῥοθίοισι φορεῖται. S. BUTLER.

v. 1051. ΑΝΑΓΚΗΣ ΣΤΕΡΡΑΙΣ ΔΙΝΑΙΣ. Scholam Pythagoræ sapit, ut etiam supra, v. 105. de qua re plura in vita Æschyli. S. BUTLER. Scite comparavit hunc locum cum Pindarico doctissimus fragmentorum ejus editor Schneiderus. Is extat apud Plutarch. Cons. ad Apollon. p. 64. Ἄπερ οὐκ ἐστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι τοπαράπαν, ἀλλὰ ταρτάρου πυθμένα πιέζεις ἀφανοῦς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις ὥς φησι Πίνδαρος. SCHUTZ.

v. 1062. ΑΛΛΟ ΤΙ ΦΩΝΕΙ. In tanto periculi Prometheo jam parati terrore suaviter poeta animum spectatoris recreat admirabilis Chori in eum fidei imagine, qui una cum amico quidvis potius pati, quam eum in summo rerum discrimine deserere malunt. SCHUTZ.

v. 1068. Κ'ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΝΟΣΟΣ. Vox Νόσος, quæ proprie *morbum* significat, h. l. pro *vitio* ponitur. Supra, v. 384.

Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν.——

Et sic Aristoph. Avib. v. 32.

Νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ.

Et Vesp. v. 80.

Αὕτη γε χρηστῶν ἐστιν ἀνδρῶν ἡ νόσος.

Sc. *ebrietas*. Sic etiam v. 76. et v. 87. Div. Matth. viii. 17. Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ νόσους ἐβάστασεν. GIAC.

v. 1071. ΘΗΡΑΘΕΙΣΑΙ. Metaphoram a venatione ductam v. 1077. pulchre persequitur. SCHUTZ.

v. 1078. ΥΠ' ΑΝΟΙΑΣ. His dictis, non solum Mercurium, sed et Chorum una e scena exire fingit interpres Gallus ut solus ad extrema patienda relinquatur Prometheus. Multum vero ad terrorem augendum valere potest Chori inter tonitrua et elementorum rabiem consternatio, patet etiam ex v. 1066. Chorum ad finem usque tragœdiæ in scena permansisse. S. BUTLER.

v. 1079. ΚΑΙ ΜΗΝ ΕΡΓΩι Κ'ΟΥΚΕΤΙ ΜΥΘΩι. Solent invicem opponi ἔργον et μῦθος, ut apud Latinos *verbo quidem, revera autem*. Supra, v. 336.

——ἔργῳ κ' οὐ λόγῳ τεκμαίρομαι.

Euripides apud Lycurg. Orat. contra Leocr. p. 160. edit. Steph. Λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. Dicitur etiam λόγῳ μὲν, τὸ δ' ἀληθὲς

ut apud Lucian. in Revivisc. c. 6. et πρόφασιν μὲν, τὸ δ' ἀληθὲς, ut apud Thucyd. c. 33. p. 399. edit. Duker. Et in Lysia contra Agor. p. 236. edit. Taylor. Idem infra, p. 237. inquit, ὀνόματι μὲν, τῷ δὲ ἔργῳ, et rursus pro Polystr. p. 364. Et Demosth. contra Lept. p. 367. edit. Aurel. Allobr. 1607. τῷ μὲν ἔργῳ, τῷ δὲ ῥήματι. Qui in falsa Legat. eodem, quo hic noster, modo. Κ'ου λόγος ἀλλ' ἔργον ἤδη. Giac.

ỷ. 1081. ΒΡΥΧΙΑ Δ' ΗΧΩ. Hesych. Βρύχιον· ὑποβρύχιον· βυθιζόμενον. Pers. ỷ. 397.

Ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος.

Est forte metaphora h. l. deducta a soni, tanquam fluctuum vel undarum impulsibus. S. Butler. Aristoph. Nub. ỷ. 288. Eurip. Hippol. ỷ. 1201.

Ἔνθεν τις ἠχὼ χθόνιος, ὡς βροντὴ Διὸς,
Βαρὺν βρόμον μεθῆκε φρικώδη κλύειν. Morell.

ỷ. 1082. ΕΛΙΚΕΣ Δ' ΕΚΛΑΜΠΟΥΣΙ. Ἕλικες hic proprie idem notant quod supra, ỷ. 1052. translate πυρὸς βόστρυχον dixerat. Schutz.

ỷ. 1087. ΞΥΝΤΕΤΑΡΑΚΤΑΙ Δ' ΑΙΘΗΡ ΠΟΝΤΩι. Ovid. Met. XI. 497.

Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur
Pontus, et inductas aspergine tangere nubes.

Psalm. cvi. 26. Ἀναβαίνουσιν (κύματα) ἕως τῶν οὐρανῶν. Virg. Æn. III. 422.

Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, et sidera verberat unda. Giac.

Fluctus adeo alti volvuntur, ut cum nubibus quasi commisceri videantur; ut cœli pontique una eademque species appareat. Cf. ỷ. 1047. Ex hoc loco maxime intelligitur, eum Promethei locum, ubi affigeretur, a poeta designatum esse, ex quo, tanquam e specula, mare prospicere posset. Schutz.

ỷ. 1088. ΤΟΙΑΔ' ΕΠ' ΕΜΟΙ. Agnoscit Prometheus quam terribilia sint, quæ Jupiter moliatur, nec tamen de statu mentis dejicitur. Schutz.

ỷ. 1090. Ω ΜΗΤΡΟΣ ΕΜΗΣ. Aptissime matrem Themidem justitiæ præsidem, tanquam judicem, Ætherem vero omnia cingentem, et Solis omnia contuentis viam, tanquam testem invocat injuriarum sibi a Jove allatarum. Schutz. Omnino conferenda sunt, ỷ. 88. et seqq. et quæ ibi annotata. S. Butler.

ỷ. 1092. ΩΣ ΕΚΔΙΚΑ ΠΑΣΧΩ. Garbitius non temere conjicit ex hac Promethei catastrophe, poetam nonnihil cognovisse ex Hebræis de fato Luciferi, qui ob superbiam suæ sapientiæ de cœlo præcipitatus fuit. Morell. In extremis adeo verbis, Prometheus animi constantiam et magnitudinem servat. Tantum abest ut supplex Jovi fiat, ut calamitatem deprecetur, ut animum despondeat, ut potius in extrema vociferatione impotentis tyranni crudelitatem injustitiamque accuset, omnesque non solum faces dolorum, sed etiam tonitruum fragores, fulmina cœli, terræ tremores, iras ventorum, fluctuum insanias, quasi in arce fortitudinis munitissima constitutus, despiciat atque

contemnat. Hæc igitur dicentem et cogitantem subito hiantes terræ fauces excipiunt, impavidumque disjecti, cui affixus erat, scopuli feriunt ruinæ. SCHUTZ.

DE TRAGŒDIÆ PROMETHEI VINCTI
CONSILIO ET ADORNATIONE.

Cum primum poeta animum ad scribendam hanc tragœdiam appulit, id potissimum fecisse nobis videtur, ut Atheniensibus acerrimum tyrannidis odium inspiraret, verumque libertatis, qua tum maxime fruebantur, amorem, tanti mali metu in eorum animis excitaret confirmaretque. Quo consilio Jovem, Deorum novum regem, tyrannum impotentem, finxit omnia pro arbitrio agentem, jura sibi data negantem, omnia suæ majestati arrogantem, inexorabilem, asperum, et in amicos quoque bene de se meritos, propterea quod suspectos omnes habeat, ingratum atque crudelem.

In Prometheo vero spectatoribus utilissimum hominis vere popularis exemplar proposuit, quem, ut ait Horatius, nec vultus instantis tyranni, nec civium ardor prava jubentium mente solida quatiat; qui propter generis humani caritatem præpotentis tyranni odium suscipere nullus dubitaverit; susceptum autem excelsa animi magnitudine ac robore sustineat. Itaque hujus humanitas cum Jovis crudelitate, illius cupiditas cum hujus bene de omnibus merendi studio, illius effrænata ferocia cum hujus moderatione ac fortitudine præclare comparatur. Jupiter universum hominum genus extinguere voluit, Prometheus, omnium mortalium vitæ ac felicitatis auctor, parens, deus, exstitit. Prometheus Jovis ad regnum obtinendum adjutor fuerat: Jupiter Prometheum, immemor beneficii, nec ullam aliam ob causam, nisi quod eum, ob nimiam humani generis caritatem, suspectum haberet, indignis modis vexat, acerbissimisque pœnis affligit. Jupiter in summo dignitatis et imperii fastigio constitutus omnia libertatis jura diis eripuerat, æquitatem ac justitiam negligebat, sanctissimas antiquissimasque leges pedibus conculcabat: Prometheus ne summa quidem miseria sic induratur, ut ingenitum humanitatis sensum ex animo amittat, non irascitur hominibus quorum propter amorem tanta se calamitate oppressum videt; non exuit pristinam miseris succurrendi voluntatem; et quanquam se immensis malorum fluctibus mersum videt, idem tamen se quam plurimos malorum socios optare candide negat. Jovem ne summa quidem potentia a timore liberat, id quod haud obscuro indicio prodit, cum vaticinio Promethei perterritus

Mercurium ad eum ablegat, omnibusque minis ac terroribus, pertinacissimum, quo ille nuptias Jovi periculosas premebat, silentium vincere atque expugnare cupit; Prometheum vero, quamvis omnibus artibus deligatum et constrictum, non Chori solicitudo benevolentiæ plena, non Oceani mitiora remedia suadentis amica consilia, non Ius miseris furoribus vagisque cursibus unius Jovis ob noxam agitatæ horrores, non sævæ Mercurii comminationes, non denique aeris marisque tumultus, non cœli terræque ruinæ, molliunt ac frangunt. Ecce justum illum ac tenacem propositi virum! Ecce virum fortem cum mala fortuna compositum!

Admirabiliter autem Æschylus Promethei imaginem sic efformavit, ut, quanquam semper tenet animi fortitudinem, eandam tamen pro diversa personarum, quibuscum componitur, indole atque ingenio aliis aliisque modis exserat atque declaret. In prima enim scena, præsentibus Vulcano, Robore, ac Vi, supplicii exsecutoribus, omne animi robur in gravissimo silentio cernitur, quo vincula, vulnera, cruciatus, ludibria perfert. Non enim supplex est Jovis ministris; non vociferatur, non ingemiscit illis præsentibus, Nempe quantum in ipso est, diligenter cavet, ne inimici fructum oculis ex casu suo capiant. Ne vero id aliter, ac verum sit, interpretarentur spectatores, illudque silentium ad immanitatem quandam in animo, et stuporem in corpore traherent, statim, ubi illi recesserunt, Prometheum poeta sic induxit loquentem, ut et acerrimum dolorum sensum, et summam animi mansuetudinem proderet. Neque tamen succumbit dolori; sed postquam se eum bene sentire ostendit, corripit animum, eumque ad virtutem ac malorum tolerantiam revocat. Supervenienti deinde Choro miserias quidem suas ac dolores exponit; sed ita, ut iniquitatem potius Jovis tyranni accuset, quam suæ ipsius fortunæ acerbitatem queratur. Cumque se ipsum recte factorum conscientia erigit, tum Jovem, quod sibi beneficia hominibus tributa vitio vertat, acerbe perstringit, eique venturum esse tempus ostendit, quo sponte sua Prometheum liberaturus sit, ut periculosa consilia, quæ sibi imperii jacturam portendant, ab eo resciscat. Et quamvis asperum se et acrem inimicis præbeat, ita tamen erga amicos se gerit, ut caveat, ne idem erga omnes morosus, difficilis, aut iracundus esse videatur.

Post Oceani in scenam ingressi benevolentiam quidem, dum se ei deprecatorem apud Jovem offerebat, agnoscit, veruntamen molestam ejus sedulitatem constanter amolitur, suboffensum se severa ejus objurgatione significans. Nihil autem sibi opus esse ejus vel monitis vel auxiliis libere profitetur, eumque omnibus se viis aggredientem infecta re discedere jubet. In sexta tragœdiæ scena Ioi, infelici puellæ, comitatem præstat, cum, quod illa rogaret, ut sibi, quæ superessent itinera, exponeret, haud cunctanter efficit: nisi quod initio, ne ejus animum novo

futurarum ærumnarum terrore exaugeat, eam narrationem humaniter detrectat.

In hoc autem colloquio nullam prætermittit occasionem, qua Jovis crudelitatem, superbiam, libidinem accusare possit. Suam quoque conditionem Ius fortuna multo acerbiorem esse ostendit; qua ratione spectatorem, qui flebiles Ius lamentationes auribus acceperat, in majorem sui admirationem rapit. Posteaquam vero Io discessit, ferocius Jovem insectatur, Choroque subinde timenti, se ab omni metu alienum esse profitetur. Vitam enim sibi, quicquid Jupiter moliatur, eripi posse negat, in eaque cogitatione nunc quidem consolationis argumentum quærit, etsi antea ubi cum Io colloquebatur, hanc immortalitatem multum sibi molestam esse fassus erat. Omnes autem animi nervos intendit, omnemque generosæ mentis vim exprimit, in extrema scena, ubi Mercurio, Jovis asseclæ, tanquam sorici palatii, acerbe illudit, et quo gravioribus minis hic eum opprimere ac vincere studet, eo liberius audaciusque exsultat: imo etiamsi Jupiter cœlum terramque misceat atque confundat, ipsamque, cui affixus erat, rupem disjiciat ac deturbet, se de statu mentis dejectum non iri posse non verbis solum ostendit, verum etiam ut spectator reapse experiatur, facit. In reliquarum vero personarum animis et moribus efformandis non magis egregiam inventionis ubertatem, quam eximiam artis calliditatem, Æschylus declaravit. Ac primum quidem cum inter dramatis personas, duæ inimicæ sint Promethei, Robur et Mercurius, quatuor autem amicæ, Vulcanus, Chorus, Oceanus, et Io, una tamen quælibet earum suum in Prometheum vel odium vel benevolentiam proprio quodam modo et suo testificatur. Robur enim ea asperitate est et immanitate naturæ, ut Promethei doloribus et cruciatibus lactetur, ut miseriis ejus illudat, ut supplicium urgeat, et, quantum fieri possit, augeri atque exacerbari velit. Quid multa? Carnificis ingenium dixeris. Mercurius vero mitiorem, politiorem, et callidiorem se adversarium præbet; nec demi quid de Promethei malis, nec addi aliquid cupit: verum id unice agit, ut majorum pœnarum minis, Prometheum ad prodendum, quod rescire Jovis intererat, secretum volentem nolentemve adducat. Vulcanus propter consanguinitatem et antiquam consuetudinem bene quidem Prometheo cupit, ejusque malis graviter ipse, si quis alius, adficitur: tantum tamen abest ut ei opem ferre adversus Jovem velit, ut potius necessitati parens, suæque ipsius saluti consulens, ipse supplicium puniendo amico a Jove excogitatum suis viribus ac manibus exsequatur. In Choro Oceanitidum naturalem quidem sexus muliebris timiditatem agnoscas: idem tamen et benevolentiam in Prometheum luculentius ostendit; et quantum Jovis crudelitatem et impotentiam abhorreat, subinde liberius prodit; et in extrema dramatis scena, generosam animi indolem illustri documento

probat, quod ultima cum Prometheo perferre ac pati mavult, quam eum in summo rerum discrimine deserere. Oceanus, quibuscunque rebus sine suo ipsius detrimento Prometheo inservire possit, h. e. quicquid precibus pro eo apud Jovem impetraturum se sperat, lubenti animo offert, cæterum callidus potius est ad avertenda pericula, quam ad sustinenda promptus aut paratus. Io denique Prometheum quidem ut communem humani generis benefactorem colit, et, ut æque miserum, ac se ipsam, miseretur; veruntamen suorum ipsius malorum sensu sic opprimitur, ut quomodo Promethei curas et fortunæ acerbitates aliquo modo leniat, ne cogitet quidem, sed ad ejus consilium ultro confugiat, in ejusque futurorum prævisione laborum sibi lenimen quærat. Deinde ut erga Prometheum, sic iidem interlocutores erga Jovem non omnes eodem modo sed alii aliter animati sunt. Κράτος ferum est, et barbarum tyranni mancipium, quod non alia lege, nisi ejus nutu atque arbitrio gubernatur, nec propter servilem animi indolem vel crudelissimis domini facinoribus offenditur, sed potius ad mandata ejus peragenda, qualiacunque fuerint, quo jure quave injuria mandata sint, alacri ac prompto animo fertur. Mercurius vero versutus est Jovis assentator, ex aulicorum numero, qui, quantum inter imperium et servitutem intersit, probe quidem intelligunt, nec tyrannorum sævitiam, pravitatem, ac superbiam ignorant, attamen servitutem opibus et honoribus affluentem egenæ humilique libertati longe præferunt; ideoque ad imperantis arbitrium nutumque totos se fingunt et accommodant. In ejus præterea sermone Æschylus reliquos aulicorum mores, astutias, cavillationes, innocentiæ simulationem, opprobriorumque, modo apud principem gratiosi sint, patientiam arte callidissima effinxit. Vulcanus ex eorum numero est, qui jugi a tyrannis sibi impositi molestiam sentiunt, non tamen id quamvis acerbum a corpore repellere, aut saltem collo jactare audent, sed potius iniquo animo servitutis frænis semel acceptis parent. Oceanus neutri parti immodice nec favet, nec adversatur; sed, tempori inserviendum esse ratus, propitium sibi tyrannum habere cupit, si nihil aliud, certe hoc lucraturus, ut et suæ saluti prospicere, et si usus venerit, aliis quoque, deprecando saltem, prodesse possit. Chorus regis potentiam metuit, iniquitatem adversatur, sed hactenus tamen, ut nec ultro adversus eum quicquam moliri, nec propter ejus metum officii sanctitatem deserere velit. Itaque iras ejus non provocat ille quidem, sed tamen cum officii tuendi causa suscipiendæ sint, non detrectat. Io denique propter Jovis libidinem in tot errores ærumnasque conjecta, ac furoris quoque stimulis identidem agitata, sic animo se fractam ac debilitatam esse ostendit, ut eum quidem oderit et abominetur, quo tamen pacto se in libertatem vindicet, aut malorum auctorem ulciscatur, plane non intelligat.

Atque quod Aristoteles pronuntiavit tragœdiam δι' ἐλέου καὶ φόβου, misericordia et metu tragicis phantasiis excitato, verarum ejusmodi perturbationum correctionem seu purgationem perficere (περαίνειν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν) i. e. efficere, ne homines in vita justo plus minusve ægritudine vel metu afficerentur, sed in his affectibus auream illam mediocritatem tenerent, id profecto in hac tragœdia sic instituit et perfecit Æschylus, ut in eam formam, quam animo comprehendit philosophus, nulla melius includi posse videatur. Magnam sane, quis enim neget? misericordiam excitat in spectatorum animis Promethei fortuna. Nam et indignitas malorum, quæ immeritum premebant, et vinculorum cruciatuumque diritas, et solitudo, et diuturnitas doloris, et amicorum imbecillitas, et inimicorum ludibria; hæc omnia cum singula per se miserabilia sunt, tum inter se conjuncta faciunt, ut spectatorem eo vehementiùs Promethei tot calamitatibus obruti misereseat. Ne tamen ultra modum ejus malis affligatur, excellens Promethei fortitudo prohibet, quæ misericordiam ærumnarum virtutis ejus admiratione temperat; ut si nobis optio detur, Promethei virtutem, quamvis adversa fortuna oppressam, Mercurii ignavæ et sordidæ felicitati multum simus anteponendam existimaturi. Cumque sub Jovis nomine tyranni cujusdam civium libertatem opprimentis effigiem adumbrare poeta voluerit, magnum quidem in spectatorum animis tyrannidis metum excitavit, ut nimirum Atheniensium populo angue caneque pejus vitandam esse tyrannorum impotentiam persuaderet; eosdem tamen etiam non nimis metuendum esse tyrannum, si cui quando contigerit remp. opprimere, sed, ut Prometheum Jovi resistere videbant, sic illi quoque fortitudinem animi opponendam, nec succumbendum malis civibus, sed potius renitendum atque obsistendum esse doceret. Ac nisi isto potissimum consilio hanc tragœdiam scripsisset poeta, ut invisum redderet liberis civibus tyrannicum imperium, parum abesset, quin totum illud cum Ione colloquium ἐπεισόδιον inane et præter rem arcessitum esse videretur. Si vero id, quod volumus, spectavit tragicus, appositissima est pars fabulæ de Ius erroribus ob insanum Jovis amorem ab irata ejus conjuge miseræ virgini impositis. In memoriam enim hæc revocabant plerorumque tyrannorum effrenatas libidines, a quibus nec maritis uxores, nec parentibus filias castas et pudicas, tueri licebat.

Reliquarum vero laudum, quibus in tragœdia poetarum vel ingenium vel artificium spectatur, huic Promethei Vincti dramati nullam equidem deesse censeo. Nam sive verisimilitudinem spectes, omnia vel ad historiæ veritatem, vel ad fabularum vulgo creditarum auctoritatem, vel denique ad populi opinionem, sic accommodata sunt, ut nihil amplius requiri possit; sive dignitatem scenicæ fabulæ, præsertim tragicæ, cogites, passim a nobis in commentario observatum quam

callide ab iis quæ tum circumferebantur de Ione et Prometheo fabulis, quicquid ridiculum esset, quicquid a cothurni gravitate discreparet, separaverit; sive ad ornationem universi operis, et partium singularum cum toto concentum examinaveris, nihil fere uspiam supervacuum, nihil mancum, nihil denique inchoatum reperietur, quod non idem sit laudabiliter perfectum; nec solum loci ac temporis, in quo quædam poetis licentia recte conceditur, sed etiam, quod majus est, actionis, in qua nihil placere potest, quod sit interruptum, aut male consarcinatum, admirabilis cernitur unitas atque simplicitas. Quid? quod in omni elocutione, quid styli tragici decor, quid dialogi veritas, quid interlocutorum partes postularent, sapientissime Æschylus intellexit. Ea certe est in tenuibus simplicitas, in magnis sublimitas dictionis, ut utriusque varietate, ac vicissitudine mirabiliter delectetur lector, qui quidem in his rebus recte sapiat: nec unquam, aut illam in sterilitatem, aut hanc in vitiosum tumorem abiisse deprehendat.

Quod vero Æschylus sub Jovis nomine, quem Deorum hominumque regem venerabatur populus, tyrannorum injustitiam et crudelitatem castigavit, id sane, si res ad veram ætatis nostræ de Dei numine philosophandi rationem exigenda esset, impium, et sceleratum, populique moribus perniciosum fuisset: cum autem istis de Jove opinionibus tota Græcorum natio dudum imbuta esset, non magis in poeta nostro, quam in Homero reprehendi debet, eum humana potius ad Deos, quam quæ vere divina essent, ad homines transtulisse. SCHUTZ.

IN FRAGMENTA

NOTÆ VARIOR. ET BUTLERI.

In Prometh. Igniferum.

Tit. An Πυρκαεὺς et Πυρφόρος titulus est unius ejusdemque dramatis? Ita censet Canterus [Nov. Lectt. IX. 21.] recte meo judicio: nam sic tres *Prometheos* Æschyli distinguere possumus commode. Δεσμώτης et Λυόμενος duo dramata fuerunt tragica: Πυρκαεὺς sive Πυρφόρος drama fuit satyricum: quale *Promethei* nomine recenset nobis Auctor hypotheseos in Persas, Ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ, Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ· ıt recte animadvertit Casaubonus in libro de Satyric. Græc. Poes. Neque dubitare debuit vir eruditus, trajectionem mox ibi comminiscens, quæ omni fundamento caret, et errorem ejus exhibet apertum: nam Sophoclis Andromedam drama uisse tragicum, ut nihil aliud dicam, certo certius constat ex Eratosthenis Catasterismis. Quare non magis ex Æschyli Glauco, uam ex Sophoclis Andromeda, quibus Satyri et Sileni notaantur ut intemperantes, de argumento satyrico constare potest; t perperam omnino Theocriti Scholiastes ad trajectionem illam irmandam adducitur. Apud auctorem hypotheseos quarto loco tat Προμηθεύς, illeque eo ipso Σατυρικὸν sese prodit: Προμηθεὺς scil. Ιυρφόρος, qui et Πυρκαεύς, eoque nomine nunc citatus a solo Polluce, quia, ut suspicari licet, plures erant libri qui Πυρφόρος, uem qui Πυρκαεὺς exhibebant, et vox illa minus usitata cesserat lteri magis usitatæ: Πυρκαεὺς autem et Πυρφόρος inter Satyros rgumentum præbere potuit lepidissimum, ut quisque animadertit. Pauw. Diversas Meursius existimat utrasque tracœdias Æschyli, Προμηθέα Πυρκαία et Πυρφόρον, secus ac Canterus, ui sibi colligere videtur ex his Onomasticographi verbis undem esse Προμηθέα Πυρφόρον et Πυρκαία· quod tamen, me judice, on liquide constat ex auctore nostro, [Poll. Onomast. IX. 8. egm. 156.] et equidem ipse lubens eorum partibus accedam, ui diversas sentiunt tragœdias esse. Προμηθεὺς enim Πυρφόρος, qui gnem ætheria domo subductum fraude mala gentibus intulit,

ut cum Lyricorum principe loquar; Πυρκαεὺς autem, ὁ ἐμπρήσας, qui excitat incendium, ut Sophoclis Ναύπλιος Πυρκαεὺς, aut ignem facit: sic igitur hac fabula docuisse sentio de illati mortalibus ignis usu, quæque utilitas exinde, monstrante Prometheo, redundarit ad homines; ut itaque totam Promethei historiam, seu fabulam dicere malis, exhibuerit in scena atque docuerit Æschylus, Προμηθέα Πυρφόρον, Πυρκαέα, Δεσμώτην, Λυόμενον. Hemsterhus. ad Polluc. IX. 8. Segm. 156. Incerta res est, et magna est summi viri Tib. Hemsterhusii auctoritas, ut ab eo non nisi pudenter discedam. Sed contra stat Stanleius, cujus sub umbra me quoque tueri velim. Duplicem fuisse credo hujus fabulæ inscriptionem, Προμηθεὺς Πυρφόρος ἢ Πυρκαεύς. Idem quibusdam videtur in Supplicibus obtinuisse, ut inscriberentur Ἱκέτιδες ἢ Δαναΐδες. Id forte distinguendi causa additum, cum plures essent tragœdiæ quæ priori ac simplici titulo insignirentur. Ut ut illud fuerit, ex tertio hujus fabulæ fragmento quod asservavit Stanleius in notis, Προμηθέα Πυρκαέα satyricum fuisse drama certissimum est. Cum vero tetralogiæ veterum e trilogia constarent cum satyro, vellem aliquis hæc dramata, diversis docta temporibus, in unum collegisset, ut essent vel Προμηθεὺς Πυρφόρος, Δεσμώτης, Λυόμενος, cum Πυρκαεῖ, vel potius Προμηθεὺς Δεσμώτης, Ἱκετίδες, Προμηθεὺς Λυόμενος, cum Προμηθεῖ Πυρφόρῳ ἢ Πυρκαεῖ, tetralogia Æschylea de Prometheo, Προμηθειὰς dicta, sicut altera illa de Oreste, quæ Ὀρεστεία, sicut Philoclis tragici de Pandione, quæ Πανδιονὶς, sicut Euripidis de Alcmæone quam Ἀλκμαιωνίδος titulo restituit illi Bentleius ὁ θαυμαστὸς, in Epistola celeberrima, p. 17. S. Butler.

I.

ΣΙΓΑΙΝ Θ'. Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια, est in Choeph. ℣. 580. Et Φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια, in Sept. Theb. ℣. 625. Phrasis ista Æschylo fuit in deliciis. Pauw.

II.

ΛΙΝΑΔΕΣ, κ. τ. λ. Λίνα δὲ, πίσσα, καὶ ὠμολίνε μακροὶ τόνοι dedit Hemsterh. in loco Pollucis, quod monuit Pauw. Sed et μακρότονοι conjunctim scriptum se reperisse testatur Jungermannus, quod merito rejecit tamen. Totum versum sic legit Pauw.

——λίνα δὲ, πίσσα, κ'ωμολίνε μακροὶ τόνοι·

et sic eum Trochaici tetram. cat. majorem esse partem voluit. Hoc certe dixeris, sive Senarii sive Trochaici pars sit posterior, licentiam in metro adhiberi Comicam, satyris forte concessam, severioribus cothurni legibus non item. S. Butler. His verbis enumerasse Promethea puto, et mortales docuisse quid materiæ terrestris faceret ad conservandum et augendum ignem, quem subdole cœlo subduxerat. Hemsterh. ad loc. Pollucis. Crediderim potius Promethea de artium inventione et navium fabrica locutum fuisse. Sed incerta res est. S. Butler.

III.

ΤΡΑΓΟΣ. Ex Satyrico dramate fragmentum hoc proculdubio desumptum est, unde Æschylo tribuerim, quod suadet orationis et argumenti color, neque enim citatur auctoris nomen. Fabulam Promethei tractavit Sophocles, sed eam forte cothurnatam. Schol. Pind. Pyth. V. 35. Ὁ δὲ τούτου (Ἐπιμηθέως) ἀδελφὸς Προμηθεὺς, καὶ σοφὸς καὶ προορώμενος. Διὸ καὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔσχε. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ Προμηθεῖ, τοῦ Προμηθέως, θέλων λέγειν τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι, (ita distinguit Brunck.) καὶ μὴ τῆς μεταμελείας. Hæc tragicum spirant. Sed et fabulam cui titulus Προμηθεὺς Epicharmum quoque docuisse testantur Athenæus, III. 9. Jul. Poll. X. 23. Etymol. in voce Στατήρ. Athenæi verba sunt, Πάλιν δ' ὁ Ἐπίχαρμος ἐν Πύῤῥᾳ καὶ Προμαθεῖ φησι,

Κἄν τις Ἑλλήνων τὸν ἄνδρά τ' ἂν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὅσσα·

quæ sic emendat Casaub. Ἐπίχαρμος ἐν Πυρκαεῖ Προμαθεῖ,

Καὶ τελλίναν τι κάνναρίταν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς (vel λεπάδ') ὅσα.

Hæc certe non sunt tragica, sed soccum præ se ferunt. Sed et ipsum fabulæ argumentum indicavit cl. Hemsterhusius, qui ad illa Pollucis, X. 23. Segm. 82. Παρὰ μέντοι Ἐπιχάρμῳ ἐν Πυρκαεῖ Προμαθεῖ, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην χρῆσιν εἴρηται, κύλικα, μαγίδα, λύχνον— a Casaubono prorsus dissentit. Quod enim pro Πύῤῥᾳ καὶ Προμαθεῖ invexerat Casaubonus, Πυρκαεῖ Προμαθεῖ, illud, post Jungermannum hinc ablegat vir cl. recepta vetere lectione ex Athenæo et Cod. Pollucis, Πύῤῥᾳ ἢ Προμαθεῖ. Qua in fabula egisse Epicharmum de hominum origine uti a Prometheo vel a Pyrrha traduntur producti arbitratur, idque e Schol. Pind. Olymp. IX. 9. confirmari judicat. Sic enim ille, Πύῤῥα δὲ ἡ Δευκαλίωνος γυνὴ, θυγάτηρ Ἐπιμηθέως· καὶ ὁ μὲν Ἐπίχαρμος, ἀπὸ τῶν λίθων λαοὺς τοὺς ὄχλους φησὶν ὀνομάσθαι. Hinc Scholiasten ad hanc Epicharmi fabulam respexisse credit vir cl. Satis illud probabile quidem, hoc vero certissimum est, cum ex locis e Polluce et Athenæo laudatis cum ex altero illo apud Etymol. in voce Στατὴρ, Πολλοὶ στατῆρες ἀποδοτῆρες οὐδ' ἂν εἷς, Ἐπίχαρμος Προμηθεῖ, fabulam illam quam Προμηθέως epigrapha inscripserat Siculus, Satyrum fuisse vel Comœdiam; Tragœdia certe non fuit, Satyrum fuisse nullus dubito. S. Butler.

IN PROMETHEUM SOLUTUM

NOTÆ VARIOR. ET BUTLERI.

Cum hæc Fragmenta typis mandarem amici cujusdam docti admonitu seriem temporis servandam institui, et ut quisque scriptorum unde hæc hausta sunt antiquior erat, ita quas asservavit reliquias ordine chronologico edendas curavi. Id vero etiam tum aliquid habere mihi videbatur incommodi, quod jam maximum esse intelligo. Sed ea erat viri vere amicissimi simul et doctissimi auctoritas ut refragari non poteram. Quod vero ille boni lucrari voluit ordini chronologico consulens, id multo majore incommodo compensatum est, quod argumenti seriem ac nexum penitus sustulerit. Jam vero si Fragmenta hoc ordine legere instituas, IV. II. XII. III. V. VI. I. IX. X. VII. ipsum fabulæ argumentum satis perspicuum erit. Primum enim in Fragmento IV. adsunt Titanes, (e quibus constat Chorus,) sicut in Prometheo Vincto Oceanitides: deinde regiones per quas venerint recensent. Hoc cum Fragmento II. aperte cohæret. Mox, ut in Prometheo Vincto suas ipse miserias Oceanitidibus ipsique Oceano narraverat, sic hic easdem cum Titanibus communicat. Huc spectat Fragmentum XII., quod ex Attio servavit Cicero. Nec abludit Fragmentum III., ubi beneficia mortalibus collata, ut in Prometheo Vincto, dinumerat. Ut autem Io in Prometheo Vincto, sic nunc intervenit Hercules iter ac labores suos docendus. Huc pertinent Fragmenta V. VI. I. IX. X. VII. De VIII. et XI. nihil certi dixeris, prius forte ad Fragmentum XII. pertinebit, alterum nihil spectat ad hanc tragœdiam. Denique de XIII. et XIV. quæ nos ex Achille Tatio et Isæo excitavimus, nihil aliud judicandum erit quam XIII. ad hujus tragœdiæ λύσιν, XIV. ad generalem Promethei historiam pertinere. S. Butler.

I.

ΗΞΕΙΣ ΔΕ. Apud Dionys. Halic. I. p. 27. extare monet Paul. Leopardus Emendat. V. 17. q. v. Quin et aliquanto plenius hujus loci argumentum ex Dionysii quam ex Strabonis verbis colligas. Sic enim ille, Δηλοῖ δὲ τὸν πόλεμον τόνδε τῶν ἀρχαίων ποιητῶν Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ· πεποίηται γὰρ αὐτῷ ὁ Προμηθεὺς Ἡρακλεῖ τά τε

ἀλλα περιλέγων, ὡς ἕκαστον αὐτῷ τι συμβήσεσθαι ἔμελλε, κατὰ τὴν ἐπὶ Γηρυόνην στρατείαν, καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ Λιγυστικοῦ πολέμου, ὡς οὐ ῥᾴδιος ὁ ἀγὼν ἔσται· τὰ δὲ ποιήματα ὧδε ἔχει, Ἥξεις δὲ, κ. τ. λ. S. BUTLER.

Ibid. ΠΕΠΡΩΤΑΙ ΓΑΡ ΣΕ. Verte ad mentem Hygini, *Fato enim decretum est tela hic tibi defore.* HEATH.

Ibid. ΝΕΦΕΛΗΝ Δ' ΥΠΟΣΧΩΝ. Ὑπέρσχων mavult Casaub. ad Strab. l. c. quasi Jupiter cum vellet lapidibus pluere, nubem prius excitasset quæ Herculem hostium oculis eriperet; et sic Pauw. qui monet etiam νιφάδι pro σὺν νιφάδι positum esse ellipsi notissima. Contra vero vulgatam tuetur Salmas. Exercit. Plin. p. 42. locum sic interpungens ac legens,

Νεφέλην δ' ὑποσχὼν, νιφάδι στρογγύλων πετρῶν
Ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα σὺ
Βαλὼν διώξεις, κ. τ. λ.

Quem sequitur Heath., locum sic interpretatus, *Nubem vero subtendens cœlo lapidum rotundorum imbre terram adumbrabit.* S. BUTLER.

Ibid. ΟΙΣ ΕΠΕΙΤΑ ΣΥΜ-ΒΑΛΩΝ ΔΗΙΩΣΕΙΣ. Οἷς ἔπειτα σὺ βαλὼν, quod voluit Salmasius, Pauwio quoque placuit; primum quod voces divulsas non ament Iambi, deinde quod ipsum βαλὼν melius sit quam συμβαλών. Recte illud quidem: recte quoque δηώσεις retinendum judicavit vir cl. cum illud amet sententia nec respuat versus, quia η ante ω corripi potest. Nec tamen emendatio Salmasii, διώξεις, deterior est. Cum Pauwio facit Heath. nisi quod βάλλων maluerit. Σὺ βαλὼν διώσεις, a διώθω, non displicuit P. Leopardo Emendat. V. 17. S. BUTLER.

II.

ΦΟΙΝΙΚΟΠΕΔΟΝ. Ex Dionys. Halic. I. 41. suspicari possumus, verba hæc fuisse Promethei, qui Herculem in illa fabula præmonebat de iis omnibus, quæ ipsi erant exsequenda. Verum hæc, ut puto, a Choro pronuntiata sunt, qui dicunt se tantum terrarum esse emensum ut viserent Prometheum. Similisque omnino locus de Titanum adventu ad Caucasum, ubi erat Prometheus, ab Arriano in Periplo Ponti Euxini ex eadem tragœdia refertur. Ecquam autem Paludem Χαλκοκέραυνον Æthiopum poeta intelligat, non sane ipse intelligo. In libris veteribus παντοτροφῶν scribitur, non παντοτροφῶν. Quod ad Æthiopes attinet, etiam in Prometh. Vinct. ỳ. 807. eos πρὸς ἡλίου πηγαῖς collocat Æschylus. CASAUB. ad Strab. l. c.

Ibid. ΧΑΛΚΟΚΕΡΑΥΝΟΝ. *Æris instar coruscantem:* a Solis nempe fulgore. Similiter φοινικόπεδον præcedens accipiendum de rubro colore quo Sol inficit maris superficiem: mare rubrum: λίμνα ista haud diversa ab ἡλίου πηγαῖς, quarum mentio in Prometh. Vinct. PAUW. Malim intelligere de lacu quodam in quem fulmina crebro incidere credebantur, ut vertatur, *lacus æreo fulmine petitus.* Quis hic designatur lacus nemo forte dixerit; fuerit in Libya interiore. Jam vero collatis quatuor ultimis hujus

fragmenti versibus cum illis Prometh. Vinct. ỳ. 807. et seq. in ea sum sententia ut credam per ἡλίȣ πηγὰς occidentalis Oceani fluctus procul dubio intelligi. Nec me movent quæ sequuntur, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ veteres enim partes Libyæ occidentales mirum in modum coarctasse, et Nilum ingenti flexu Occidentem versus regyrari credidisse, notissimum est. Ut alios taceam, cf. Strabon. XVII. p. 826. τινὲς δὲ καὶ τȣ̃ Νείλȣ πηγὰς πλησιάζειν οἴονται τοῖς ἄκροις τῆς Μαυρȣσίας. S. Butler.

Ibid. ΠΑΝΤΟΤΡΟΦΩΝ. Ita scribendum ob versum, quem jugulat παντοτρόφων: et hic monometrum monometro miscetur. Pauw.

ΙΝ' Ο ΠΑΝΤΟΠΤΑΣ. Ἵν' ὁ παντεπόπτας ἥλιος habet Strabo, contra metrum, et sic etiam ἄμετροι decurrunt reliqui versus. S. Butler.

III.

ΙΠΠΩΝ ΟΝΩΝ Τ'. A Plutarcho bis adducuntur; semel in libro de Fortuna, semel in libro de Solert. Animal. In loco priori est ἀντίδωρα, in loco posteriore ἀντίδȣλα, ἀνδίκτορα. Xylander præfert ἀντίδωρα, nullo profecto jure: ἀνδίκτορα et ἐκδίκτορα nota. Pauw. *Verte equorum asinorumque vectiones et taurorum prolem*, boves scil. De coitu hic nequaquam agi constat ex versu sequente. Heath.

IV.

ΗΚΟΜΕΝ. Ἵκομεν metri gratia Heath. quod vereor ut sic salvum sit. Legerim vel ——— ἥκομεν

Ἄθλȣς τȣ̀ς σȣ̀ς τȣ́σδε———

vel ——— ἥκομεν * * *

Τȣ̀ς σȣ̀ς ἄθλȣς τȣ́σδε. S. Butler.

Ibid. ΠΗ ΜΕΝ ΔΙΔΥΜΟΝ. Versus Anapæstici sunt male cusi: Scribere potes, ——— Πῇ μὲν δίδυμον χθονὸς

Εὐρώπης μέγαν

Πῇ δ' Ἀσίας τέρμονα Φάσιν.

Clausula Anapæstica excipit monometrum Anapæsticum: malo autem τῇ, τῇ, quod ediderunt Angli, quam πῇ, πῇ, quod ediderunt Basilienses: δίδυμον μέγαν Φάσιν, τῇ μὲν Εὐρώπης, τῇ δ' Ἀσίας τέρμονα. Verba ordino, ut ea melius de uno fluvio intelligas, et τῇ, τῇ etiam mecum probes. Vossio aqua hæsit, ideoque scripsit, Τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης Μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φάσιν: quo jure vides nunc. Pauw. Neque metri satis constat ratio neque structuræ; perperam enim juxta vulgata Phasis dicitur duplex Europæ terminus. Legendum igitur existimo,

Δίδυμον τῇ μὲν χθονὸς Εὐρώπης

Τῇ μέγαν Ἀσίας τέρμονα Φάσιν. Heath.

V.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ ΕΝ ΠΡΟΜΗΘΕΙ. Omnino addendum erat Λυομένῳ; sic enim Galenus, sive errore librarii sive lapsu memoriæ. S. Butler.

Si quando incideris L. B. in locum quendam Galeni, qui est in primo commentario in sextum ἐπιδημιῶν Hippocratis, in quo versus quosdam citat ex ea tragœdia quæ inscribitur Προμηθεὺς Δεσμώτης, (quæ primum locum in nostra editione, ut in omnibus antiquis exemplaribus, obtinet,) in illis hic quærendis oleum atque operam non perdas, nunquam eos reperturus. Profert autem Galenus illos, de significatione vocis πίμφιξ agens. Postquam enim ex Sophocle testimonia produxit, addit, Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ, Εὐθεῖαν ἐρπετὴν δὲ καὶ πρώτιστα μὲν βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοαῖσιν. εὐλαβοῦ βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ δυσχειμέρῳ πέμφιγι τρέψας ἄφνω. Quæ verba, et depravata et confusa, sic mihi utcunque emendari et in ordinem versuum redigi videntur posse:

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοαῖσιν, εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
Δυσχειμέρῳ πέμφιγι τρέψας ἄφνω.

Primum versum si ita legeris, minima mutatione restituere poteris. De secundo amplius deliberandum censeo. Tertius autem minime mendosus esse videtur. Quarto deest syllaba aliqua. Sed quid, obsecro, suspicemur de his versibus? an eos in omnibus quæ nobis videre contigerit exemplaribus omissos esse? Certe si in iis omnibus omissi sint, nesciò in quo tandem eos repertum iri sperare possimus. Nam, ut de iis taceam quæ videre potuit Victorius, hoc affirmare ausim, non pauciora quindecim a me esse visa, partim Venetiis, partim Florentiæ, partim Romæ, partim etiam Neapoli; (sed in quorum bona parte tantum primæ tres tragœdiæ haberentur) quæ quum, ut eram curiosus, omnia pervolutarem, minime in ullo quicquam tale reperi. Atqui si ex hac tragœdia versus illos esse negemus, δυοῖν θάτερον, aut depravatum esse Galeni librum, et unius tragœdiæ titulum pro titulo alterius suppositum; aut ipsum Galenum perperam unum pro alio scripsisse, judicabimus. Vis libere dicam quod sentio? Crediderim ab imperitia scriptoris profectum non esse hunc errorem (si enim erat literarum rudis, unde didicerat esse Æschyli tragœdiam quæ Προμηθεὺς Δεσμώτης vocaretur?) sed esse Galeni, aliud cogitantis et in aliis rebus occupati, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Quam multa autem reperiantur veterum auctorum Græcorum pariter et Latinorum hujusmodi μνημονικὰ ἁμαρτήματα, quid hic attinet commemorare? Ne ipse quidem Cicero, ut norunt omnes, ab iis vindicare se potuit: et ejus cum alii alios memoriæ lapsus animadverterunt, tum vero nuper ego primus quendam deprehendisse mihi videor; quem tamen hujus loci non est referre. Sed et nuperrime dum excuderem Maximi Tyrii philosophi Platonici Græcas disputationes, nunquam antea in lucem editas, offendi tale ejus μνημονικὸν ἁμάρτημα. quod quale sit si vis intelligere, vide Annotationes quas ad calcem illius libri adjunxi. Quæ quum ita sint, Galeno quoque hoc σφάλμα condonemus. At enim ex qua

tandem Æschyli tragœdia sumptos esse hos versus existimabimus? nempe ἐκ τοῦ Προμηθέως, sed Προμηθέως λυομένου. Tres enim scimus Æschyli fuisse tragœdias quæ eundem titulum, sed diversis epithetis distinctum, præferrent, Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς λυόμενος. Quo magis venia dignus est Galenus, quum valde proclivis fuerit in hujusmodi inscriptionum affinitate lapsus. Ut vero ἐκ τοῦ λυομένου Προμηθέως depromptos esse hos versus existimem, facit locus quidam Strabonis, quem ego totum proferam: (nam vel hoc nomine, quod Æschyli sit, dignissimus est a te legi:) deinde quibus conjecturis nitar explicabo. Ille igitur libro 4 τῶν γεωγραφουμένων, mentionem faciens πεδίου λιθώδους τοῦ μεταξὺ τῆς Μασσαλίας καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ, cum alios testes, tum vero Æschylum citat: ait enim, Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθὼν ἢ παρ' ἄλλου λαβὼν, εἰς μῦθον ἐξετόπισε. φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ, καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας,

Ἥξεις δὲ Λιγύων ἐς ἀτάρβητον στρατὸν,
Ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὢν,
Μέμψῃ· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν.
Ἐνταῦθ' ἑλέσθαι δ' οὔτιν' ἐκ γαίας λίθον
Ἕξεις. ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.
Ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ,
Νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι στρογγύλων
Πέτρων ὑπόσκιον θήσει χθόνα.——
Οἷς ἔπειτα συμβαλὼν δηώσεις ῥᾳδίως Λιγὺν στρατόν.

Sunt autem hi versus in Aldino exemplari valde confusi: nam futurum μέμψῃ, quod principium tertii esse debet, illic finis est secundi; futuro item ἕξεις clauditur versus quartus, a quo incipere debet quintus. Quinetiam mendosa sunt illa verba θηρὸς περῶν, quæ tu ex quodam Henrici Scrimgeri, viri restituendis bonis auctoribus nati, exemplari (cujus ille te diu, ut spero, desiderium ferre non patietur) pulcherrime corriges, si legeris, θοῦρός περ ὤν. Cætera autem quæ in sequentibus versibus depravata sunt, in aliud tempus excutienda servans, quomodo locus hic conjecturam meam adjuvare mihi videatur, paucis exponam. Aiunt Æschylum fabulatum esse, Herculem, orbem totum peragrantem, quum ad Caucasum venisset, et Prometheum monti affixum vidisset, cujus jecur ab aquila roderetur, commiseratum ejus vicem, aquilam confodisse, deinde ipsum e vinculis liberasse. Quæ si admittimus, non video quomodo dubium ulli esse possit quin versus hi Æschyli, in quibus ait Strabo Prometheum Herculi viam a Caucaso ad Hesperidas indicare, ex ea tragœdia sint quæ nomen a Prometheo vinculis soluto et liberato accepit. Jam vero si versus hi sint ἐκ τοῦ Προμηθέως λυομένου, quid obstiterit, obsecro, quin et illi quos Galenus citat ex eadem tragœdia sint; adeo ut recte legi apud illum ἐν Προμηθεῖ, sed pro δεσμώτῃ, contra λυομένῳ legendum esse, credere debeamus? Verum enimvero dicat fortasse aliquis, Ut dem tibi carmina ea quæ Strabo

affert, ἐκ Προμηθέως λυομένου esse desumpta; unde conjicis inde esse etiam illos quos Galenus citat? Certe, inquam, ex eo quod quilibet, versus eos legens, intelligere possit, verba alicujus esse et ipsa καθηγουμένου τινὶ ὁδοῦ τινός· et quoniam in nostro quoque Prometheo Vincto prolixus erat sermo Promethei, indicantis ipsi Ἰοῖ viam quam tenere illam oporteret, erant et in Prometheo liberato verba multa ejusdem, ipsum Herculem viam quam sequi eum oporteret edocentis, atque ita hæ duæ tragœdiæ hoc simile habebant, quod utraque variorum locorum descriptiones contineret; Galeno erroris occasionem hoc dedisse, minime mirandum esse arbitror. Hæc sunt, lector, quibus omnem scrupulum, quem tibi locus ille Galeni injicere potuisset, eximere volui; in quibus si prolixior quam pro meo more tibi visus sum, existimato hæc a me non παρέργως explicari debuisse, qui meam, id est meæ editionis, causam acriter mihi tuendam putaverim; et modo non pro ejus auctoritate, tanquam pro aris et focis, si opus fuerit, dimicare paratus sim. Quomodo autem dignitatem illa suam servasset, aut apud ullum fidem in cæteris impetrasset, ac non potius suspecta ubique fuisset, si mancam eam ac decurtatam in ipso limine comperissemus? Et de his quidem hactenus. H. STEPH.

Ibid. ΠΡΟΣ ΠΝΟΑΙΣΙΝ, ΕΥΛΑΒΟΥ. Πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ post Vossium probant Pauw. Heath. recte: sed ut suum cuique tribuamus est revera conjectura M. Sophiani, teste Cantero, Nov. Lectt. III. 5. S. BUTLER.

Ibid. ΒΡΟΜΟΝ ΚΑΤΑΙΓΙΖΟΝΤΑ. Idem quod Strabo et Æschylus de hoc vento prodiderunt, dicit quoque Diodorus Siculus, et Cato apud Gellium: *Ventus Cercius cum loquare, buccam implet, armatum hominem, plaustrum oneratum, percellit.* VOSS. ad Melam. II. 5,

Ibid. ΠΕΜΦΙΓΙ ΤΡΕΨΑΣ ΑΦΝΩ. Haud dubie legendum πέμφιγι συστρέψας ἄφνω· συστρέψας ἀναρπάσῃ optimum est, et συστροφαὶ ἀελλῶν ipsi tirones tenent: ἄφνω autem accedens emphasin habet. Vossio bellatulum suum αἴφνω non invideo. PAUW. Pauwio accedit Heath. quibus assentior. S. BUTLER.

VI.

ΕΞΕΥΛΑΒΟΥ. Auctius hoc fragmentum exhibet Galenus in Comment. primo ad Hippocr. Epidem. VI. 29. Ἐπὶ δὲ τῆς ῥανίδος (ita pro ῥαγιτίδος recte reposuisse videtur Gatakerus), ὁ αὐτός φησιν ἐν Προμηθεῖ·

Ἐξευλαβοῦ δὲ μή σε προσβάλλῃ στόμα
Πέμφιξ, πικροὶ γάρ, κοὐ διὰ ζωῆς ἀτμοί. HEATH.

VII.

ΗΞΕΙ. Ἥξεις, quod voluit Stanl. probavit Pauwius, recte; nam videtur esse sermo Promethei ad Herculem conversi. Porro hi versus apud Steph. Byzant. corrupte exhibentur, et sic quidem:

Ἔπειτα δ' ἥξει δῆμον ἐν δικαιότατον
Ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον Γαβίως,
Ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
Τέμνει δικέλλη ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
Γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς. S. Butler.

Ibid. ΘΝΗΤΩΝ ΑΠΑΝΤΩΝ. Monet Pauwius hoc a Stanleio esse, cum Holstenius dederit ἀνδρῶν. Illud certe rectius. Idem vero γαπόνος pro eo quod est apud Stephanum, γατόμος, minus probat. S. Butler.

VIII.

